

presenti correctio: David uero erat fidelis, ideo cor-  
rectus est. Dicit namq; Aug. Aliqui indigni sunt presen-  
ti correctione, ideo erunt in aeterna damnatione, ut di-  
cit Greg. Conatus successus temporalium est aeternae  
damnationis indicium, ut exemplificat de Assero, qui  
erat in continua prosperitate, Hester uero in tribulatio-  
ne cum populo. Item iste etiam ideo non fuit punitus,  
quia diuina providentia permisit in praesagium, qd unus  
rex omnibus imperaturus erat. De quo Zach. 14. In illa  
die erit dominus vnus, s. dominator hominum & ange-  
lorum. Et erit nomen eius unum, s. Christus Iesus, qui di-  
gitur. ut. Data est mihi omnis potestas in caelo & in  
terra. Ideo Theop. Dignam erat ut unus dominus toti  
orbi imperaret, quia vnus Deus adorandus erat, s. Chri-  
stus. Et merito tepore vnus dominationis nascitur, ad  
significandum qd spiritus sanctus nascitur, ad  
in unum Deum adorandum. Et de hoc dicitur in  
fundamentum, nullum boni operis super aedificatur  
aedificium. Con simile habetur 24. q. 1. Alienus: Non ha-  
bet Deum patrem, qui non tenet Ecclesiae unitatem.  
Item congrue nascitur tempore descriptio nis, quia di-  
cit Greg. in Homil. Quia ille uenit in carne, qui ele-  
ctos suos alberbet in aeternitate. Cuius contrarium  
de reprobis per Psal. Dicitur: Deleantur de libro uiuen-  
tium, & eum iustus non scribantur. Et bene congruit hic  
amplificare nomina sua in terris, ecotra pauperes & hu-  
miles occultare. Ideo dignum est, ut iustorum nomina in  
caelis scribantur, peccatorum uero statim post mortem  
deleantur. iuxta illud Sapient. 11. Per quos quis peccat  
per haec & punietur. In cuius approbatione et nome  
diuini epulonis subiceretur: nomen uero pauperis reci-  
tatur. Luc. 16. Ad certitudinem ergo illius, qd suos in a-  
eternitate ascribere uellet, ideo sub mundi descriptione  
Deus natus est. Et bene illis, qui ascribantur: qm beati  
sunt, Luc. 16. Gaudete, qm nomina uestra scripta sunt  
in caelis:

F I L I A R I O

ex angelico ministerio & concentu. Ex primo fuit dolo-  
rosa, ex secundo & tertio ualde gaudiofa. Et haec duo  
sacrificia iugiter offerebat, s. gaudium passionis, & amoris  
congratulationis. Bern. Et gaudium fuit tam amoenum,  
quod maiorem oblectationem ex intuitu illius pueri ha-  
bebat, quam habuerunt primi parentes ex amoenitate  
paradisus, quia sanctas huius uirginis omnes fructus para-  
disi excedit: quia dixit Alexander super Cant. Mater Ie-  
su fuit pluries admilla contemplari uirtutum dimen-  
tatem filij, ut imitaretur illud Sapient. 8. Conuersario il-  
lius non habet mundum. Dicit namque Bern. O quam  
saepe osculata est eam. O quantum gauisus & consolata  
est in eius aspectu, quia diuitias eius ir adabat per car-  
nem: qui alio tempore eius humilitatem, & decomplicata est e-  
ius diuitiam: ut puerum, cere ille d. Cant. 5. Congedi  
fuit cum melle in os bibulum, in iactu in ipso. Ideo  
quod uirgo Dei genitrix, Christo nato principatet rex  
exhibuit. literaliter, quae & nos ipsi exhibere debemus mi-  
nistrialiter, eo quod ipsa est exemplum nostrum, ut di-  
cit Ambro. lib. 2. de uirginitate. Vita Mariae est nostra ui-  
uendi forma, quia in ipsius uita omnia magisteria probri-  
tatis sunt expressa. Primum, quod habuit in huius filij tra-  
gabilitate, est quod mox Christum adorauit. Et merito,  
quia ex reuelatione Angeli scuit, eum altissimi filium,  
quod & perfecte credidit Luc. 1. Beata quae credidisti.  
Sic & nos licet semper eum uenerari debemus & ado-  
rare, maxime hodie, iuxta illud quod canit Ecclesia:  
Venite adoremus, quia uenit salutare nos, Nam bos &  
asinus hodie uenerabantur eum, ut impleretur illud  
Isa. 1. Bos cognouit possessorem suum, & asinus praer-  
sepe domini sui, quia anhelitu suo calefaciebant eum in  
quod nullum calorem dilectionis ostendunt. in nato dei  
filio: ut sunt iusores, in hac nocte pro offerroto luden-  
tes, uolentes offerre deo ex malem acquisito. De quibus.  
15. q. 5. immolans: Immolantis ex iniquo, est maculatus,  
oblatus,

U. P. In fine sua congrua est libro.

2  
135  
232

4  
15-157

29  
1-3

THEOLOGIA <sup>R 10548</sup>  
SYMBOLICA  
SIVE HIEROGLYPHICA

Pro totius Scripturę Sacrę, iuxta primarium  
& genuinum sensum Commentarijs,

*Del. Col. de la Cong. de S. Hier. & alijsq; sensibus facilè hau-  
riendis. Granada. 1333 E*

IN QVA SVB NOMINE SYM-  
BOLICIUS accepti, omnis arcanus & abstrusus  
sacrarum literarum aperitur sermo.

Ex varijs, ijsq; grauissimis, omnigenę lectionis  
authoribus collecta.

PER F. ANDRĒAM DE ACITORES  
Palantiolanum, Vallis Ecclesiarum Cisterciensem Mo-  
nachum Sacrę Theologię professorem.

SVB NON FVCATÆ RELI-  
gionis exemplari. P. F. Barnaba de Benauides Cister-  
ciensis obseruantia Hispaniæ Generalis re-  
formatore dignissimo.



PRIMVS TOMVS.

Cum tribus Indicibus. Primus est Authorũ, secundus Symbolo-  
rum & Decadum, tertius locorum cõmunium Sacrę Scripturę.

Cum priuilegio.

SALMANTICÆ  
Excudebat Didacus à Cussio.

M. D. XCVII.

Sumptibus Ioannis Pulmani Bibliopolar.

*Del. Col. de la Cong. de S. Hier. & alijsq; sensibus facilè hau-  
riendis. Granada. 1333 E*

## APPROBATIO.

**H**anc primam, Theologiæ Hieroglyphicæ seu Symbolicæ partem, à F. Andree de Acitores, ex sacro Cisterciensior dine & Theologiæ professore doctissimo, compositam, qua potui diligentia, iussu supremi Senatus Regij euolui, & quantum ex eius lectione percepi, non continet aliquid, quod fidei catholicæ, aut bonis moribus sit contrarium. Imo est summè commendanda, non solum propter argumèti præstatiã, quod à paucis, aut à nullo, est ex infinito explicatũ: sed etiã quia continet variam eruditionem & doctrinam, quæ ad promouenda sacrarũ literarum studia, plurimum conferat. Quare vtiliter poterit typis mandari. Atq; vtinam author reliquas duas, eiusdem argumèti partes absoluat, vt de eare, perfectũ opus habeant Theologiæ studiosi. Dat. Madriti. vii. Kal. Decemb. 1595.

Ioannes Alphonfus de Curjel  
S. Theologiæ Doctor.

## CENSURA.

**P**erlegi, qua potui diligentia iussu sapientissimi nostri Generalis Reformatoris Magistri fratris Petri à Villalobos, Isagogen, seu librum, de principijs Symbolicæ Theologiæ, & decem selectas Decadas Symbolorum: inueni autem nihil, quod posset catholicas aures offendere, imò verò ex probatis autoribus veteribus, & recentioribus multa contulit autor, quæ & studiosis Sacra Scripturæ, & diuinæ verbi declamatoribus magnam lucem & utilitatem sunt allatura. Est enim in hoc volumine varia, & recondita eruditio, & immensa penè lectio, in cuius rei fidem nomine meo subscripsi in nostro cenobio Vallisparadisi Anno. 1594. Pridie Kalendas Maij.

Frater Augustinus  
Alvarez,

† 2

DO-

DOMINO GABRIELI PACIE-  
 co in primaria Hispaniarum Ecclesia Toletana, præcento-  
 ris dignitate fulgenti, præstantissimi Scalonæ Du-  
 cis, & Marchionis Moyæ fratri, æternam  
 in Christo foelicitatem.

**Q**uoniam de hac mea Theologia Symbolica (clarissime Ga-  
 briel) in publicam proferenda mecum agerem, summis,  
 à Deo in animi & solitudinis meae penetrabilibus, po-  
 stulanti precibus: ut si opus arrideret illi, pium ac insignem  
 ipsemet tribueret protectorem. Et ecce ubi humanum deerat auxi-  
 lium, adeo ut iam penè, ab incepto desisterem; difficultatum fere  
 obrutus procellis & anfractibus, subito diuinum affuit brachium,  
 quod te & D. Marchionem Moyæ, Vallens Ecclesiarum nostram  
 ut inuiseretur, suo sudui spiritu induxit. Erat tum prope Sanctæ  
 Quadragesimæ finis, ac proinde, quo attentius Deo totos vos daretis,  
 vitam monasticam egistis. Quamquam autem diuinæ laudes &  
 ceremonia in nostro Cisterciensi ordine longissime semper protinè  
 tur, tunc certe solito plus multo, quibus tamen deuotis & summissis  
 creatori mentibus astitistis, pauperum lauitis pedes ad exem-  
 plum Christi, & iudicis mortis eius in pane & aqua ieiunastis,  
 liberales & benignos in pauperes vos præstantes, & quantum-  
 cunque perfectum Monachum vestro feruore confundentes. O  
 quam pulchra est (ait sapiens) casta generatio cum claritate. Hac  
 sunt veræ & ingenitæ nobilitatis indicia, declinare à malo & bonum  
 facere semper, Eleazarum Sanctum (ut sacra Machabæorum histo-  
 ria prodit) claritatis sanguinis maiorum suorum & vitæ inculpa-  
 ta suæ à tenera ætate memoria, à peccato in Deum admittendo re-  
 tardauit, ad vitamq; pro Deo libenter impendendam impulit. Vi-  
 nam omnes qui in sæculo potentes sunt, quique pusillis & debilibus  
 suis sceleribus ponunt offendicula, huius exempli meminissent. Do-  
 mus vero illustrissima, familiaq; vestra Paciecorum, verum se præ-  
 bet nobilitatis lucidissimum speculum: ita ut merito dici posset, à  
 Domina vestra & matre (quæ cum Deo in cælis gaudet ut pie  
 credi potest) vos omnes fratres, pietatem & reliquas animi dotes si-  
 mul cum lacte sucxisse. In illa quippe omnes, dulcibus pacis fo-  
 dera.

dera tenebant & arcem. Imitabatur ipsa Diui Patriarchæ no-  
 stri Bernardi sanctissimum parentem, quæ filios suos velut mo-  
 nasticæ destinatos vitæ alebat & educabat. Nec sine causa qui  
 de domum familiamque S. P. N. in medium assero. Deriuata  
 nempe fuit & coniuncta Regibus Gallie, Castellæ, & Lusita-  
 niæ, ut ex historijs ostendere difficile nõ fuerit. Dices illustris-  
 simi Burgundiæ, ij sunt, ex quibus S. Patriarcha noster fuit  
 prognatus, ut sancti clarissimi huius equitis insignia ostendunt.  
 Quod autem à quibusdam, obijci conspicio, insignia nempe illa à  
 Ioanne Cisterciensi Abbate, totum mutuasæ sacrum ordinem  
 nostroque Patriarchæ tribuisse, mihi non sit verisimile. Quis  
 enim quæso sibi iusto iure persuaferit, stemmata, quæ tanto Pa-  
 tri non conueniebant, ceu propria & à suis deducta maioribus,  
 illi falso fuisse accommodata. Atqui Archimandrita illustris  
 noster, nobilitate emendicata minimè indigebat. Vt cumque nõ  
 que se res habeat, ex antiqua Burgundionum militia dima-  
 nasse (ut venerandus Abbas Guillelmus clare insinuat) ne-  
 cessè est ambigere. Ducatus verò modo, quæ quondam Militiæ  
 vocabantur Burgundionibus, Hicque homines à Burgis (id quod  
 domos significat nõ stabiles) nomen acceperunt. Nã, ut graues  
 historici testantur, super Rhenum fluiuium non multum ante  
 Christi Dni natalem raptim, & tumultuariè Burgos cõstrue-  
 bant, quæ & cum alio permearent, solo æquabant Ostrogothi,  
 siue Gothi pugnacissimi. Ex his quippè strenuis bellatoribus,  
 Burgundiæ antiqua Militia seu Ducatus, certo profluit. Cum  
 ergo Diuus antesignanus noster, ex antiqua Burgundiæ Militi-  
 a ducat ortum, & illustriores Burgundiæ Gothi fuerint, ex  
 ipsis ceu primo fonte satus fuit, non secus atque duces Burgun-  
 dionum. Cum enim amplissimus Scalonæ Dux frater tuus Do-  
 minus re & nomine Seraphinæ matrimonio sit coniunctus, ip-  
 saque prædictis Regibus sit edita, quid mirum si Beatissima  
 P. N. Bernardi domui & familiæ insigni valdè ex Burgundiæ  
 Ducibus, qui Reges olim vocabantur, Paciecorum præclarissi-  
 mam gentem adiunctam esse dixerim? Iam ergo ut vnus è fa-  
 milia & domo S. P. N. Bernardi, nobis te patronum exhibere  
 debes. Congratulari mihi possunt omnes, qui talem ac tantum  
 patronum inueni, in quo siue cultum Dei, siue generis antiqui-  
 tatem & splendorem, animi & vitæ spectes puritatem, erudi-  
 tionem

tionem, ingenium, reliquasque à nemine laudatas satis virtutes nihil in eo prorsus desiderare queã. Ex natiuis tuis dotib<sup>9</sup> animi & corporis, ex incorruptis tuis moribus te solum dum considero plus satis mihi diuitiarum offendi, quam in maiorum tuorum nota nobilitate & gestis fortibus, illa enim veluti externa tibi sunt & de foris veniunt, vt ita loquar, quantumlibet magna sint, sunt vero maxima que in te veneror, admiror, & suspicio sunt animi & corporis pretiosissima ornamenta, modestia & humilitas cum regia quadam grauitate copulata, eruditio nõ vulgaris cum pietate coniuncta, ingenium semper ad benefaciendũ promptum, & denique in omnibus operibus & verbis tuis, nihil nobilitatem & erga Deum obseruantiam nõ redolens, ea que omnia in homine etate non proeecto, admiranda sunt. Est siquidem nobilitas & generis splendor, vt Appuleius recte inquit, soli & luci similis. Loca que munda sunt & res estimatione dignas continent, vt sunt Gemma, aurum & argentum cetera que id genus, illustrat & exornat: contra vero si immunda loca vel res aliæ sint, vilitatem, & indignitatem eorum manifestat, que magis in obscuro debuit esse. Nõ secus & stemma ta præclara in hominibus vitiosis constituta, illa vitia magis apparere faciunt, que proculdubio oportet minime esse nota, sed in generoso & casto pectore nobilitas, vt aurum splendent & gemmae oborto & super eas radiante sole, que digna laude habet. Verũ cum tantus sis, que mea fuit audacia ad te accedere? Humanitas profecto tua in causa fuit, qua erga fratres nostros in nostra Ecclesiarum valle, vt ipsi mihi retulerũt, ostendisti, & quam in te inueniunt omnes paruum quid offero, sed tibi se quid summa addico totum, & in qualecuque amoris mei Symbolum, hoc meum opus dedico: suscipias illud obsecro, quo tibi offertur animo, ad duas eiusdem argumenti partes, quas iam fere perficio, vt tuo valeam aspirare patrocinio. Salmaticæ ex Dei para Virgine Lauretana, in octaua Eucharistiæ sacro sancta, anno sesquimillesimo, & nonagesimo sexto.

Andreas de  
Acitores.

## AD LECTOREM.

**I**N animum antea induxeram, Christiane lector, indicem etiam locorum sacra scriptura, vt videam nunc in vsu esse, tibi apponere, insuper & pro concionibus alii sub iungere, sed vtrumque non sine causa prætermisi. Pro primo enim tot erant mihi sacra loca subinde citanda, vt indicis limites, labor noster multo excedere, & que insigniora sunt, hoc vno indice colligere poteris facillimè. Pro secundo verò, labor nimis tedious, semper mihi visus est, quasi frustraneus. Videas enim sæpè multo plura & meliora in libris, quam qua pro concionibus in indicem delegantur. Quod si recte qui facit indicem se legerit, cum eligentium & legentium sint gustus sæpè diuersi, etiam quod fuerit optimum, fortasse displicebit. Non etenim quisquis sapor, cui libet placeat palato. Ceterum neque in hoc tibi defuimus omnino. Vnus siquidẽ hic index erit instar plurimum. In quo loca inuenies communia & peculiaria, que de facili valeas, concionibus annuis accommodare. Porro intelligentia eius est perspicua. Nam litera. P. Principium, D. Decadem, S. Symbolum significat, quorũ statim numeri sequuntur. Id quod vno fit exemplo manifestum. Passionis Christi Symbola. P. 42. n. 69. D. 1. S. 4. n. 27. Hoc est. Prim. 42. n. 69. & Decad. 1. Sym. 4. numero. 27. Habes iam nostri animi rationem.

**S**VMagestad cõcede à F. Andres de Acitores, por su priuilegio, q̄ el bo quie su poder ouiere, y no otro alguno imprima los libros intitulos Theologia Symbolica, por espacio de diez años so las penas cõtenidas en el dicho priuilegio. En siete dias del mes de Iunio, De mil y quinientos y noventa y siete años.

**P** Ag. 18. lin. 6. rat. leg. pirat. li. 9. explicatiōni. le. explicatiō  
 iam. li. ant. voce. le. voces. p. 27. li. 3. idiotissimis. le. idiotis-  
 tismis. p. 50. li. 10. igitur. le. agitur. li. 20. pœnitent. le. pœ-  
 nitet. p. 64. lin. pen. quila. le. aquila. p. 68. li. 29. eis. le. eius. p.  
 73. da eo. l. adeo. p. 76. li. 30. arat. equi. le. etate. qui. p. 83. li. 13  
 Egypto. le. de Egypto. p. 85. li. 31. polluto. le. pollutio. p. 97. li.  
 25. liber. le. liber. p. 103. li. 27. iaceis. le. iaceis. li. 28. carci-  
 caricib<sup>9</sup>. p. 115. li. 8. state. le. etate. p. 116. li. 2. nopia. le. inopina  
 p. 163. li. 7. breuiate. le. breuitate. p. 173. li. 17. prescādi. le. p̄cā  
 di. p. 176. li. 20. promissa. le. p̄missa. li. 28. Galaarç. ep̄is-  
 pisiam. lege Galaarç Episcopus. Iam. p. 184. li. 24. vires. le.  
 quasi vires. p. 196. li. antep. Apostolus. le. Apostolos. p. 216. li.  
 29. deleys. le. delicijs. p. 235. li. vlt. sacerdotum. le. sacerdotium  
 p. 237. li. 22. conuijs. le. conuiuijs. p. 245. li. 13. lenissimā. le. le  
 uissima. p. 265. li. 22. 30. 31. sta. etulta stas. le. sta. stulta. stans.  
 p. 269. li. 9. homines. le. hominis. p. 281. li. 7. agitur. le. igitur.  
 p. 285. li. pen. Tarara. le. Tartara. p. 293. lin. 11. morphoris. le.  
 morphosis. p. 296. li. 21. geliā omnia. 6. a. le. gelistam omnia.  
 p. 302. li. 23. vn̄lis. le. vn̄is. p. 309. li. pen. mortem. le. morem.  
 p. 318. li. 2. quāuis. le. quauis. li. 29. esuerit. le. esurierit. p. 322.  
 li. vlt. vitæ. le. vitæ. p. 327. li. 2. orationem. le. oratio nomē. p.  
 335. li. 33. demonus. le. demon tuus. p. 342. li. 5. solem. le. solēt.  
 p. 344. li. ant. capti. le. capiti. p. 348. li. 15. stetit. le. staturit. p.  
 350. li. 17. Appellamus. le. Appellatus. p. 369. li. 19. sapiße. le.  
 sapißimē. p. 382. li. antep. onuenit. le. conuenit. p. 387. lin. 25.  
 mundantis. le. mundatis. p. 392. li. 22. in id. le. id in. p. 416. li. 2  
 elegat. le. elegans. p. 417. li. 2. fulgar. le. fulgar. p. 435. li. 5. mi-  
 litas. le. milites. p. 438. li. 20. sollicitas. le. sollicita.

Con estas erratas esta correcto este libro conforme a su origi-  
 nal. En testimonio de lo qual lo firme. En Salamanca, oy dos  
 dias de Junio. An. 1597.

El Corrector, &c.

Mannel Correa  
 De Montenegro.



**PROLEGO**

MENA IN THEOLO-  
 giam Symbolicam.

DE OCCASIONE SCRIBEN-  
 di Symbolicam doctrinam.

PROLEGOMENON.

AD LECTOREM THEOPHYLVM.



**M**ER Sabam ego Lector Theophile ab ineunte adolescentia  
 mea sacra volumina; ut ibi fauos mellis dulcissimos, in  
 vasta degēs eremi solitudine degustarē, quos argumēto  
 sa apes, antesignani (inquā) nostri Patres, alijsque di-  
 uinarū literarū interpretes, in vinea Dñi florigerā cōponebant.  
 Didiciq; ex eis, medullā sub cortice latitatē eruere, Aquā de pe-  
 tra elicere, olcūq; de saxo durissimo. Principio nāq; cū sacra,  
 sine duce literas euoluere cœpi, aspera ac dura prima mihi facie vi-  
 debantur. Audierā tamē eas instar esse Silenorum Alcibiadis, qui  
 quidem extrinsecus humiles apparebant, at vero apertæ imagūcula  
 illa, diuinā deorū imaginē demonstrabāt. Sic nimirum si solū istius  
 verborū faciē in sacris aspexeris oraculis, nō illa dixeris adeo polle-  
 re maiestate atq; elegātia: at si Silenos istos aperueris si litera spirītū  
 ac vitā fueris intuitus, lætaberis sane super eloquia Dñi, sicut  
 qui inuenit spolia multa, superque aurum & topazion illā di-  
 liges, dulci oraque super mel & fauū æstimabis ea. Ad hunc  
 sane modū sunt diuina fere omnia, ut nisi penitus fuerint inspecta  
 quodāmodo corā oculis hominum superbis incipiāt vilescere. Circū-  
 cidere Dominus præcepit Abrahamo (ut rē exēplis illustremus) &  
 per eum Israelitis omnibus, omne masculinū post dies octo mortisq;  
 pœnam imposuit legis illius transgressori. Siquis corticē solū istius  
 præcepti cōsiderauerit non mysteriū aliquod latere ibi, sed nudū esse di-  
 cet potius cæremoniā a legislatore Mose tamūmodo profectā. Nāc sa-

Psal. 77.

Erasm. vbi  
 explicat  
 Silenos Al-  
 cibiadis in  
 Chiliad.  
 Psalm. 118

Genes. 16.

cerdotes Ethnicorū, diuinos, & aruspices apud Æthiopes, Arabes, & Phoenices legimus id seruasse, & Ægyptios sicut & Arabes id ab Hebrais, accepisse, nemini debet esse dubiū. Verū si istā introspe-  
 ris, sacramētū Hebræorū ab omnipotēte illorū institutū Deo maxi-  
 maq; ueneratione & obseruātia quondā dignū purgationē culpæ ori-  
 ginalis significās, fidelesq; ab infidelibus distinguēs quādāq; sacram  
 Christi protestationē, eiusq; figurā & æternitatis diuinū inuolucrū ac  
 mirabile, fuisse dices. Quod, etiā, suo de alijs cæremonijs est dicēdum  
 modo. Non secus & nostra septē, ecclesiæ sacramēta, si oculis tātum  
 externis aspiciātur, egena uacuaue elemēta uidebūtur, at si fidei  
 cōspicillijs ea uideris causare quā cōtinēt ac significāt gratiā multi-  
 plicē, & credes & asseuerabis: etenim si baptisimū nostrū, nō quis pe-  
 netret putabit esse quādā inutile, uel superstitione plenā cæremoniā  
 & traditionē à Pharisæis acceptā perfidīs, tamē si Christū instituen-  
 tē, eiusque præceptū imponētē, & eorū quibus cōficitur significatū  
 & efficacā uideas, inuenies proculdubio baptisimū quādā tutissimā  
 salutis esse ianuā, Regniq; cælorū aditū, spiritualeq; quoddā rege-  
 nerationis animæ lauacrū Nicodemus ille magister in Israel hæc ig-  
 norabat, quousq; à Christo fuit mysteriū edoctus. Quid uero de sacro  
 sancta dixerim Synaxi? Panē ibi esse putāt adhuc quidā stulti hæ-  
 retici postquā Christus eiusq; ecclesia & omnes fideles, ab primis il-  
 lisq; Apostolorū tēporibus, fidē ueluti permanus accipētēs, cor-  
 pus Christi illud, quod subest speciebus esse docuerūt. Quid ergo?  
 Si tegmina tantū aspexeris externa panē esse, suspicaberis. Enolue  
 tamē Silenos illos, non Alcibiadis quidē, sed omni potētis Dei, & eū  
 sub illis uelaminibus absconsum profecto, per fidē inuenies mādūca-  
 bisq; & adorabis, id quod & mādūcauerūt & adorauerūt omnes  
 pingues terræ. Primores nēpe fidei nostræ duces inuictissimi. Nō  
 aliud & de sacris literis proferet iudiciū, quā ad eas sine fide accesserit  
 & lumine. Nā si principiū Geneseos Mosaicæ, sine pietate legerit eū  
 inferiorē multo libri Platonis Timæo, ut Iulianus apostata iudica-  
 bit. Sic itē qui Salomonis illud Bucolicū carmē & nuptiale poësim,  
 mēte euoluerit carnali nec satis defecata, prophana quādā esse Etyme-  
 nœa carmina similia ijs, quæ Tibullus aut Catullus, & alij eius fa-  
 rine auctores, depereuntes puellas edidere, ut impius Castalio, aliq;  
 semiethnici, uel potius ethnicis peiores multo homūciones, arbitra-  
 tur: cū sint alioqui plura in illis poematis cælestibus abscessa myste-  
 ria, quæ uerba. Hæc ego reip̄a expertus, sacra scripturæ dulcedine  
 abstractus & illectus, cepi in amorē illius extandescere & eius spi-  
 ritū alere.

Marci. 16.

ritales amplexus Nestare dulciores nimis uehementer appetere. At  
 que id ut assequerem in interpretes eloquiorum Dei probatos, assidue le-  
 gere cœpi. Ex quorū nō parū frequēti lectiōne certo deprehendi, non  
 parū, quin maiorē, sacra scripturæ, intelligentiā partē ex Symbo-  
 lorū, quæ in ea frequētissima sunt selectiōne & explicatione pēde-  
 re omnino. Cōsului deinde auctores, qui in colligēdis illis, magis assi-  
 dui inueniebātur, & ego postquā uidi aliquā licet nō faciliē uia mi-  
 hi paratā ab illis, uel potius demonstratā annuēs D. Hier. cōsilio, sa-  
 cerrimā frāgebā nucē, sacraq; Symbola uidecūq; colligebā & tunc  
 Dño cū Regio uate dixi: Quā dulcia faucibus meis eloquia tua  
 super mel ori meo. Habebā mihi pauca ex varijs conquisita sacra  
 scripturæ locis, cū ea nō paucis, ijsq; pijs & doctis uiris, diuersorum  
 ordinū & statū ostēdi, ut suū de illis mihi iudiciū patefacerēt ex  
 quibus unū tantū honoris causa nomino ex nostra familia sacra egypte-  
 gium cōcionatorē omniq; eruditione præditū M. F. Ludouicū Bernar-  
 dū Dominæ nostræ Lauretanæ Salmaticensis Abbatē meritissimum.  
 Probarūt & laudarūt, ut erāt illi mei amātes & multū mihi chari,  
 desiderū meū inueniendi cætera & ad captis insistēdū, me nō me-  
 diocriter stimulabāt. Quid ego tūc facerē? uidebā miros, quos in sa-  
 crorū uoluminū intelligētia, symbola exquirēs poterā facere prouē-  
 tus. Erā ego uir desideriorū. At uidēs pauperiē meā, laborē ingētē  
 recusabā. Amator sacra scripturæ, aliquid ex limpidissimis eius fō-  
 tibz optabā exhaurire, amorq; iste castus urgebat ad tantū opus sua  
 debat ab cæpto desistere, timor ex penuria ortus ingeniolū mei nōq;  
 integra sed sepius intercepta ualitudine. Nā quod alij obrectato-  
 rū uenenata spicula adeo solēt formidare, apud me profecto nihil fe-  
 cit. Sustinēdū est amāti & abstinēdū. Et ueneno plena pocula pro-  
 re multū amata ebibere quibusdā nō uisum est difficile apud me ita-  
 q; cū pugnasēt amor & timor uicit tādē amor, cuius hæc sunt Sym-  
 bola, non pinguis spolia. Ea benigne ex uictis accipias animo lector  
 Theophile, seu amator Dei. Dū autē Symbola paramus tibi, nō tā do-  
 cere quā doceri ac discere uolumus, utilitatē propriā & tuā Deiq;  
 præcipue honorē intēdētes. Habes ergo cur Symbol. op.º agrediamur.

DENOMINE HUIVS SCIEN-  
 tia eiusque nominis ratione.

PROLEGOMENON. 2

ET si apud Philosophos constitutū sit, pro rebus nouis nonas lice-  
 re adinuenire uoces atq; ut est apud Gellij Noctes Atticas, uer-  
 bis

D. Hieron  
 Psal. 118.

bis recetiorū & antiquorū moribus est vtēdū, nolim tamē quispiā de me suspicetur, quod huius sciētiae nomē solus effinxerim ego cū sit nomē hoc & antiquis & nouis satis agnitū Theologis. Nā in primis D. Dio. sapissime de Diui. nomin. eā modo cōtēplationē modo Theologia Symbolicā. vocat. Concinnat olim Vindex Cael. anti. lectio. 12  
 commētarios, ad cuius exēplar, Lodonicus Caelius. 30. libros edidit. Sic & forte ad modum Ioannis Zexis autoris Graeci, qui Chiliadas. 12  
 quafitū fecit, & suas etiā prodidit Erasmus. Decadas posuit Lini. in historia sua, & Bartholomaeus Sibylla in peregrinis qq. Liniūq; imitatus est Thomas Fascellus. Sed & Cātap. librū de Theologicis de dit Hypot. nomine à Clem. Alex. mutuo, & à D. Dion. potissimū qui librū de hoc argumētō se fecisse in libro de diuinis nominibus, ostēdit. Sed ego quis sum vt ad S. Dio. imitationē, de Symbolica Theologia librū edidit: conabor certe siquidē nō datur imitari. Sed ad nominis explicatiōē accedāmus. Theologia certe, Sermo est de Deo, ceteris scientijs propter nobilitatē obiecti materia certitudinē & finē altiorē, dignior, vt D. Tho. docet. 1. p. q. 1. ar. 5. Nāq; autore Reuchli. in sua cōtra quosdā theologos defensione, Theologia à diuina locutione vocabulum habet. A Theos quippe quod est Deus, & logos quod est sermo vel ratio derivatur, quasi de Deo sermo sit, vel ratio: & ita res se habet quod omnia quae disputat Theologus, vel de Deo sint, vel ad Dei cognitionē cōducētia, & destinata. Nihil siquidē inuenies in Theologia disputatū, quod de Deo, vel eius operibus creationis nimirū, ac gubernationis, redēptionis, iustificationis, & glorificationis, vel aliquid huiusmodi nō sit. Quapropter de Deo solū dicitur sciētia, quoniā ad eū referūtur omnia quae in illa tractātur. Quod & de nostra Symbolica Theologia verissime dicetur. Accedit quod subalterna est Theologia viā; patriae suparnae Theologiae, à qua sua principia emēdicat, sicut & Musica subest Arithmetica, atq; ars pictoria perspectiua. Nō possū q; nō mirari sententiā quorūdā, qui cū doceāt, Theologiam esse propriē sciētiam illā propriē subalternā esse negēt. Videtur enim haec duo quodāmodo pugnare. Non aliter quippe est sciētia Theologia nostra quā vt subest Theologia beatorum, quod clarius est quā quod indigeat probatione: igitur vel propriē est subalterna ei vel non est dicenda Theologia nostra propriē sciētia. Quare alij sicut eam propriē subalternā negant, ita & esse propriē sciētiam, Theos autem hoc est Deus iuxta Damascenum li. 1. capitul. 12  
 dicitur, vel a them, id est, currere, vel disponere vniuersa, vel ab athen, id est, vrere, nā Deus ignis est, iniquitatē nostrā absumens, vel a. Thea.

D. Dioni.  
Vindex.  
Caelius.  
Caeli. Rho  
diginus.

D. Thom.  
Reuchli.

D. Damas

à Theastha, id est, intueri omnia cū nullū illum lateat secretū, qui omnium inspector est rerū. Intuetur enim omnia priusquā deducātur ad ortū, iuxta voluntatē eius, quae à tēpore nō pēdēt. Idē & Nazia. prius li. 4. Theologia. Sanctusq; Theodoretus in li. de Principijs existimat nomē Dei à Thein quod est currere derivatū vt & Plato sensit in Cratilo. vnde & planetas & Sidera reputabāt antiqui Deos esse, quoniā videbant per caelum velocissimum suum cursum agere, Deos illos quasi currentes nominabant. Nō displicet sententia haec D. Dionisio 12. cap. de Diuinis nomin. & Theophilo sexto Antiochena ecclesiae pontifici lib. 1. ad Autolyicum, qui & à verbo Tithi mi, id est, pona quia omnia in eo posita sunt, vt & D. Diony. quod cuncta prospiciat & gubernet, & Clemens Alexand. in postremis lineis primi Stromatis, Deum dici, docet. Constat ergo iam ex his nominis Dei etymon & ratio. Quare Theologia, quam Deus omnium rerum habeat curam & praecipue rationalium creaturarum late ostendit, in eoque explicando, multa est. Sed cur Symbolica appelletur à me modo dicendum est. Aristoteles nominum etymologicam rationem Symbolum appellabat. Iulius Pollux, numisma paruum. Signa item militaria, quorum in bellis erat necessarius vsus, vt se diuersa nationes mutuo intelligerent, cum illa viderent erigi, contra vero incognita essent hostibus (ostendente id Onofandro de optimo imperatore) Symbolum significat, latine tesseram dicas. Nomen quoque quod dux militibus imponebat Symbolum dici solitum aduertimus. Symbolum etiam Graeci nun cupant, quod ex sternutamento cōcipitur augurium. D. Augustinus lib. 1. de Doctrina Christiana scribit, veteres lectum solitos repetere, si dum inducitur calcens sternutamentum obtigisset. Ab Alberto quoq; animaduersum est, in Augurum scientia contineri, esse indicium, vel signum veritatis & liberationis ab insidijs, sternutamentū. Et Eustac. Iliados Rhapsodia. 7. inquit, quod vt opinati sunt veteres, à dextris sternutamentum augurabatur quippiam boni. Plutarchusque in Parallelis narrat, ante praelium cum barbaris nauale, Themistocli immolanti, clarā & è sacris resurgentem flammam, simulq; sternutamentum à dextris dedisse signum. Aristoteles quoque auspiciora putat post meridiem facta sternutamenta. Sed & vulgo dicitur, sternutamentum bonum esse signum: id quod ab antiquis taxisse videtur originem & ab ipsa re natura. Nam cum sit indicium quod caput bene valeat, possitque concoquere partem optimam spiritum exeuntem, vulgus vt bonum

D. Greg.  
Nazian.

D. Diony  
Theophil.  
S. Cle. Ale

Aristo.  
Iulius.  
Pollux.  
Onofand.

D. Auguf.  
Alb. mag.  
Eustatius  
Plutarch.  
Aristot.



ac integra valetudinis, veluti veneratur & suscipit auspiciū vel signum. Hæc idco veluti per Parebasim dicta sunt cum non sint in utilia prorsus. Tum vero præcipue vt quæ dicerent Symbola Græci, agnoscas Lector optime. Cum tot sint Symboli nominis acceptiosnes, in sacris bifariam solum video Symbolum vsurpari. Et prior quidem modo sumitur, vt est collatio in vnum quæ fit à pluribus vt in conuiujs solet fieri. Hac significatione sumitur. Prouerb. 23. Et dantes Symbola confumentur. Et apud prophanos quoque auctores, inuenitur. Tunc que peculiari ratione nomē Symbolum est à verbo Græco symbolo quod est, cōfero, quoniā plures cōferant in vñū. Habet & aliam significationem nomen Symbolum antiquis communiorem, quæ signum quoddam arcani mysterij Symbolum dicebant. Vt ciconia pietatis erat Symbolum, papauer fertilitatis. Hac etiam significatione (ni fallor) æstimo virgam Aaronis a Mose signum vocatam, & Serpentem aneum. Nam virga signum rebellionis filiorum Israel fuit, serpens autem aneus salutis. Et si ad Allegoriam respicias, manifestæ sunt vtriusque rei interpretationes. Pro signo item accepit Moses sacrificium illud in monte Syna. His in partibus speciatim nominis signi fit mentio & sic sumitur, vt significet arcane. In Topicis Tullius (vt & ad humaniores more nostro literas recurramus) docet Aristotelem vocare Symbolum, quod nos, noxam. Habebant & Ethnici quedam simulacrorum additamenta Symbolica. Nam Heliensibus Phidias, per Venerem, testudinem suis pedibus calcantem, muliebris esse decoris, ædes custodire, atque silentium monstrauit. Draconem præterea Pallados simulacris apponere consueuerat, veluti tacita inuens ambage, virginibus maxima & pernegili custodia corporis sui opus esse. His Symbolis atque notis Aegyptij, præ omnibus Ethnicis utebantur. Sed quæ optima erant, ac pene cum rebus ipsis nata, ab Hebræis (vt & inferius in Isagoge ostendemus nostra) mutuauerant. Nam formica illis prudentiam denotabat, & in sacris etiam piger ab formica discere iubetur. Caput leonis vigilantes aut custodes, vt & in Sacra pagina regem per Leonem videmus non semel significari. Cælum præterea rorem eiciens, disciplinam vel artem, (vt Appollonius Eueroldo interprete ostendit) præmonstrabat. Et Moses in illo celeberrimo Deuteronomij cantico, Audite, inquit, cæli quæ loquor audiat terra verba oris mei. Concresecat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum. Et quasi stillæ super gramina. Ecce ro-

Prouer. 23

Num. 17.  
Nume. 21.

Tullius.

Appolloni.

21

22

23

24

ri comparat doctrinam suam. Vipera eis, mulier insidians viro erat & apud sapientem, serpenti veneno mulieris malitiam, vides comparari. Per Sceptrum cum oculi specie, Osirin sine solem Deum scilicet suum (vt Macrobius libr. 1. capitul. 27. docet) significabant, id quod à virga quam vidit Ieremias vigilantem sunt qui putent de sumptum. Perdices contumeliosos homines innuebant ex Cælio Rhodigino libr. 6. capitul. 25. Habet & Symbolum in sacris per di x, quæ sonet oua quæ non peperit. Oculus, iustitiæ seruator, & corporis custos interpretatur iuxta Diodorum libr. 4. & in sacra doctrina, habet etiam oculus eandem fere significationem. Aliaque id genus multa Hieroglyphica & Symbola Aegyptiorum ab Hebræis inuenies accepta. Vide Pierium Valerianum, & Cælium Augustinum, aliosque auctores, qui de Hieroglyphicis libros prodiderunt. Sunt ergo Symbola, quædam peculiare, ad mysteria arcana, vel recondita significanda inuenta nota. Quæ quidem frequentissima sunt in sacris literis, vt ex nostra introductione post modum constabit. Ad hanc etiam significationem refertur & illa quæ Symbolum, pro breui quadam, & omnibus non perua arcanaque doctrinam continente in se sententia vsurpatur. Quæ sane sententia vt breuissima sunt, ita & efficacissima ad suadendum & docendum. Multa tradidit Symbola Pythagoras & Vines quoque Valentinus non pauca alia in quodam suo libello congregauit. Sunt & sic innumera in sacris literis. Hæc itaque Theologia pars, circa sacras istas notas explicandas occupatur, ac proinde apte a D. Dionysio Symbolica nuncupatur. Sit ergo Theologia, quoniam de Deo agit, sit & Symbolica quod circa enodanda abstrusa Symbola versetur. Vide & de symboli ratione, Claudium Minoem ante Alciati Emblemata.

Macrobi.

Cælius.  
Rodig. n.  
Diodorus.

Pierius.  
Valer.  
Cælius.  
Augusti.

Pythagor.  
Vines.  
D. Diony.

DE

9 4

DESCIENTIÆ HVIVS PROFESSORIBUS, eorumque nomine ex D. Isaia atque Dionysio Areopagita, & alijs

PROLEGOMENON.3.

**V**etustissima omnium cum fuerit hæc scientia, vt dicemus de 29  
inceps vetustissimos habuit professores eã etenim antiqui Pa-  
triarcha in sermone vsurpabant & in visionibus suis frequẽ-  
tissime. Ostendemus id abunde in nostra Isagoge. Et in paradiso si rẽ  
volumus altius repetere, multa Symbolica inueniemus. Symbolicõs  
nanque Dominus ad serpentem est locutus, & serpens demonis fuit  
Symbolum. In protoparentibus nostris, & in Abelõ, Caino, & Enos  
& Enoch, in Sem & Noe exordium sumpsisse scientiam hanc ex sa- 30  
cris literis non obscure colligi poterit. Abraham deinde Isaac & Ia-  
cob, & Melchisedech Rex Salem, & duodecim Patriarcha (vt ex  
eorum testamento elucet) multa nobis tradidere Symbola ex rebus ip-  
sis desumpta. Sic & Moses aliique sacri scriptores, in suis diuinis mo-  
numentis, plurima ex eis, mandauerunt scriptis. Theologia autem ista  
vt & alia scientia fere, non tantum in vocibus, sed & in rebus à  
quibus fuit desumpta, sita est. Quare veteres illi patres, ante Mosem  
verbis & rebus futura significarunt licet pauci scripto. At Moses,  
scriptis suis, res Symbolicas & voces ad posteros trãstulit, ad quarũ  
allusionem Symbolice Prophetæ sunt locuti. Veteres etiã ethnici, hæc 31  
scientiã sunt professi, vnde D. Augus. & alij philosophos Platonicos  
Theologos vocat, aliosq; antiquiores: & Aristoteles li. 6. Metaphy-  
sica dicit, quod quaedã philosophia pars dicitur Theologia, ea vero  
est alio nomine Metaphysica, vocitata. Lege Clementem Alexandri-  
num & Eugubinũ Aug. in de Perenni philosophia libris, & de ethni-  
cis inuenies quæ dico. Euolue itẽ chronographiã Genebrardi, in qua 32  
aptissime à prisca illa vsque ad recetiorũ hominũ atate, Religionis  
verã veritatẽ, deducit ex scriptura sacra ascẽdẽs gradatim, per Sym-  
bola antiquissima. Ostendit quippe cultũ diuinũ ac pietatẽ, à patri-  
bus peruenistis ad nos vsque defluxisse. D. Dion. summus ille, huius  
sciẽtia magister, & artifex, scriptores omnes sacros velui auctores  
huius

D. Augst.

Eugubin.  
Genebrar

D. Dionis

huius scientiæ citat, ab eisque quã plurima Symbola commemorat  
accepta de quibus, in libro suo de contemplatione vel Theologia Sym- 33  
bolica edito à se, qui non habetur ( vt eius docet egregius expositor  
D. Thomas ) egisse se dicit. Inuenio ego omnes antiquos scriptores sa-  
crã scripturã enarrãtes Symbolis fuisse sæpe vsos, ac diuinis emble-  
matis ac Hieroglyphicis ostendũt id eorũ scripta, Symbolis velut  
pretiosis insignita margaritis. Pagninus ille Santes, ex eis nõ pauca  
in vnum volumẽ cõgescit, & post eũ Lauretus in sua Allegoriarũ  
Sylua denuoque D. Ioan. Ferdinandus è societate Iesu Theaurum e-  
didit similem Laureti diuitijs, inãstimabilẽ, maiori tamen & verio-  
ri luce. Sic & Antonius Ricardus commentaria Symbolica fecit, in  
quibus, sacris profana multa susque deque admiscuit vt, Ariosti de 34  
Rugero poetica figmenta, alia que similia, vniuersa vt cumque &  
vnde cumque Symbola complecti volens: magna eruditione refertis  
commentarijs, quæ cum meam paraueram Theologiam, non vide-  
ram. Et quidem laborem istum nostrum, superuacaneum omnino  
reputarem, si vt Allegorias sunt illi suis scriptis felicissime comple-  
xi, ita & nobis sensus literales, sub diuinis inuolucris reconditos,  
pari diligentia ac studio æquali, propalassent. Introductionem sa-  
ne perquam vtilem ad proprios litera sensus Pagninus edidit, vt inã-  
& Symbola nobis aperta reliquisset. Arias ille Montanus, Hispalẽ-  
sis, Hispalis, ac totius Hispania nostra decus & ornamentum, in  
suo Iosepho & Ieremia, ( sic enim duos de hac re libellos inscripsit )  
Laconica licet mira sua illa breuitate pleraque sacrarum literarum  
arcana significata tetigit. Sed id non citatis autoribus ( quod nos fa- 35  
cere non debuimus ) ille fecit. Picius item Valerianus suis ab an-  
tiquis ethnicorum literis, acceptis Hieroglyphicis, leuiter ( vt eius  
postulabas argumentum ) nonnulla eaque fere mystico in sensu  
solum, pandit. Non secus & Cælius Augustinus. Scripsit &  
Hieroglyphica Goropius Becanus. Sed hi equidem non tam  
Hebræorum diuina Symbola, quam aliarum gentium pandere  
festinabant. Non aliter & de Alciato, in suis emblematis  
iudicauerim, deque Henrici Glareani Hieroglyphicis, alio-  
rumque similium autorum Symbolicis operibus. Scripsit & Cy-  
prianus noster Huerguensis in Academia Complutensĩ diuina le-  
gis non vulgaris eruditionis & nominis interpres Opus de Sym-  
bolis Mosãicis omni ( vt & sunt alia eius opera ) eruditione  
refertum, sed plagiarus quidam infando scelere, ac ansu plus-  
quam

D. Thom.

Pagninus.  
Lauretus.  
Ioã. Ferd.  
Antonius.  
Richardus

B. Arias.  
Montan.

Picius.

Cælius.  
August.  
Goropius.

Alciato.

Cyprianus  
Huerg.

quam temerario illud subripuit ut doctissimus Magister meus P. Ignatius Firminus Iberus, in prædicta Academia publicus qui fuit Theologiae sacrae professor, nunc autem Abbas Monasterij Dominianostri de Hitero dignissimus, in præfatione ad eius opera testatus est, in epistola nuncupatoria, ad Sanctæ memoriæ virum F. Marcum à Villalba, antecessorem suum, de quo mira, eaque verissima narrare possem. Si opus illud extaret, prorsus otiosum ac frustraneum laborem in edendis Symbolis impenderem profecto: at cum non compareat pro virili ad caput institutum nostrum adnitamur. Georgius Bullocas suam Bibliorum Methodicam economiam, varijs, sed iuxta mysticam fere sensum Symbolis respersit. Eumque videtur imitatus Iohannes Boulaese in sua quam typis mandavit ad mysticos sacrae scripturae sensus introductione. Sixtus ille Senensis ut quaedam pauca sua Bibliot. heca inseruit Symbola, vitinam & alia inseruisset multa. Hector quoque Pintus Hieronymianus, non pauca in suis commentarijs ad miscuit. Cantapetrensis item in Hypotyposibus. Sed & Ludovicus Legionensis tot Symbola quot Christi nomina explicuit. Castrensis denique Leo in suo Apologetico, insinuavit non vulgaria quædam. Cornelius etiam Iansenius protoepiscopus Gandauensis, Iansenius, alijsque neoterici autores, quandoque Symbola intermiscunt, raptim tamen & velut per transennam. Et (vno ut verbum complectar omnes) in Hebraeis, Græcis, & Latinis expositivibus sacrarum literarum, non paucos huius scientiæ, compereris amatores. Nullum tamen hactenus inveni, qui omnino simili nostro lusserit argumento. Tamen si in exponendis sacris oraculis, aliorum potius, quam nostrum simus secuti iudicium. Huius autem scientiæ eximios professores, duplici inuenio nomine a veteribus appellatos. Isaias enim capitul. 3, eos Prudentes eloquij mystici, D. autem Dionysius capitul. 2, de Divinis nominibus Peritos Deitatis Vocitavit. Ait quippe Isaias voce Domini, a perfidis Hebraeis prudentem eloquij mystici auferendum ob peccata nimirum eorum, & mentis cæcitatem. Est vero ibi prudens eloquij mystici iuxta D. Hieronymi sententiam, vir exercitatus in lege & prophetis in eis que eruditus. Subscribit & Adamus Delphius. Et Hieronymianus Pintus, de ecclesiastico concionatore pollente prudentia eloquij mystici, hoc est, non solum literali diuinorum voluminum sententijs, sed etiam spiritali intelligentia, quam de incantatore vel oratore

Ger. Bul.  
Joan. Bou.  
Pintus.

Mar. Mar.  
Ludovicus  
Leo castræ.  
Iansenius.

Isaia. 3.  
D. Dioni.

D. Hieron.  
Adamus.  
Delphius.  
Pintus.

41 tore locum hunc docet melius explicari, Vir autem qualis ab interpretibus istis depingitur non est alius quam huius scientiæ professor. Dicemus nos & de loco isto Isaiæ in Decadis vterius cum de suo surro prophetico egerimus. Quid vero aliud est eloquij mystici prudens, quam peritus Deitatis? Mysticumque quasi occultum reconditum & arcanum dixeris. Nam periti Deitatis, circa arcana Dei mysteria versantur.

QVOD IN HVIVS SCIEN-  
tiæ Professoribus niuei mores  
requiratur.

PROLEGOMENON. 4

42 QVam vero deceant huius scientiæ candidatum, candidiores niue mores atque lacte, eboreque antiquo rubicundiores, vel ex nomine à Diuo illis imposto Dionysio aperte constare poterit. Nam peritus Deitatis nullatenus dicitur impius aut moribus corruptis homo nisi prius deposita pelle serpentina, nouum hominem induerit. Non enim amat diuina Sapiencia animam maleuolam, in quâ (ut Sapiens docet) minime introibit neque habitabit in corpore subdito peccatis. Iuxta Græca maleuola anima malefica est & malitiosa, quæque mala callida arte machinatur & fabricat. Subditum autem peccatis corpore, eis dicitur obnoxium. Corpora enim peccatorum obnoxia sunt igni æterno, et qui facit peccatum (dicente Domino) seruus est peccati, id est, peccato deseruit, vel potius, ex peccato seruus est & non liber, eo solum quod peccat. Quod exponit D. Petrus epistola. 2. capitul. 2. Aquo enim, quis superatus est, huius & seruus est. Et Paulus ad Rom. capit. 6. de liberalitate per Christum accepta loquens dixit: Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia. Pudere enim eos deberet, qui sub gratia cum iam sint, id est, sub lege gratiæ, vltro se subiciant peccatis. Qui huiusmodi sunt huic scientiæ sunt inepti, ut sunt heretici & Iudæi Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum (pro quo Græce est Dolus) & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, id est, mi-

Sapientia.

2. Petri c.

Rom. c. 6.

gra

Proleg. 4. Ad Lectorem Theophilum.

grabit à cogitationibus imprudentibus, vel prudentia destituitis. Quo modo autem obsecro poterit peccator esse prudens eloquij mystici cum cogitationibus imprudentibus fuerit immersus? Quemadmodum spiritus ille almus in illo permanebit? & corrumpetur (ait Sapiens) à superueniente iniquitate. Clarus verteretur confutabitur, hoc est, veluti victus spiritus Sanctus, & improprio affectus, cum morore decedet. Vnde præcipit Paulus ad Eph. 4. Nolite cõtristare Spiritum Sanctum Dei. Metaphora elegans est, qua vt ab impijs Spiritus almus ille effugiat, dicitur. Nequibant igitur huiusmodi tenebriones, lucem spiritus accipere, quam diu ita manserint. Sed audiamus D. Gregorium Nazianzenum qui in suo apologetico ita ait: Sapientiam quæ omnium & princeps est, & inuentrix & in semet ipsa habet omnia, & continet, cuius nomine etiam Deum vocari, magis quam cæteris quibus humanum sermonem vt fas est appellationibus gaudet, ita leuem & ita nullius momenti, æstimabimus, vt putemus, voluisse quem piam tantum, & statim esse Sapientem? Hucusque Gregorius Theologus. Peritus ergo Deitatis ille erit, qui Theologiam hanc reconditam calluerit, quæ omnium est inuentrix, omniaque continet, quorum Deus autor est. Non auderem ego Theologum nuncupare illum, qui scientiam istam penitus ignorat. Quare Hebræi, à quibus ob eorum innumera peccata, prudentem eloquij mystici, & Deitatis peritum iuxta Isaia vaticiniũ non sunt dicendi Theologi quamuis de Deo multa garriant. Excœcauit enim eos malitia ipsorum, tradiditque illos Deus in reprobum sensum, Deo qui Spiritus est, puraque mente colendus, membra tribuunt corporea ex ignorantia Symbolicæ Theologiæ. Ob id que quidam Rabbi Samuel versans apud Arabes timebat & dubitabat de secta sua illa falsa in nostramque fidem Christi declinabat vt videre est, in Epistola eius, quam affert D. Antoninus in suis Chronicis: Non poteritis o perfidi Hebræi, iam legem Domini intelligere. Nisi enim credideritis non intelligetis. Nequit esse Deitatis peritus infidelis. Accedentem namque ad Deum oportet credere, quia est (iuxta Paulum) & quia remunerator est. Sunt certe periti qui sunt Deitatis, eius discipuli dicendi iure potiori, quam quo Plutarchus de Disciplin. Philosop. reges Deorum esse discipulos proditum reliquit. Quod si à Deo ediscunt Deitatis periti, & eloquij mystici prudentes, suntque docibiles Dei moribus debent esse deprauatis minime

Ephes. 4.

D. Grego. Nazianz.

R. Samue.

D. Ant.

Heb. 11.

Plutar.

Proleg. 5. Ad Lectorem Theophilum.

nime. Hanc scientiã, dum in monte oraret Moses, colloquioque diuino fruere tur, edoctus fuisse creditur. Oratio etenim peritos homines facit Deitatis. Qua propter S. Nilus monachus D. Chrysostomi discipulus cap. 5. de Oratione, Si es Theologus, inquit, vere orabis, & fieris Theologus & vere orabis, Theologus vere eris. Ob rationem in qua continuus erat B. Patriarcha noster Bernardus cum ad aperta tota simul scriptura sacra, sibi visa est. Qui sane in Theologicis arcanis, quod ad deuotionem spiritum attinet ac vitam, nemini videtur secundus extitisse. Vnum illud moneo & amice cõsulo, si vis perfectus esse, vade & lege Bernardũ. Carbones igneos congeret in pectore tuo, & ignem illum faciet ardescere, quem Dominus Iesus misit in terram, & voluit accendi vehementer, erat nimirum vir ille beatissimus Deitatis apprime conscius & peritus.

S. Nilus.

D. Bernar.

DE RATIONE METHODICA styli, & ordinis in tradendis Symbolis habita.

PROLEGOMENON. 5.

Necessitatem seruandi ordinem, in aliqua potissimum tradenda disciplina, nullum quantumuis rudem iam inueneris, qui nesciat. Qua propter, rationem reddere volui ordinis & styli, quem seruare, in Symbolica doctrina volui non temere. Facillimum profecto fuisset mihi vel vocum, vel rerum ordinem in his Symbolis apponere, at videmus insignia ingenia multorum, varietate quadam delectari magis, quam serie prorsus vniformi. Non expedit in omnibus vnus ordo & par stylus. Nihil ordo quandoque inordinationem parit. Fateor ordinem esse concentum quemdam ac harmoniam, ob idque Plutarchum in tradere in Symposiacis brutorum pleaque sicuti fistulis cernos & cantu ac tympanorum sonitu elephantum, vt docet Strabo, tangi, vt & cantu moueri delphinum teste locuplete Pindaro, didicimus, quoniam harmonia ordo quidam est ac contrariorum inter se se, arte quadam cocuntũgrata atque peratio. Omnino propterea numeris oblectamur, vniuersarum quæ rerũ intuitu gaudemus, ob ordinem quæ habent ex rei natura motu omnium maximè

Plutarc h.

Strabo. Pindarus.

Et si

Et si vero ita nos musica demulceat, imo quod ita demulceat, & noxia sit aliquando eam inutilem nocivamque Egyptij veteres dicebant. Atque Emerepes Ephorus Phrynidis musici, duas ex novem scilicet abscidit ascia, illico insurrans: Ne musicam depraves. Eudamidas etiam cum cantor quidam mire placuisset, ac sciscitarentur nonnulli, cuiusmodi sibi videretur, Demulsor magnus, inquit in re minuta. Plane si sublimitatem rei, quam suscepi pertractandam spectarem ego, magna ne dicam maxima verborum musica, & concantu ac compositione mihi fuisset utendum. Neque illud Eudamida tunc mihi posset obiectari. Ceterum illud nobis præ oculis posuimus, ut in tanta materie maiestate, ac rerum pondere non prurientes auribus auditores exoptemus ob nimiam elegantiam verborum affectatam. Nam qui gravissimas quæstiones disputant Theologi, non tam id phaleratis atque fucatis, quam proprijs, adeo ut cum rebus ipsis, pene nata videantur, id peragere student verbis, Rhetorum omisâ consonantia & harmonica cadentia Syllabarum. Parum interest, an clavis sit aurea, vel ferrea dummodo aperiatur. Et sponsa ista nimis amata sapientia non adeo eget monilibus prophanis. Quod mulier bene olet est quia nihil olet. Demulsores profecto sunt hæretici nostri temporis in re minuta, cum falsa obrudant figmenta blandulis subtextâ verborum tegumentis. Duas abscinde e novem chordas, qui verba potius quam sententias affectas. Nimis itaque exactus ordo quandoque est minus exactus, ut & summum ius videas aliquando summam esse iniuriam. Quantumvis ordo & dispositio, ut musica delectet animum legentis patiat tamen ab Ephoro Emerepe duas è novem refecari chordas. Mirum in modum Patriarchæ nostri Bernardi arri det illa sententia quod Ordinatissimum est minus ordinatum interdum aliquid facere. Faciat Deus ut saltem id de meo qualicumque quodammodo possit dici, opere, ac labore non modico. Hæc prima est mei ingenio factura, ut non multum mirari quis debeat, dum opus non usque quaque perfectum inuenerit, ac distributum. Ordinatissimum aliquid vni est, scilicet tyroni, quod alterum nimirum veteranum militem non deceat. Fortasse & hoc opus ut à me profectum, quamvis abhinc non paucis annis sacras evolvente literas, ordinatum videbitur etiam sine ordine non vndique profectum. Ego vero quantum cunque viderim hominem in sacris oraculis versatum, ingenio, viribusque prævalidum, semper eum dixerim tyronem, & non de sacris literis militem æmeritum Sed (ut quod sentio dicam) in hoc

D. Bernar.

54

55

56

57

58

hoc scribendi genere, alioque eius generis argumento, grata mihi valde fuit semper non omnino sine ordine varietas. Pulchrum quidem, & concinnum satis vniuersum est, quod ex tot ac tam diuersis rebus profus coalescit. Gratiissima oculis est & quædam picturata virentibus herbis consita sylua, licet ordinem ac dispositionem alius artificis quam naturæ, inter sese arbuta, & frondes virides non habeant. Et ut ad rem magis appropiemus, Politani eloquentis Miscellanea, Gellij Noctes Atticæ, & Manutij siue Erasmi potius illa chiliades, variaque Eliani historia & Cælij Antiqua lectioes, & Criniti libri de honesta disciplina atque Alexandri ab Alexandro Geniales dies, Diodo. insignis insigniorque multo Sixti & Doctoris de Labigne Bibliotheca, necnon & Apophtegmata. Plutarchi, & celebris illa nec satis laudata Lauretana Allegoariarum Sylua, & Sæctis Isagoge qui nostro simili luserunt argumento: & tamè illorum plerique non nimis accuratum, vel (ut melius dicam) non multum curarunt ordinem, & tamen eximiam ac perpulchram methodum seruarunt. Admiranda sunt Clementis Alexandrini omni plena eruditione stromata. Neque quod exacto ordine visu sit Textoris officina careere, fastidium procreat, sed mira delectat varietate. Multos ergo in hac scribendi ratione quos sequeremur habuimus signiferos. Et pulchriorem autem facerem contextum Symbolorum, iuxta ac vtiliorem, humaniorum literarum, non pauca diuinis intermiscui, nec id quidem sine exemplis grauissimorum Patrum, ac interpretum. Hoc enim non est miscere sacra prophanis, sed è prophetis tanquam ex iniustis possessoribus auferre sacra iuxta D. Aug. in li. 8. de Ciuit. Dei cap. 11. & lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 40. ut quondam Hebræi, de Egyptijs malis exeuntes, Egyptum spoliauerunt Dei iussu. Nonne aspiciamus quanto auro & argento, & veste suffarcinatus exierit Cyprianus doctor suauissimus, & martyr beatissimus, quanto Lactantius, quanto Victorinus & Hilarius? Nonne & Moses primum eruditus est, in omni sapientia Egyptiorum, ex quo non reiiciendam esse omnem externam scripturæ eruditionem manifestum esse colligit Oecumenius Actuum c. 8. Docet & Daniel de tribus pueris quod super omnes eminebant, Chaldaeorum sapientia cæteris siue scientijs. Basilius in homilia. 5. Hexam. ita inquit. Quemadmodum vites clauiculis sustentantur, ita fides ex externis disciplinis fulcitur. Quis enim fidem non adhibeat Plinio iuniori, qui de sanctitate magna Christianorum degentium Traia

59

60

61

62

63

Angelus.  
Politia.  
Gellius.  
Erasmus.  
Ælianus.  
Ludouic.  
Crintus.  
Alexan.  
ab Alex  
Diodorus.  
Sixt. Sen.  
Labigne.  
Plutarch.  
Lauretus.  
Santes  
Pagninus.  
S. Clemēs  
Alexand.  
D. Auguf.

Oecume.

D. Basil.  
Plinius.

Proleg. 5. Ad Lectorem Theophilum.

ni tempore lib. 10. epistola ad eum testimonium insigne præbet? Et Iosepho qui lib. 18. antiquitatum ca. 4. Iesum fuisse affirmat Christum, videndi sunt de hac re, ne multis verbis onerem te Lector, Gratianus in Decretis. d. 37. & D. Hieronymus in epistol. ad magnum Oratorem & Origenes homilia. 2. in Exod. & D. Basilius homil. de legendis libris Gentilium & in homil. de humana Christi generatione, & S. Theodoretus in decem libris de cura Græcarum affectionum, & Eusebius, alijque complures. Quod, quod & Prophe- ta & Apostoli ex libris Gentilium non pauca protulere testimonia. De quo D. Hieronymus ad Titum epistola, cap. 1. aliquid dicit. Quod denique in enodandis Symbolis, aliquando adducimus Hebræa pariter & Græca, sequuti sumus hac parte non nostrum, sed Doctissimorum interpretum iudicium, & Lyrani aliorumque exemplum, qui ad hunc modum ista protulere in medium. Lyranus sane se purgat quod cum Hebræa non multum calluerit adducebat ea, dicens, se Rabbini Salomonem fuisse insecutum. Sed ego meliorum multo ducum vestigijs adhaesi. Excurremus & aliquoties ad Scholasticam doctrinam ac Theologiam, huic intelligendæ parti oppido necessariâ, sed id obiter facimus.

Iosephus.  
Gratianus.  
D. Hierō.  
Origenes.  
D. Basili.  
S. Theod.  
D. Hierō.  
  
Lyranus.

DE TOTIVS OPERIS SYMBOLICI DISTRIBUTIONE.

PROLEGOMENON. 6.

TAM est diuisio moribus optimis contraria in humanis animis, quam est in tradendis disciplinis omnibus proficua. In Re publica namque, omnia dissipat, pessundat ac perturbat, in Academijs autem omnia distinguit & elucidat. Cum nimis in diuisione, Plato de regno inquit, properamus, absoluius tardius. Et epist. 8. Seneca docet, Distincta facilius seruari. Nos ergo & in hoc doctorum hominum vestigijs insistentes, totum opus Theologiae Symbolicæ, in Ternos distinximus, & hunc qui primus est, in Isagogen & Decades nonnullas. Isagogem quoque in Principia, & Decades in Symbola partiti sumus, maioris distinctionis, & lucis gratia. Cauendum quippe esse Chrysostomus homi. 3. de Orzâ inquit

Plato.  
Seneca.

D. Chryf.

Proleg. 6. ad Lectorem Theophilum.

inquit, ne audientis memoriam rerum multitudine confundamus: id que & ego in scribendo vitandum esse dixerim non minus vt legentis animo, confusio non ingeneretur. Nam si paulatim elichnio instillaris oleum, satis alimonia dederis igni. Sin simul totum infuderis oleum, non solum non alueris ignem, verum etiam flammam quæ erat extinxeris. Cum autem sermonem aut scripturam diuidimus, velut paulatim elichnio, nimirum legentis animo instillamus oleum doctrinæ. Porro Decadibus non sine Symbolica ratione, distinximus opus. Nam, vt in suo post dicemus loco, Decas vniuersitatis ac perfectionis Symbolum est hand obscurum. Cum autem Theologia Symbolica vniuersa pene arcana & exactam ac literalem scripturarum lucem, perfectionisque viam adaperiat, pro vt in hac ignorantia & tenebrarum valle nobis datur, & ea quæ ex rerum vniuersitate Deo tribuuntur, explicare intendat, non immerito, tomorum opus in Decades dissecuimus. Quod si Deus dederit, clauem auream Theologiæ Symbol. adiiciemus, in qua quod vocum & rerum significatione & grauiorum difficultatum, duobus tomis omissum fuerit, apponemus. Atque hæc de totius operis diuisione. Iam ad vtilitates, quæ ex eo decipi possunt, summam indicandas, vt sic Prolegomena finiantur, accedamus.

DE HVIVS SCIENTIÆ MULTIPlici vtilitate.

PROLEGOMENON. 7.

Complures sunt & quas nec facile quis sermone consequatur, vtilitates, quæ ex hac mira Theologiæ parte, addiscenti eam accedere poterunt. Nec mirum profecto cum ad eam perfecte calendam omnium fere scientiarum sit professori eius, necessaria cognitio. Dolendum, ait Cantapetrensis esse quod tanto administratorum satellitio, ac comitatu Theologia nostra est stipata ac comitata, vt vix inueniri possit aliquis qui dignus hoc nomine censendus sit. Nisi summus rerum artifex, ignorantia hominum misertus, deintegro effingere Theologum, & formare moliat. Quod ad rationem est materię omnis disputationis, breui carmine docuit Flaccus ille

Hora.

Omnem tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.

Lectio plane, quæ & iucunda & utilis est, omnibus numeris videtur absoluta. Non parum equidem felix, qui talem est adeptus. Nam & laborem non patietur, & utilitatem cum iucunditate ac suauitate mixtam sibi comparabit. De labore quem in euoluendis Symbolis insumperis, illud vnum tibi certo vt expertus assenerare possum, quod non erit sine fructu. Est quippe intelligentia Symbolorum utilis ad plurima. Ad intellectum namque locorum difficilium sacra pagina, eorumque interpretationem, ad Scholasticas etiam disputationes, ad mores informandos, ad refellendos efficacibus argumentis nostri temporis hæreticos, & ad conciones locupletandas, Symbola adiuuabunt plurimum: inuenies que ex varia historia atque lectione non pauca, quæ sint tibi nec inuilia omnino, nec ingrata. Etenim si quis (vt hinc exordiamur) intelligentiam vult assequi loci cuiuspiam difficilis, illumque enarrare, vnde potius quam à Symbolica poterit haurire Theologia? ipsa siquidem circa difficillimos versatur locos enodandos. Primum Geneleos caput (vt res fiat exemplo notior) difficile valde est, sicut Ezechielis initium ac finis, & cantica canticorum, sicut & Beati Iohannis Euangelista Apocalypsis. Vnde autem tanta illis difficultas, nisi ex inuolucris quibus obteguntur Symbolorum? in Canticis, Apocalypsi, & Ezechielis initio atque fine tot sunt fere Symbola quot verba: & in initio Geneleos, tot Symbola quidam viri doctissimi ponunt, quot sunt Hebraica litera. Non ergo absque intelligentia Symbolorum poterunt ista lector esse perspicua. In scholasticis præterea disputationibus, quam vim habeant & Symbola non ardua res fuerit ostendere. Duo sunt inuicta (ait Nazianze. apud Antonium S. in Mellissa) Deus & Angelus, & tertium Philosophia. Igitur autem non de vana, sed de ea, quam Christiani profitentur. Ad ipsum de nostra Symbolica possumus dicere Theologia. Ex solo fateor sensu literali sumitur efficax argumentum (vt docet D. Hier. Matt. 13. & D. Aug. in epist. 45, ad Vincentium, tamen ex Symbolica in interpretatione cum sensum literalem sequitur quis neget efficax quæ desumi possit? Dion. Carthus. in epistolam ad Titum Symbolica inquit, Theologia quæ ex similitudinibus procedit non est argumentatiua. Sed intelligendus est loqui de Theologia Symbolica quæ solum allegorias historia sequitur, & quæ mysticum sensum vel spiritalem solum indagare solet. Nam si de ea quæ literalem licet me

D. Gregor. Nazianz.

D. Hieron.  
D. August.  
Dionys.  
Carthus.

taphoricam sensum amplectitur id verum esse non potest. Quinimo si sensus spiritualis ex sacra scriptura serie euidenter constet, efficax etiam præbet argumentum. Vt ex interpretatione Pauli. 1. Corinth. 9. in illud: Non alligabis os boui trituranti, Cõuincitur efficacissime, Ecclesia pastores & doctores, non esse sua mercede defraudandos. In nostra autem Theologia quam nos suscepimus disputandam pro nostro modulo, res satis est pellucida: sed ecce exemplum. Contendit cum hæretico de æqualitate Personarum diuinarum, proba ex illis Symbolicis dicitis à Ioanne c. i. In principio erat verbũ &c. Et ex illo psal. 109. Ex vtero ante Luciferum genui te, Vt à Patribus exponi solet, vel si non ad hoc annuit hæreticus ex illo, Sede à dextris meis. Siue ex eo quod dictũ est ad Salomonẽ sed de Christo præcipue. Ego ero illi in patrem. Quæ loca sine Symbolica Theologia intelligi non poterunt exacte. Vterus quippe, verbum & filius hæc tria nomina æqualitatem duarum inuunt personarum. Ex quo & constat, quam ad redarguendos hæreticos sint & Symbola efficacissima. Agit (exempli gratia) quis cum hæretico negante confessionis sacramentum necessarium, probabit id ex illis Pauli verbis, Probat autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Ostendens ex Symbolica Patrum Theologia, probationẽ illã esse sacramentalẽ confessionem. Vbi testis est conscientia vnius cuiusq; & accusator sui ipsius qui peccati reus est: Deus verò ibi est iudex præcipuus, & confessorius subdelegatus. Ex quo loco & præsentia Christi in sacramẽto Eucharistiæ efficaciter concludes. Alioqui enim, ad quid tanta se diligentia nos probare docet D. Paulus, si sub illis speciebus nõ est Christus? Negat autẽ si quis Eucharistiã esse sacrificiũ ostẽde illi id statim ex verbis illis Christi, Hac quotiescũq; feceritis &c. id necessario colligi cũ facere idẽ sit quod sacrificare in diuinis literis etiã in sensu literali, vt ex pluribus apertis locis poterit ostẽdi. Ad mores vero componendos quis nõ videt, quã sint vtilia Symbola, cũ sententiã miras occultet & exẽpla? Statua illa salis vxoris Loth, optimũ est & vinũ inobedienciã nõ impunitã exẽplũ. Serpensq; decipiens Euã à diabólica fraudis versutia nos docet fugere & cauere. Vnde est illud sapiẽtis. Quasi à facie colubri peccatũ fuge. Sub te erit (ait Dñs Caino) appetitus tuus, & tu dominaberis illius, Vt nos liberũ arbitrium habere intelligamus, nõ quæuisi volẽtes vinciri: fidelẽq; esse Deũ vt Paulus docet qui nõ patietur cõtrari nos vltra id quod possumus. Id vero patet quã & aduociones Symbola

1. Cor. c. 9.

Ioan. 1.

Psal. 109.

2. Reg. 7.

1. Cor. 11.

Gen. 3.

Genes. 4.

Proleg. 7. Ad Lectorem Theophilum.

bola conducant. Sunt siquidem in lege Euangelica plurima myste-  
ria, symbolis non paucis inuoluta, ac ceu vestimentis inuestita.  
Matth. 1. Matthaeus (vt interim) ponamus aliqua pro exemplis) arcano &  
suae materna lingua vocabulo, catalogum & seriem quandam ge-  
nealogiae Christi vocat generationem primo capite. Et iuxta vocabu-  
lum Persarum occultum & non satis peruium significatum habens  
Matthi. 2. sanctos illos Reges veros Christi adoratores, Magos appellauit. Quod  
si de virginitate Deiparae Mariae concionem texis, ostende illam a  
Dauid psal. 109. iuxta Hebraicam veritatem dici auroram, & ab  
Psal. 109. Isaiam dici Christum rorem, nubemque leuem Mariam & adolescen-  
tulam absconsam terramque sitientem virgamque ex pluuia caeli &  
rore germinantem Mariam nuncupari. Carpere vis vitia homines-  
que ab illis detertere? ostende Christum inuictum esse leonem de tri-  
bu Iuda, gladiumque ex viraque parte habere acutum, vt senten-  
tia extrema summaque calamitate tade iratus feriat pessimos. Affer  
Eccle. 6. 12. & Symbola, quibus Ecclesi. ca. 12. vel senectutis mala minantia pra-  
ximum interitum, vel extremi iudicij prodigia describit. Vis bonos  
ad virtute prouocare? Profer in medium gloriae Symbola quae in Tho-  
bia seniore sunt & in Apocalypsi, aliisque sacris exarata libris: com-  
memora & illa Pauli arcana verba, quae non licet homini loqui, quae  
in tertium caelum raptus vidit: ingenisque illud gloriae pondus,  
quod momentaneum & leue tribulationis nostrae, operatur in no-  
bis. Sed nolo prolegomenon istud ulterius protendatur ex his quae  
tibi obiter raptim & tumultuarie proposui, lector Theophile,  
prae grandibus emolumentis, ampliora quae ex symbolis accedant  
poteris olfacere. Tandem & ad Ethnicorum Hieroglyphica &  
Symbola & emblemmata, non paruo haec tibi futura erunt, ad  
iumento. Experire obsecro quae dico & ne damnes opus ante  
quam vel a limine salutes illud. Lege & fortassis, non te poe-  
nitebit legisse. Proba primum, ante quam reprobes. Quid quae  
non videris tu damnas, cum nec de coloribus (vti Proverbium  
habet) iudicet vnquam caecus? At qui non legit, caeco omni-  
no similis est. Illud vnum a te exoratum velim, vt si nauos  
aliquos effenderis, non eis offendaris. Quod enim homo cum  
sim, ego vt multi alij fallar, mirum non est: sed quod saepe  
non decipiar & errem, & quod vtile aliquid in publicum proda-  
mirum est, & ab eo datum, qui clauem habet scientiae. Huic tu  
bonum:

Proleg. 7. Ad Lectorem Theophilum.

bonum omne, quod inter legendum occurrerit (si quidpiam hoc no-  
mine dignum inueneris) acceptum refer, & quod secus fuerit meae  
penuria ac ignorantiae tribue. Vale, & frue Deo tuo. Ex  
nostra ecclesiarum Valle vigilia Epiphaniae Da-  
mini, eiusque anno sesquimillesimo  
& nonagesimo tertio.

(.?.)

¶ 3

FINIS.







ISAGOGE  
VEL DE PRINCIPIIS THEOLOGICÆ SYMBOLICÆ LIBER.

DE MULTIPLICI THEOLOGIA:

PRINCIPIVM I.



1 **P**rofertissime sane proditū est ab Aristotele in suorum Moraliū libro primo, c. 4. & Plato. li. 3. 4. dial. 6. de legibus plusquā dimidium, esse principiū: imo vt Galenus interpretatur eā tom. 1. lib. 1. de semine, cap. 5. principiū esse facultate totum, affirmarūt. Vbiq; enim, vt difficilia sunt valde principia & exordia, ita ipsis constitutis primum, omnia facilia erunt atque leuia. At vero qui docere aliquid instituit, necesse habet certum & indubitatum præstare principium. Quapropter ego qui Theologiam volo tradere Symbolicā ex Patribus potissimum, ex alijsq; Autoribus probatis, certa quædam ceu manuductia ad illā, debeat statuere principia.

2 Cum autem iuxta Methodicam receptam ab omnibus rationem, multiplex omne distinguendum sit & diuidendum, multiplexque sit ipsa Theologia, de hoc sit primum principiū. Theologia itaque est quadruplex auctore D. Dionysii Areopagita. ca. 3. de Mystica Theologia, quem & refert Gerson. par. 3. de verbo & hymno gloria, par. 1. Vnam dicit propriā de diuinis characteribus, de Personis scilicet diuinis, affirmationibus procedētē, quā nō habemus. Sub hac illa D. Dionysii

3

*Aristoteles.  
Plato.*

*D. Dionys.  
Gerson.*

sij pars tertia est de spiritualibus substatijs, quæ adhuc extat.  
 Aliamque de diuinis nominibus inscripsit, secundum essen-  
 tiam diuinam. Tertiam verò Theologiam nominat Symbolicam. Citatque hunc librum. c. 15. Cœlestis hierarchie. &  
 cap. 1. & 3. Diuinorum nomini. & cap. 3. Mysticæ Theologiae, & nona epistola ad Titum. Desideraturque hic liber,  
 quamuis à Tritemio recenseatur, epistola vna ad Titum summum sacerdotem, sub titulo libri de Symbolica Theologia.  
 Attigit autem non semel multa de hac parte D. Dionysius alijs in locis quæ & inferius adducemus in Decadibus. Quar-  
 tam Theologiam Mysticam appellat; quæ est modus quidam, Deum inueniendi per abnegationes, & per mentis raptum & extasim, perinde ac si in diuina quadam caligine, in occulto nimirum & absconso loco, Deus videatur. Vnde à quodam Deitatis perito dictum est: *Verè tu es Deus absconditus.* Et ille alius, qui cum Dei opera cōsiderans expauiisset simul ac timuisset, aiebat: *Ibi abscondita est fortitudo eius.* In mōte nimirum Synai; vel illo in tempore cum in colūna nubis & igne, veluti absconditam patres illi videbant diuinam fortitudinem; quousq; ante faciem eius iuit mors inimicorum eius, gentilium videlicet & barbarorum. At vbi (iuxta spirituale sensum) videbatur magis abscondita fortitudo diuina in cruce fuit, cum Deus mortuus est; quamuis lapides & saxa cum sole & luna obtenebratis, clamabant: **I E S V M** esse Deū. *Et ante faciem eius iuit mors.* In cruce ab eo deuicta qui videbatur occubuisse victus, sed vt triumphans de illa re surrexit virtute nō emendicata à Deo. Neque enim catholici vt Arriani rapinam arbitramur eum confiteri æqualem Deo, quamuis eum vsque ad ignominia crucis exinanitum fateamur. Ita que ante faciem eius visa est ab Abachuch sancto mors abire, in signū triumphi Christi. Enim antiquis triumphatibus mos erat præire victos victoriae in signum. Quasi ergo in abscondito (vt ad rationem Mysticæ Theologiae redeamus) videtur Deus cum per abnegationes cōsideratur. Quæ cōsideratio Mysticæ Theologiae est peculiaris. Sanctus Paulus excessum videbatur passus, cū iudicia Dei exclamauit esse incōprehensibilia, vt & Vates Regius, abyssum multam illa esse cecinit. Cum autem Theologus Deum

Tritemius.

Isaia. 45.  
Abachuc. 3

Exod. 13.  
Exod. 3.

Abachuc. 3

Rom. II.

4

5

6

7

8

non esse aliquid ex creatis, quadam ceu gradatione ex infimis vsque ad suprema ascendens, cognoscit, sed esse quidpiam omnium supremum si amore Dei ferueat raptum patietur quandoque & excessum mentis. Cognitiones vero affectiuæ quædam de Deo (vt docet Doctor Ioannes Altenstaig in suo Lexico Theologico) vt multiplices sunt, sic & eas varijs nominibus efferunt sancti vocantque contemplationem ipsam extasim, (extasim inquam quam patitur quis amore Dei accensus in cōsideratione Theologiae Mysticæ) liquefactionem, transformationem, vnionem, exultationem; iubilumque doceant esse supra spiritum rapi, scilicet in diuinam quamdam, caliginem, in ea que gustare Deum amplecti sponsum, osculari eum, gignere de Deo, & verbum parere spiritualiter. Estque Mystica Theologia extasio animi in Deum, per amoris desiderium, estque anagogica quædam motio in Deum per amorem feruidum, & defæcatum excitata: est item quædam experimentalis cognitio, de Deo habita, per dulcissimum eius amoris vnitiui complexum. Tunc autem ista habetur cognitio, cum supremus animæ apex, affectiuæ potentia rationalis, amore ipsi Deo copulatur. Est que hæc Mystica Doctrina à D. Dionysio cap. 7. de Diuinis nomin. irrationalis & amens merito vocitata, excedens laudantes, stulta que sapientia. Non enim per discursus scientificos, qui in Academijs ediscuntur educitur, & efficitur, sed in schola diuini amoris. Est verò amans (Vt quidam acutè dixit) quasi amens dictus. *Et ego ita* omnem perfectum amantem esse velut amentem. *Vino ego iam* non ego, *viuit in me Christus.* Exclamat Paulus perfectus Christi amator. Quid ais Paule? Mentem meam Christus occupat, & ego iam quasi sine mente sum, soli enim Christo mens mea deseruit & viuit anima mea. *Optabam ego anathema esse à Christo pro fratribus meis.* Vide amoris excessū, & quasi sine mēte fortasse alicui videbitur Paulus. Nam qui talia ac tanta pro Christi amore & vt cum illo semper esse perpeffus est, vt modo ab illo pro amore fratrum suorum optat se esse separatam? extasis est amoris. Erat in Tabor cum Christo Petrus, & quasi amens factus aiebat (nesciebat enim quid diceret) *Domine bonum est nos hic esse.* Et cum Christo dissuadere volebat iter in Hierosolymanam, ne moretetur, quasi amentiam amoris passus loqueba-

Psal. 35.

Altenstaig.

D. Dionys.

Galat. 2.

Rom. 9.

Math. 17.

tur vnde & à Christo; cuius alioqui amantissimus erat & ei cha-  
 rus, Satanas vocatus est. Non secus & in Gethsemani cum eua-  
 ginavit gladium auriculamque Malcho abscidit, amore id ni-  
 mio Christi fecit. Quid agis Petre? Hoc ne te docuit Magister  
 tuus Christus, mitis & humilis corde? Sed quid non faceret Pe-  
 trus si Dominus illi permisisset? Amantes ergo rectè amenti-  
 bus comparantur. Quare Mystici Theologi quasi amentes in  
 his quæ mundi sunt huius debent esse. Mens Mystici Theolo-  
 gi magis est in Deo quam in se. Stulta autem mundi elegit  
 Deus, Apostolos nimirum in alphabetos, quos miros fecit  
 huius scientiæ Coryphæos ac duces. Virtutes excolendo at-  
 que augendo hanc potes acquirere scientiam. Si verò huius sci-  
 entia fueris Theologus verus, omnia tibi in bonum coopera-  
 buntur. In omnibus siquidem Dei sapientiam inuenies reluce-  
 re. Omnium est enim artifex, omnem habens virtutem. Nam  
 spiritus Domini (vt sapiens ait) replet orbem terrarum? Id  
 quod ethnicus ille suo modo dixit, Ionis omnia plena. Si ascende-  
 ro in cælum (Propheta Deo canit) Tu illic es? si descendero in infer-  
 num ades. Ascende & tu in cælum per amoris raptum ibique in-  
 uenies Deum, digna pro meritis præmia largientem, descende  
 per poenarum considerationem in infernum, ibique iustitiam  
 Dei videbis exerceri. Tibique maxime ad salutem faciet, vtra-  
 que ista motio animi tui. Est equidem tibi liber huius scientiæ  
 apertus, in rerum vniuersa natura, & si spiritalis ac mystes fue-  
 ris, omnia te Deum docebunt. Quid magis ad libidinem pro-  
 uocans, quàm pulcherrimæ aspectus foeminae? Sed tamen vel  
 inde ad Deum (si vis) assurgere poteris. Nam cum ex Salomo-  
 ne noueris, quod Est fallax gratia, vanaque Mulieremque ti-  
 mentem Deum ipsam laudandam: elicies, non esse veram pul-  
 chritudinem in corporibus si tam, sed in animis. Deo deditis:  
 Valesisque ex pulchritudine terrestri & corporea; ad coelest-  
 tem illam quam in Patria habebunt animæ atque corpora pul-  
 chritudinem ascendere. Cum videris coelos tanta stellarum va-  
 rietate ad eò decora depictos; quid ni ad illorum artificem te-  
 erigas, cum coel gloria Dei enarrent (dicente Propheta psal.  
 18.) & opera manuum eius, firmamentum annunciet? Vides ri-  
 dentia prata cum virent, floribusque abundant? Ad florem  
 campi & liliū conuallium amandum transi, & ad flores illos,  
 qui

Ioban. 18.

Sap. 3.

Psal. 138.

Prou. 31.

Psal. 18.

Canti. 2.

qui apparuerunt in terra nostra, viuentium spirituum beatorum  
 qui in perpetuo gaudio & spiritali quodam (vt ita loquar) ani-  
 mæ risu, superna felicitate latentur. Sed vnctio te de omni-  
 bus docebit, si Mysticus esse volueris Theologus. Scitoque  
 Theologiam hanc esse veluti Isagogen ad omnes scientias.  
 20 Qua propterea non mirandum, si nos Isagogen in Symbolicam  
 paramus Theologiam, aliquid de Mystica Theologia fueri-  
 mus nunc præfati. Nam ad nostram Symbolicam partem (vt  
 etiam in Prolegomenis ostendimus) est via quædam regia:  
 adfert enim secum omnium virtutum altissimam quamdam  
 praxim sine qua sacras litteras minimè omninò percallebis.  
 21 Sed de quaduplici D. Dionysij Theologia hactenus Est & mul-  
 tiplex adhuc Theologia, beatorum nimirum quædam, & via  
 torum alia. Et hæc est, nostra, à Doctoribus Scholasticis, vocata.  
 Rursus, quædam est potius speculatiua quàm practica, quæ  
 vulgo dicitur Scholastica, quod in Scholis præcipue edocetur.  
 Est & Positiua, communiter dicta quasi expositiua totius  
 sacræ scripturæ. Et sub hac nostra Symbolica Theologia con-  
 22 tinetur tamen si sub mystica latè sumpta etiam comprehenda-  
 tur. Ex ente item simpliciter duplex redundat Theologia, al-  
 tera quidem super naturalis, vt quam modo dicebamus est, &  
 naturalis altera, quæ ex naturalibus principijs procedit. Est  
 que sub altera Metaphysicæ, ex qua demonstratus supponi-  
 tur Deus, vt docet Doctor Altenstrig. De hac Raymundus qui  
 23 dam de Sabundè librum fecit apprimè vtilem, vbi ex creatis  
 sumit argumeta ad superna mysteria referenda. Verius autem  
 nostra Symbolica Theologia dicitur sapientia quam scientia.  
 Contrà verò illa Theologia naturalis. Nam D. Augustinus ex-  
 ponens illud. 1. Corinth. 12. alij per spiritum datur sermo & c.  
 scientiam in temporalium cognitione ait esse sitam; sapien-  
 tiam verò in æternorum contemplatione. Atque secundum  
 D. Tho. 2. 2. q. 9. ar. 2. id est discrimen inter scientiam & sapi-  
 24 entiam. Cum ergò de rebus creatis, secundum rationes diuinas  
 iudicamus, iudicium est magis ad sapientiam spectans quàm  
 ad scientiam: contrà verò, cum per res creatas cognoscimus  
 Deum. Priori autem modo Theologia Symbolicæ etiam de  
 creaturis agit, per rationes scilicet diuinas, ac proinde pro-  
 prio valde nomine eam ego viderem mihi appellasse, si Herma-  
 thenam

Raymundus

D. Augu.

D. Tho.

thenam illam hoc est, altissimæ sapientiæ interpretationem<sup>25</sup> nuncupassem; vt & nuncupauit, & nuncupabo. Vnde & est omnium scientiarum quæcunque in orbe sunt præstantissima. scientia. Cumque sacra scriptura, altissima sapientia vocetur, nam in altissimis habitat sapientia, à qua sacra scriptura ex ore prodiens Altissimi, dimanauit, & Symbolica hæc pars præcipue versetur circa sacras litteras explicandas non improprie sed valde proprie, dicitur H E R M A T H E N A. Sit igitur & hoc nomen nostræ Theologiæ. Est verò Theologia<sup>26</sup> omnis supernaturalis vnum expletum & absolutum altissimæ cognitionis genus, vim ad hominum perfectionem, ex diuinitatis luce nanciscens; tum ad munia recta, tum ad veri contemplandi facultatem. Theologiaque illa omnis quæ in scholis edocetur, in eontemplandi quodam genere potius versatur, cum omne scientiæ genus expendatur finis mentione, & huius scientiæ extremus finis, in æthereis syderibus principis veri dicatur contemplatio. Id quod & D. Tho. 1. p. docuit. Sed illud D. Augustini lib. 10. de Trinit. cap. 1. veluthuius principij coronidem adijciamus. *Non vti que inquit, quicquid sciari ab omnibus potest, in rebus humanis vbi plurimum supernacue vnitatis, & noxiæ curiositatis est, huic scientiæ tribui, sed illud tantum modo, quo fides saluberrima, & ad vitam ducit, gignitur, nutritur defenditur & roboratur.* Theologia igitur cum tam multiplex sit, de Symbolica solum deinceps nostra erit disputatio & non de alijs de quibus iam sit fatis.

D. Tho.  
D. Aug.

### De Origine Symbolicæ sapientiæ Princip. II,

Cum de Principijs Contemplationis Symbolicæ agamus non abs re fuerit, de eius origine tractare, statim in principio introductionis nostræ. In Actibus Apostolorum originem eius video quodam modo delineari, à Proto martyre Stephano. Qui cap. 7. commemorans aduersus Iudæos eorum legiflatorem Mosem vt magnum de illo encomium posteris relinquens, ita inquit. Et eruditus fuit Moyse in omni sapientia Ægyptiorum, & erat potens in operibus, & sermonibus. Ad huius autem loci intelligentiam exactam, quam

quam nam S. Leuita, & beati Iacobi diaconus Stephanus sapientiam Ægyptiorum vocet, operæ pretium erit explicare. Quatuor verò comprehensam partibus, Mathematica nempe, Naturali, Diuina, & morali, Diodorus, Diogenes Laertius, Iamblicus, Philo Iudæus, & Eusebius testatur Cæsariensis, e quibus Mathematica, quæ in Geometriam, Astronomiam & Arithmeticam & Musicam distincta est, plurimum se veteres Ægyptiorum excoluere. Et quidem Geometria, ad dignoscendas agrorum partes, quæ ad quemlibet spectabant, post inundationes Nili, frequentes, veluti scientifica & infallibili utebantur amusse. Erat verò illis Astronomia iucundissima, & valde ad humanum conuietum fructuosa, cursus syderum, in illo Ægypti serenissimo, nec nubibus interturbato cœlo, occasus, progressus regressusq; astrorum mira referatrix Arithmetica quoque, veluti vtriusque prædictæ partis ancilla, carere non poterant. Et Musicam vt ad Deorum suorum decantandas laudes necessariam, amplectebantur. Altera illius sapientiæ Ægyptiæ pars Physica erat, non multum ab Aristotelis doctrina distans, Materiam primam omnium rerum ceu matrem elementorum etiam asserens, cœlumque rotundum, aliaque id genus plurima. Tertia verò illius sapientiæ pars Diuina erat & quæ ad Diuina spectant continebat: Mundum genitum natuque mortalem, protohomines in Ægypto ob cœli clementiam, regionisque illius vbertatem maximam, productos, perennes humanas animas, Deum vnum maximum, Deorum<sup>34</sup> hominum que patrem, Pythagoræ animarum palyngenesiam ac transmirationem, Dijs templa & imagines quia vera Dei ignoraretur imago, Deos plures primum homines fuisse mortales, ob merita tamen & virtutes præclaras, in hominesque indulta beneficia egregia, Diuinitatem cuiusque assecutos honores, statuebat. Imagines præterea animalium ab Ægyptiorum ducibus & imperatoribus galeis & clypeis insculptas<sup>35</sup> ferri solitas in prælio aduersus hostes, victoria parta, ea animalia, quasi malum bellicum ipsa in hostes repulissent, Deorum suorum ascribebant numero. Quarta & postrema illius sapientiæ pars Moralitatis erat, & Politica, de moribus & politica viuendi ratione docens cuius leges & statuta, Laertius, Mercurium instituisse dicit, quem Græci Trismegiston, hoc est,

Diodorus.  
Iamblicus.  
Iamblichus  
Philo.  
Eusebius.  
Casar.

Ter maximum vocitarunt, vt sacerdotem maximum, vt philosophum maximum: vt maximum & regem, extant eius nunc Dialogi duo, Pimander & Aesclepius, in quibus potius vt propheta, quam vt philosophus videtur loqui, de Christi gemino aduentu, & sacra Triade, de Deo quæ multa admiratione digna oracula proferens. Iamblicus Platonæus in libro de mysterijs Ægyptiorum, hunc Mercurium non solum Philosophiæ, sed & totius Ægyptiacæ sapientiæ parentem facit, ac principem: producitque Seleuci & Menæti antiquorum testimoniam, tribuentium ei, de vniuersa Ægyptiorum sapientia sex mille & quingentos, viginti quinquelibros, ex quibus non paucos sua ætate extitisse commemorat Clemens Alexand. lib. 6. Stromat. Talis igitur erat Ægyptiacæ sapientia, in qua Mosem omnino instructum tradit Philo in primo de vita eius libro. Iustinus tamen Martyr, in lib. quæstionum à gentibus positarum dicit, omissis Mathematicis, quæ tunc viles erant & abiectæ ad solas animum appulisse Hieroglyphicas disciplinas, maximi & solæ tunc habitas, nec quibuslibet, sed præstantibus viris, idque in locis abditis, secretò tradi solitas & clanculo. Nihil autem secundum eas fecit aut dixit Moses diuino honori contrarium & cultui. Nam de miraculis & verbis eius efficacissimis, illud S. Stephani accipere debemus, quod potens fuisse in sermone & operibus, dicitur. Vt & Christus ab discipulis euntibus in Emaus vir in opere & sermone potens eadem phrasi dictus est. Apud Clementem Alexand. lib. 5. Stromatum inuenimus, Mosem iuxta hanc Hieroglyphicæ doctrinæ consuetudinem, multa sub tropicis ac mysticis animalium Symbolis, vitæ moralis præcepta arcana tradidisse, solis diuinæ legis amatoribus agnita. Cuius & verba cum de Leuitici Symbolis egerimus, in medium proferemus. Panditque eodem in loco S. Clemens, multa de Ægyptiorum Hieroglyphicis, quibus sua mysteria Ægyptij velabant, vniuersamque scripturæ Ægyptiacæ summam, in epistolarem ad scribendum scilicet epistolas aptam, & in sacerdotalem, quam mirum, ad sacra munia utebantur sacerdotes, scriptis mandanda atque mysteria, & ad sacram quæ in sculpsit scripturam. Cuius quidem altera pars erat proprie loquens figuris nimirum literas exprimentibus, & per Alphabeticas literas composita

*Iamblicus*  
*S. Clemens.*  
*Alex.*  
*Philo.*  
*S. Iustinus.*

posita. Vt exempli gratia Ibis à Scarabæo pulchritudinem participat nempe lucem, quæ imago est diuinæ pulchritudinis. Altera verò pars est Symbolica, siue per signa res indicans & conceptus. Atque hæc triplex, imitatiua videlicet, Tropica, & ænigmatica. Quarum imitatiua dicitur, quæ res per characteres, rebus ipsis persimiles designat: Vt qui solem volunt describere, circulum delineant, & lunam volentes significare, duorum lunarium cornuum depingunt imaginem. Tropica siue Translatiua est, quæ varias diuersarum rerum præsertim animalium, formas, figurasque transfert, ad significandum, vel Deorum vel hominum dignitates, fortunas, mores, virtutes, vitia, affectiones, & actiones. Iuxta quam significationem, apud Ægyptios Theologos, accipitris imago Deum ostendit, & scarabæi figura solem, & alia id genus composita. 42 Quæ plura Hieroglyphica, apud Clementem Alexandrinum aliosque autores explicata reperies. Affert & idem S. Clemens in lib. 5. Stromatum multos Barbarorum hoc Symbolico, scribendi genere delectatos, plurimum, vt de Rege Idanthura Scythia refert Pherecydes Syrus quod & habuit cum eo composita. 43 Pherecydes Syrus. 44 ne Anacharsis Scythia etiam. Sed & Androcides scribit Pythagoricus, literas illas celebres Ephesias, Symbolorum habuisse vicem. Ascion enim tenebras ostendebat, Lixque prisca appellatione est terra. ita S. Clemens Alexand. De illis literis sic apud Cælium Lodouicum lib. 16. capitul. 14. dig. 45 proditum inuenio. Ephesia litera celebrantur Græcorum plerisque & Anaxilas apud Athenæum scribit quemdam in consutiis scitarijs, id est, minutis corijs, Ephesias habuisse literas scite afformatas. His promitti videbatur felicitas. Sunt qui sacras putent ac sanctas, alij vero magicas. Erant autem hæc: Ascion, catafci, æx, damnamenæus, æfio, id est, tenebræ Lumē Ipse, sol, verum. Et hæc quidem veteres censebatur ab impostoribus verò appositæ & alias. Sed vicumque indicetur de his vita. Hæc Cælius Lodouicus. Hinc fortasse originem sumpsit illud proloquium apud nostros Hispanos frequenter usurpatum cum aliquis extra rem loquitur; Eſto es hablar ad Ephesios. Nā cum istæ literæ adeo essent obscuræ, nullamque inter se videantur aptam vel concinnam habere connexionem (Ascion enim & Lix, id est tenebræ & terra quem sensum faciunt?) non videtur extra rem dici cum extra rem quis sermonem habet; Istud est loqui



loqui ad Ephesios. Itaque literæ illæ Symbolicæ erant iuxta Pythagoricum Androcidem. Dionysiusq; ille Grammaticus è Thracia in lib. quem fecit de declaratione Symboli rotularum dicit, Scythas non solum verbis Symbolice: sed & operibus & rebus veluti per Symbola loquutos. Exemplum sit in rota quæ sempervolutabatur in templis, quæ ab Ægyptijs deducta fuit; 47 & deramo qui adorâtib; porrigebatur cuius Thraciæ meminit Orpheus vetus ille Theologus. De quo ramo aliàs. Talis ergo erat Hieroglyphica Ægyptiorum scriptura. Multa ex his quæ a nobis adducta sūt inuenies apud Sixtum senēs, sed quid nobis de origine harū literarū videatur paucis accipe. Certissimū mihi est, Symbola & Hieroglyphica præcipua, ab Hebræis dimanasse primum, quibus vera illarum nec non & omnium sci 48 entiarum inuentio debetur. Mecum sūt Augustinus Eugubinus Chisamenis episcopus in sua cosmopeia, vbi Theologiam Græcorum ab Ægyptiorum Theologia & hanc ab Hebræis dicit ortam fuisse, & alij graues autores. Quare Tertullianus in libro de Spectaculis, vocat Hieroglyphicas literas Chaldæas quoniam Chaldæiseas ab Hebræis mutuati sunt; & ab Chaldæis 49 Ægyptij. Hebræi verò spiritus. Si ductu Hieroglyphicis & Symbolis vsifunt, qui totius sapientiæ fons est, & origo. Quot autem ab Hebræis acceperint Græci Symbola, non breui quis possit sermone consequi. Aliqua de multis attulimus in Prolegomenis. Quandoque autem emblemata sunt Symbola & Hieroglyphica. Nam & Hieroglyphica & symbola, sunt quædã sacra sculptura. Emblematis que nomē ab opere mufiio, siue amuffiio, vel Mosayco deductum est, amuffiiumque ab amuffe qua efficiebatur vel mensurabatur dictū opus, minutarū partium varietate pulcherrimum. Opus autē Mosaicū non ab Gothis vt quibusdam placuit fuit inuentum cum de illo 50 meminere Plinius lib. 36. cap. 25 aliquoties ergo hæc tria coincidunt Symbolum scilicet emblema & Hieroglyphicum. De doctrina autem Hieroglyphicorū, ex Trismegisto, & veteribus Ægyptijs supra refertur, inter illos extitisse columnas illas quas etiam sacras appellarunt, ad hasque in quarendas Platonem fuisse profectum, multum que ex illis profectus in doctrina ex 51 haussisse atque prouentus. Strabo que libro decimo septimo dicit, cum simul cum Eudoxo illac se contulisset, atque per annos trede

Sixtus  
Senens.

Eugubinus.  
Tertullianus.

Plinius.

Strabo.

tredecim, Ægyptiorum sacerdotes consuluisse. Quare cum multa ab Hebræis accepissent Ægyptij, ab his q; didicerit Plato, non mirū est, quod ab Numenio Apamæo Pythagorico, dicatur Moses Atticus, vel Atticè loquens: quoniam quodammodo cum Mosis placitis diuinis, Platonis cognomento diuini, doctrina consentit. Igitur Hieroglyphica & Symbola Græci ab Ægyptijs & hi ab Chaldæis, & hi ab Hebræis primū acceperunt, 52 atque hi denique vt & iam dictum est ab ipso Deo, Vides quam sint antiqua Symbola, & quæ sint, quæ ab Hebræis profecta sunt veneranda, nunc in sacra scriptura multa inueniri Symbola incipiamus ex Patribus potissimum ostendere.

Numenius  
Apamæus.

Q V O M O D O E X H I E R O -  
g l i p h i s G r a m m a t i s & S y m b o l i s P y t h a g o r i c i s ,  
O s t e n d a t D . C y r i l l u s A l e x a n d r . i n s a -  
c r i s l i t e r i s e s s e S y m b o l a

P R I N C . I I I .

D. Cirillus Alexand. lib. 9. contra Iulianum vult probare veluti argumento quod aiunt ad hominem, in sacris sermonibus esse Symbola & Hieroglyphica. Imponebat impius ille a postata Sancto Moyfi, quod in sua lege quem 53 dam dæmonem mala arcentem vel apotropheon commemorasset nomine illius hirci emissarij siue apompæi, quod refellēs S. Cirillus, ait, nouo illum hircum vocare nomine sacris quidem legibus ignoto, illi autem fortè familiari, quamuis & illud (inquit) admiror. Nā legem quæ in vmbri & ænigmatibus consistit, in solis hærens clarioribus, putat nihil habere occultum. 54 Quauis vnicuique manifestum fuerit, Parabolam, & ænigma aliarum rerum emphasim portius esse, quàm earum rerū, quarum esse, videntur, vt exempli gratia quiddam dicam. Et subdit sanctus Doctor. Eundem enim & ad res quæ magnam & miram apud eum, sortitæ sunt opinionem. Aiunt fuisse quosdam ænigmatum artifices, inter eos qui idolis seruebant, & ad hoc magna indu-

D. Cyrillus  
Alexan.

Leuit. 16.

du-

austria & gravitate præditos, quos illi nominare solent Hieroglyphos, qui templis & obelis, scripturas imprimebant, non vulgaribus usantes literis sed alijs figuris rerum naturas effigiantes, arcanam quãdam prudentioribus scientiam augebant. Etenim volentes significare Deum & quæ super omnia est naturam pingebant oculum cui baculum substituebant: ut per hoc intelligatur quod omnia videat, & sit ei Regia dignitas. Nam sceptrum fere sæper regis intelligitur Symbolum: quanvis etiam per stantem baculum, quod nullo modo diuina natura labefactari possit, sed quasi semper stare, & quodam modo sustinere & fundare omnia discatur. Dicuntur autem aspidem fingere in figuram cæli, eod quod in circulum feratur: & serpentem in figuram temporis, eod quod longus sit, & multis voluminibus se gyrat, repetit atque absque strepitu. Insuper & furorem & iram per ænigma de clarantes insculpebant craticulam, cui subijcitur ignis & cor superponitur. Pythagoras autem ænigmaticam manifestationem non cõtemnit sed magnificat, ut de illo Porphyrius in 9. lib. historia Philosophi. Erat autem & aliud genus Symbolorum tale. Stateram ne transeas, hoc est, ne auarus sis. Ne ignem gladio fodias, id quod erat impudentem & iratum animum, asperis verbis non moneas. Et coronam ne vellices, hoc est leges ne offendas. Nam civitatum coronæ scilicet erant. Præter hæc & alia quædam. Ne cor edas, hoc est, ne conficias te ipsum curis. Neque super choenicem vel modium sedeas, hoc est, ne ignaviter viuas. Non suscipiendas hyrundines indomum hoc est, loquacis & impotentis linguæ homines, non esse faciendos contubernales. Et onus portantibus imponendum, non autem simul deponendum per quod admonet, non oportere cooperari cuiquam ad ignaviam, sed ad Virtutes & Labores. Deorum imagines in anulis ne feras, hoc est sententiam & sermonem de Dijs, ne facile manifestes & divulges. Itaque si quis Hieroglyphicas scripturas videat, vel etiam Pythagorica ænigmata & nihil subesse dicat quod maioris momenti, non ne statim hoc agrè feret, qui Moysi legem solam litteram esse constituit? Quid facis tu? Ne igitur sola manifestiora contempleris: neque ænigmatum usum offendas, vitæ negotijs maxime necessarium: sed potius scrutare & ea, quæ per hæc oblique designata. Sciat igitur quod legem offendat, nisi eadem qua illa sapere velit. Etenim historiam crassam nos sequentes, & sententiarum arcanam vim percontantes in littera Christi sacramentum figuratum per ænigmata dicimus. Quod certè sapientissimus Paulus commendat dicēs ad.

Pythagoras  
 Porphyrius

ad Philip. 2. Hoc sentiat unusquisque in vobis, quod & in Christo Iesu, qui in figura Dei existens non rapinam arbitratus est &c. Et in ferius S. Cyrillus de duobus legis Mosaycæ, hircis mysterum exponens ait. Vide igitur sacramentum, & quo modo in duobus hircis benè delineetur. Capet enim hoc est hircus, pro peccatis sacerdotis & populorū occidebatur, secundum quod in lege iubebatur. Quoniam autem pro peccatis nostris immolatus est Christus hircos assimilatur. Nam sic dicit Propheta Isaius, Omnes sicut oves erravimus, homo via sua erravit: & Dominus tradidit ipsū pro peccatis nostris. Per duos autē hircos unum immolatum, scilicet naturam humanam, alium emissum & viventē, naturā scilicet divinam, ad desertū missā, id est, ad Gentilitatem quondam sterilem, ut floreret ut lilium, iuxta illud Isaiæ, Latare sterilis quæ non parit, erumpe & clama quæ non parturit, quia plures filia desertæ quæ habentis virum. Et iterum, Et faciam in deserto aquam &c. Sic ergo D. ille non alligatos nos esse oportere litteræ docet, aliterque explicans hircorum mysterium per solutum peccatores solutos, per occisum Christum occisum dicit designari. Denique veluti concludens sic ait. Et hæc quidem nobis legalium ænigmatum indicat virtus, qui autem soli litteræ mentem suam alligant, & dignorum ac occultorum nihil intelligunt: quod etiam longe à veritate absistant, & ridicula argumenta faciant, absque labore monstrabimus, ex ipsis coniecturis, quæ in manibus habemus, sermonis occasionem, sumentes. Dicit enim iterum Iulianus &c. Hunc in modū D. Cyrillus Alexandrinus, in sacris litteris esse Symbola ostendit & Hieroglyphica. Quæ ideo à me adducta sunt, ut quanti sint ponderis Symbola, vel ex hoc solum qui vis ponderet.

Philip. 2.  
 S. Cyrillus.  
 Alex.  
 Levit. 16.

Isaie. 53.

Isaie. 35.

Isaie. 41.

INTER OMNES ALIAS  
 sacra scriptura in rebus & Verbis est Symbolica.

PRINCIPIUM. 4.

**A**D notemus & hoc, ante quam ulterius progrediamur, ad sequentia quæ ex hoc Principio dependent, in primis necessarium. Habet hoc sacra scriptura præceteris humanæ Philosophiæ scriptis peculiare, quod non ut in alijs disciplinis,

ciplinis, verba tantum, suas habeant, tam proprias, quam figuratas significationes, sed ipse etiam res per voces indicat, adhuc aliud & maius quidpiam significant. Est enim in verbis sacris, significatio quedam propria, & quedam figurata & metaphorica. Propria est quando sic accipiuntur verba, ut sonant, veluti si dictio fermentum accipiatur, pro temperamento, quo miscetur panis, ut eo saporior fiat: translatitia est altera, cum fumitur, significatione nomen ipsum fermentum ab ea quam videtur significare, ut quando in alium transfertur sensum & accipitur pro doctrina, aut sana, ut Matthei. 13. cum dicitur, *Simile est regnum celorum fermento, quod acceptum mulier abscondit, in farinae satis tribus, similiter pro falsa doctrina cauete a fermento Phariseorum.* Et Paulus ad Gala. c. 5. *Molendum fermentum totam massam corrumpit.* Id est, Quod tenue ad modum est, & pusillum videtur, maximum solet in modum obesse, ut fermenti paucum massam totam vitiat. Dicebat autem hoc illis Paulus ob circumcisionem, quam volebant seruire post legem Euangelicam. Sic & Christus minimum vocandum in Regno celorum dixit, qui vnum de minimis eius soluit mandatis. Translatitiæ quoque dixit Dominus Ioan. 15. *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est, vos palmites &c.* Vbi dictiones vitis, agricola, palmites, Personam Christi, Dei Patris, & Apostolorum, atque adeo cuiusvis fidelis statum significant. Preter hanc autem duplicem verborum significationem est alia significatio rerum & historiarum, que etiam sunt rerum diuinarum simulacra quedam non quibus vis peruia. Vnde Paulus testatus est omnia que Israelitis contingebant in figura illis contigisse. Euolue tu prophanas ethnicorum historias, Plutarchi, Lampridij, Curtij, Plinij, Taciti, Aliani Liuij, aut Xenophontis, aut aliam quamlibet, & non inuenies in eis aliquid significatiuum preter verba. Et in hoc est summa si tam esse differentiam sacre scripture ab alijs maximam. Non autem in verborum significatione: sed hæc in rerum significatione allegorica, ut verbis tantum sua ptenatura significantur, ut videtur Ederus in sua oeconomia innuere, *Vitis* (dicebat ille) *significat Christum.* Etiam apud ethnicos arbor in uersa dicitur homo, & apud Poetam, cum Tityrum introducit, fagus patula Cæsarem significat, ut & in sacris abies & cedrus potentes de notat

Matt. 13.

Mat. 16.

Ioan. 15.

Ederus.

Virgilius

notat. Ita que etiam apud alias scripturas præcipue Ægyptias Hieroglyphicas, res ipsæ ut vocibus significata significant, ut iam ostensum est. Vultures apud Liuium Romani imperij ruinam portendebant: Non est ergo in hoc dignitas solum, spiritualis literæ sensus, videlicet, ex vocibus, vel rebus ut ab illis significatis erupit est, sed sensus ille diuinus rerum, proprius adeo est scripturæ, ut nulli alij conueniat, quem reddunt res ipsæ ut a Deo ad significandum sunt impostæ. Ecce exemplum. Serpens æneus ad quem aspicientes sanabantur Israeli 74 ut impostus fuit a Deo ad significandum Christum in cruce pro salute hominum pendentem. Sic & agnus ille paschalis. Non secus & Manna ad significandum eucharistiæ sacrificium. Et hostia illa & sacrificium Melchisedech. Et Agar ad significandum Hebræos, & sacra ad offendendum fideles ad fidem ex omni natione vocandos. Ex Agar enim suat omnes infideles. 75 Quam allegoriam prosequitur mirè Paulus ad Galatas. Aliæ res apud autores alios, non significant ex impositione Dei: sed ex impositione hominum, vel ex augurio, vel ex alia superstitione quampiam. Est autem in sacris libris Allegoria duplex. Altera quidem que in sermone est, & hæc aliquando est litteralis sensus sacre scripture, ut in Canticis & Apocalypsi & alijs. Altera vero est allegoria historie que propria & solius est sacre scripture. Nam hoc modo in nulla alia historia inuenitur duplex sensus. In sacra autem sectione, Dei non tantum verba, sed diuina etiam facta considerari debent. Domini enim nostri Iesu Christi facta, non sunt tantum modo facta, sed signa: præter id quod mira sunt, ut docet D. Augustinus Tractatu. 49. in Ioaninem. Quid? Quod D. Chrysostomus homil. 10 in Genesim, scripturam diuinam nihil temerè vel fortuito loqui docet: sed & syllabam & apiculam vnicuique, reconditum habere Thesaurum assererat. Cuius Thesauri arcana non in legendo sed in intelligendo consistere, docet, D. Hieronymus in epistola aduersus Luciferianos circa finem. Quanto ergo potius in historijs diuina mysteria latere intelligemus, cum & apiculos doceat D. Chrysostomus habere mysteria? Sunt itaque ex communi Patrum consensu aliorumque sacre scripture interpretum Græcorum & Latinorum, historica quedam & verbalia (ut ita dicam) signa, quorum meminit D. Augustinus

Liuius.

Numer. 21

Ioan. 3.

Exod. 12.

Exodi. 17.

Genesis. 14

Hebræ. 7.

Galat. 4.

D. August.

D. Chryso.

D. Aug.

aus



nus libro primo de Doctrina Christiana. Illud autem ceu pro colophone huius Principij videtur mihi apponendum non ex eo quod ad significandum futura, res illæ sunt impositæ veteris testamenti, conuinci, sensum quem sic reddunt esse literalem. Exemplum sit in rubo quem vidit Moses ardere & non comburi, qui quidem ex communi Patrum explicatione virginem Mariam integram in partu denotabat, & tamen aliud ad literam significat. Sic & de agno Paschali dicendum.

*QUADRUPLEX SENSUS  
sum ad Symbola, in sacris literis supponi oportet  
ab omnibus.*

*PRINCIPIUM. 5.*

**C**VM ergo iam constitutum sit proprium esse soli sacre scripturæ, rebus & verbis significare, constat eam, non vnũ tantum habere sensum. De hoc igitur aliquid dicimus oportet: sine quo Symbola haud quaquam erui possunt mittenda nobis non sunt omnibus necessaria, quamuis alioqui communia sint & satistrita. Inter quæ non inferiorem occupant locum, quæ de quadruplici sacre scripturæ sensu communiter auctores tradiderunt. Multa sanè non inutilia, possemus ex illis hic congerere, sed tantum quæ prorsus necessaria sunt nostro instituto, in medium adducemus. Interpretatio itaque sacre scripturæ ex Lyrano in Prologo. 1. in Bibl. est quadruplex, Historica scilicet, Allegorica, Tropologica, anagogica. Mystica nanque vt ab Historica seiuncta, hanc triplicem complectitur rationem. Historica est qua primariæ vocum inuestigantur significationes, aliterque literalis dicitur & Grammatica iuxta intentionem primariam spiritus sancti. Hic autem sensus certus esse potest secundum fidem cum ab ecclesia proponitur, & ex contextu ipso Scripturæ & Conciliorum explicatione, efficaciter colligitur. Cum verò Patres omnes in explicatione alicuius loci iuxta literam conueniunt ab eis nec latum vnguem licebit Catholicis discedere, secus autem est, cum Patres inter se dissecti sunt. Tunc enim (dum ex eccle

*Lyranus.*

ecclesie iudicio aliter nõ cõstet) vtrilibet parti, fas erit adhaerere. Ne fas autem mihi videtur asserere, Ecclesiam totam, alicuius loci sensum literalem ignorare. In singulis vero locis non necesse fuit eam definire quis sit ille: in quibus tamen oportuit, definiuit, cum suum & spiritus sancti sensum propalauit fidelibus. Sensus denique & explicatio communis, sine vrgenti ratione, & autoritate, reijci non debet. Talis est apud Danielem animalium arietis & hirci cum eorum cornibus interpretatio, qua dicitur & bella & regna Medorum illis significari ad literam à D. Thoma. Quodlib. 7. q. 6. ar. 2. ad. 1. Tropologica siue Moralis est quando ex verbis colliguntur actiones siue officia hominis Christiani, quid vnum quemque agere deceat vel non deceat. Exemplum etiam possumus ponere in prædicta animalium visione, tamen si D. Thomas doceat prædicto loco ita literalem illum esse sensum vt non ibi coincidat cum eo spiritalis & Mysticus, quia non sunt res illæ primariæ suæ conditione ad significandum institutæ, atque regna Medorum aut bella eorum ad Christum & eius ecclesiam nulla ex parte (vt ait) pertinebant. Tamen ex visione illa Tropologicè intelligimus & discimus, Deum è gente in gentem regna transferre, & propter iniustitias suas tyrannos opprimi & humiliari, & ad id significandum ex diuina visione instituta sunt & quasi conficta. Lyranus exemplum ponit in dictione Hierusalem quæ ad Literam est, metropolis quondam in Iudæa & ad mores animæ fidelis Esaiæ. 72. *Consurge &c. induere vestimentis gloria tue Hierusalem.* Allegoricaque (vt idem docet) est, cum facta vel sententiæ alijs rebus similitudinem habentibus accommodantur, vt Apocalyp. 21. Hierusalem significat ecclesiam militatè. Anagogica est, qua præter verborum significationem, elicitur aliquid, quod ad cœlestem pertinet signandam conuersationem, vt Hierusalem pro triumphante videtur accipi Ecclesia ad Galatas. 4. *Illam quæ sursum est, Hierusalem libera est quæ est mater nostra.* Sic video communiter à plerisque exponi locum, sed malè profecto: nam de ecclesia militante loquitur ibi Apostolus, quam vocat supernam Hierusalem, quoniã sursum est, id est, sursum tendit per fidem & spem. Cuius typum gessit Sara. Vnde & libera dicitur quoniam non est sublege. Et sicut ipsa est libera, ita & populum fidelium generat libera.

*Isaia. 72.*

*Apocalyp. 21.*

*Galat. 4.*

B berum,

berum quoniam partus sequitur vterum. Quod verò Paulus de militante ecclesia loquatur manifeste indicat dicens. Scriptum est enim (Esaia scilicet. 54.) *Lauda sterilis quae non parit*, &c. qui locus de ecclesia ex Gentibus congregata ad literam est. Itaque ad literam Hierusalem quae sursum est, id est, quae sursum a rat, non est ea quae supra est. Pertinet autem hic locus ad anagogicam interpretationem ut ex descriptione eius allata patet, nam aliquid praeter vocum literalem significationem modo

Theophylatus.

89 à nobis explicationi, innui videtur ad supernam spectans conuersionem, per hoc quod Ecclesia militans sursum in tendere dicitur. *Est namque Hierusalem illa (ut Theophylatus docet) Civitas fidelium; unde & lex nobis delata est.* De caelo quippe Euangelium prodijt. Coelestis itaque Hierusalem libertas, ex

Hierony.

90 libertate praesentis ecclesiae videtur designari, iuxta anagogicam interpretationem D. Hieronymus ad Hedibilam, ante anagogicam vocat spiritalem, moremque ut alij Theopologiam. Hugo Farfitus lib. 3. de claustro animae, in reflectorio,

Hugo Farfitus

Inquit, *Sacrae Scripturae tres sunt mensae, historialis, mystica & moralis.* Nomine autem mysticae mensae allegoricam & Anagogicam quae mensa est Regni caelorum in qua recumbent multi cum Patriarchis Abrahamo Isaac &c. Commorantur.

D. August.

Placet mihi & diuisio D. Augustini in lib. de Genesi ad literam cap. 2. in historiam nempe, cum siue diuinitus siue humanitus res gesta commemoratur; Allegoriam, cum figurate dicunt intelliguntur; Analogiam cum veteris & noui testamenti congruentia ostenditur, oetiologiam, cum factorum ditorum que redduntur causae. Adamus vero Delphius non probat illos

Adamus delphius

92 *Litera gesta docet, quid credas Allegoria;*

*Moralis quod agas; quo tendas Anagogia.*

93 Agens quae de sensibus Sacrae scripturae ante Commentaria in Isaiam, tantum duplicem statuit sensum Literalem nimirum & Allegoricum, vel mysticum, qui in literali, seu in base quadam debeat fundari, Sensumque literalem esse docet, quem spiritus sanctus primo per voce significare voluit, siue proprie siue improprie sumatur; mysticum verò quem ex rebus corporaliter gestis, aut gerendis, significare voluit. Et hos quidem duos sensus negare

gare haeresim esse dicit, nam scriptura praeter literalem, habet alium; quem Paulus. 1. Corin. 10. Typicum appellat: & ad Galath. 4. Allegoricum. Sed fallitur multumque fallit, cetero quin vir iste doctus. Nam illa diuisio à nobis allata ex Lirano communis est omnibus expositoribus sacrae scripturae. Ostenditque doctissime Sixtus Senensis lib. 3. suae Bibliothecae in Sacris quatuor illos reperiri visitatos sensus; & Bellanensis in suis Institutionibus Euangel. lib. 3. cap. 8. Aduertendum verò sensum Literalem omnibus diuinis libris conuenire, at non sensum mysticum, vel spiritualem. Quosporò Doctores in istis sensibus & ut illis uti debeas; elegantissimis versibus, explicuit Sixtus, quos ad imitationem Alciati qui de iuris Doctoribus, idem praefatus suo modo, ita inquit.

1. Corinth. 10. Galat. 4.

Petrus. Garfias. Belanensis. Sixtus Senensis.

95 *Historiam Hebraeis, & Graecis fontibus haustam, Hieronymo discas duce. Allegorias, Anagogenque recludent, Origenes, Ambrosius. Exponent sensus formandis moribus aptos, Chrysostomus, Gregorius. In dubijs, altaque locis caligine mersis, Aurelius lucem feret. At breuis & facilis non est spernenda tyroni, Lyrensis expositio.*

96 Hoc de Doctoribus iudicium Sixti, probo certè, verum ad literalem sensum eruendum, ipse met Sixtus lib. 4. dum D. Chrysostomum catalogo interpretum sacrorum merito ascribit & laudat, nullum ei praeposendum docet, quinimo in hoc, D. Hieronymo & Augustino illum anteposit. Optimus est & Cyrillus Alexandrinus, & D. Gregorius Theologus D. Hieronymi magister, in his quae vel obiter affert, est eximius Atque haec de scripturae sensibus dixisse, videtur satis, cum tam multa illaque sapientissimè, de illis, sunt a varijs grauissimisque Theologis, literis demandata. Nos enim vel haec de illis non apponere, nostro instituto contra exposulanti, non potuimus. Nisi enim haec prius ex omnium ferè consensu supponeremus, vltèrius in nostra inductione recte progredi, haud valeremus. Negare verò sensum Moralem, & Anagogicum, at

Sixtus Senensis.

Adamus  
Delphius.

que dare allegoricum, cum Adamo Delphio, paradoxon mihi visum est nisi sub mystico duos alios sensus comprehendere. Sed ad Symbola quæ dicta sunt, accommodemus. 100

IVXTA QVEM LIBET SEN-  
sum ex quatuor Symbola inueniuntur in sa-  
cris eloquijs.

PRINCIPIVM. 6.

**R**es in sacris sermonibus quodam modo loquuntur: docent 99  
que mores & virtutes, Tropologicè scilicet Charitatem  
fidem Allegoricè, atque Anagogicè, spem. Et sic est sa-  
cra scriptura vna lingua, brevis quidem, sed multiplex & latif-  
sima, vt & a D. Bartolomæo accipit Hierarcha Dionysius,  
apud autorem Lexici Theologici, & velut concauum specu-  
lum, in quo varix imagines refulcent; ceuque Manna abscon-  
sum, omnis saporis habens suauitatem. Hinc fit quod iuxta  
quaduplicem eius pulcherrimam faciem Symbola & Hiero-  
glyphica in illa reperiantur. Allegoriã, dicti & facti, distinguit  
D. Augustinus & Beda. Est que nominum Allegoria perpetua  
quædam metaphora, & figurata loquutio, vt lib. 3. de Doctr.  
Christi. tradit Augustinus. Rerum vero Allegoria est, ex omniũ  
patrum communi consensu, quæ occulta fidei sacramenta  
nobisque credenda mysteria proponit, quam nostrates, re-  
rum figuras vocitant. Sic & Augustinus, & omnium Scholaf-  
ticorum id obtinuit vsus. Iuxta illas rerum figuras & allegorias  
& tropologias, & Anagogias, Pagninus & post eum Lau-  
retus laborauit ex sacris scriptoribus colligendas, diligenter.  
Qua propter nobis solum ex illis quandoque inueniri imo sæ-  
pissime accepta symbola, nonnullis exemplis indicasse, vt  
nostro id conducit proposito, satis erit. Lignum vitæ ( Genes.  
2. ) plantatum in medio paradisi, suo cibo immortalitatem do-  
nans sapientiam atque Christum significare, Prouerb. 3. in si-  
nuauit Salomon, immortalem vitam, nobis suo sanguine res-  
taurantem. Vnde & canticorum, 2. sponsa dicit: *Sub vmbra il-  
lius* 4

D. Bartolo.  
Altenst. ag.

D. August.  
Beda.

D. Aug.

Pagninus.  
Lauretus.

Genes. 2.

Cantic. 2.

*lius quem desideraueram sedi.* Allegoria est & in sermone & in  
persona sponsi qui per arborem significatur. Optimam um-  
bram consequuta est profecto sponsa. Hispanorum est Prouer-  
bium. *Quien a buen arbol se arrima buena sombra le cobija.* Ita  
sponsa ad designandum peculiarem Numinis vel Christi fau-  
rem quem fuerat consequuta aiebat: sub vmbra illius quem de-  
sideraueram sedi. Ecce allegoriam rerum & verborum  
Symbolicam. Ioannesque in Apocalypsi vidit arborem vitæ  
ad Diuinitatis fluentem confitam, quæ singulis mensibus, hoc  
est omni tempore, fructum suum redderet. Videndus est ad  
hoc D. Augustinus in Genesim, qui ita exponit Allegorice  
lignum illud vitæ. Et iuxta literalem sensum innumera sunt  
exempla in Apocalypsi & canticis Canticorum, & in Pro-  
phetis, ex quibus multa inferius ex sensu allegorico literali,  
Symbola desumpta ostendemus. De allegorijs rerum & my-  
stico sensu nunc aliqua exempla libet proferre. Sopor Adamo  
à Deo immixtus ( Gene. 2. ) & ablatio costæ eius & mulieris ex  
ea ædificatio, in matrimonium iuxta literalem sensum vide-  
tur referri à Christo Matth. 19. Ad nuptias autem inter Chris-  
tum & ecclesiam Paulus allegoricè accommodat, ad Ephes. 5.  
& 1. Corinth. 6. Vide Glossam. Arca Noe Genes. 6. in qua sal-  
uatum est Genus humanum, baptismi figura fuit ex D. Petro  
in 1. Canonica. Et Genes. 17. Abrahamo mutatur nomen, addi-  
turque litera He, ex Dei nomine Iehouah, vel Iesuah, in  
mysterium fidelium filiorum vide ad Rom. 4. alludit & ad hoc  
nomen Isaias cap. 63. Tu es, inquit, *Pater noster, quia Abraham  
nesciuit nos.* Id est non habet amplius nos pro filijs suis, cum vi-  
det nos à te non amari. Vel aliter Neque Abrahã neque Iacob  
eduxit nos de Ægypto sed tu solum & in promissam terram in-  
duxisti. Tu solus curasti nos vt Pater in tribulationibus positos  
Et Dominus dixit, Potens est Deus de lapidibus istis suscitare  
filios Abrahamo. Gene. 21. Isaac fuit Christi figura, & de ste-  
rili natus, & obediens & ad sacrificia ligna deferens, in quo  
& posteri benedicti sunt. Vnde Paulus Rom. 9. Non omnes  
qui ex circuncisione sunt Israelitæ &c. & hoc ex Tertullia-  
no aduersus Marcionem, & aduersum Iudæos, & Augusti:  
contrà Maximum lib. 3. cap. 26. Genes. 26. Iacob. & Esau  
duos populos designarunt, ex Malachiæ cap. 1. & ad Rom.  
B 3 cap.

Apocal. 2.

D. August.

Genes. 2.

Matth. 19

Ephes. 5.

1. Cor. 6

Genes. 6.

Genes. 17.

1. Petri. 3.

Rom. 4.

Isaias. 63.

Matth. 3.

Genes. 21.

Rom. 9.

D. August.

Genes. 26.

Malac. 1.

Rom. 9.

cap.9. Et Christus per parabolam duorum filiorum id. in sinua re visus est. Genesis. 30. Venditio Ioseph venditionem Christi præmonstravit, vt innuit hoc Amos cap. 2. Quia venderunt iustum. Sic Stephanus Actuum. 7. exponit, iuxta quod sentit D. Ambrosius in homil. de Benedictione Ioseph, & Rupertus quoque. Vide quot in Genesi habes allegorias. Sic & in Exodo sunt multæ vt egressus filiorum Israel cap. 13. figura fuit Baptismi, vt astruit D. Paulus. 1. Corin. 10. cum ait Patres in mari Baptizatos. Agnus paschalis Symbolum Christi oblatus in cruce iuxta Ioannem. 19. cap. Et petra percussa latus Christi Exo. 17. 2. Corin. 10. Resperio item populi cum sanguine taurorum, victimæ pacificæ, Christum dantem suum sanguinem præsignavit, qui ad hanc figuram, quæ est Exod. 24. allusisse visus est in verbis consecrationis. Matt. 26. *Hic est enim calix sanguinis mei, noui, & æterni testamenti.* Et Paulus ad Hebræos. 9. & Exod. 34. Moyses velata facie non poterat à Iudæis videri, cum descenderet è colloquio Dei, cæcitate illorum ibi prosignatam Paulus 2. Cor. 3. astruit. Leuit. 14. duo passeres promundatione lepræ, Christum præsignabant. Nam immolabatur vnus dimisso altero. Mortuus est Christus, diuinitate manente integra. Lege Theodoretum & Origenem super hunc locum Numerorum. 11. Manna corpus Christi. Ioan. 6. Numer. 17. virga Aarō Mariam signavit, exponente id Esaias capit. 11. egreditur virga de radice Iesse. Serpens ille ænus ex cap. 21. Christum notabat vt videtur exponere ipsemet Ioan. 3. Iosue. 1. filios Israel in terram promissam in traducens Christi fuit figura, in gloriam nostram transferentis ex Paulo ad Hebr. 4. Sic & Christi figura Sanfon Nazareus Iudi. 13. ex D. Hierony. in Matth. *Quoniam Nazareus vocabitur.* Hæc & alia multa Symbola iuxta Allegoriam inuenies ab interpretibus pertractari. Ab Tropologia item multa desumuntur. Quin potius Leuiticus omnis, nisi Tropologice exponatur, frigida quædam cæremoniariarum moles & congeries apparet. *Planè* (Bellanensis ait) *Nullum propè modum responsionis genus nobis relinqueretur, contra impios veteris legis & prophetarum calumniatores, cum obijciunt: cur Deus huiusmodi legem de rebus leuiusculis, & nullius ferre momenti tulerit, nisi ex earum significatione, populum infantilem*

*lem & rudem voluisset paulatim manuducere, vt ad altiora consurgeret: nisi ad mores plurimum conducere Tropologiam commonstremus.* Hæc ille. Verum enim verò est & in illis cæremoniis aliquas rationes ad literam etiam assignare. Neque res debent parui momenti videri, quæ ad religionem veram alendam atque conseruandam spectabant, malamque & falsam prorsus abijciendam. Dicemus & de hoc inferius cum ex Leuitico Symbola indicauerimus veluti quamdam Syluulam eorum ostendentes. Hominem fuisse prius factum quam mulierem, nonne Symbolum est (vt ex Genes. iterum exordiamur) iuxta Tropologiam, excellentiæ viri superfœminam: sic Paulus. 1. Corin. 11. 1. Timot. 2. Præterea Dæmon vel serpens cum dicitur seduxisse Euam & non virum Tropologice & Symbolice ingenium dæmonis esse debiliora prius aggredi, planissime denotat, vnde Apostolus Paulus. 1. ad Timot. 2. Adam, inquit, non est seductus, sed Eua, quam serpens seduxit in astutia sua. Non secus & iuxta spiritualem Theoriam) sic enim vocat D. Hiero. q. 12. ad Hed. Anagogiam hoc est, meditationem, multa inueniuntur Symbola. Sit vnum aut alterum exemplum. Ascensus Christi in Hierusalem in die palmarum magna illum omnium statuum hominum stipante caterua, cum Triumphalibus acclamationibus, Osanna filio Dauid idem, salua regem nostrum filium Dauid domine Deus. Quasi dicerent: Multos annos cum salute & prosperitate precamur filio Dauidis. Viuat filius Dauid. Ascensus (inquam) iste, quid aliud per Tropologiam est, quam Triumphum Christi in gloria post iudicium victoriæque de inimicis suis, Symbolum admirabile? Prædixit autem id futurum Dominus triduo ante mortem suam, cum iam Vale diceret in vltima concione, quam ad populum habuit in templo Salomonis. *Amen dico vobis* (aiebat) *non me videbitis amplius* (Matt. 23. *donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.* Quod nunquam fieri potuisse nisi in vltimo eius aduentu ostendit Hieronymus in Matth. c. 13. Translatio quoque Enoch nonne Symbolum etiam fuit vitæ immortalis? Sic ad hunc modum alia multa poteramus hic adducere, sed hæc pro exēplis eius quod posuimus pro. 6. principio tanquam peculiaria ex sacris ipsis literis, vel Doctoribus attulimus, ad sensum Allegoricum &

Tropologicū & Anagogicū pertinētia. Maneat ergo vel ex his certocertius, in sacra scriptura quā plurima inueniri Symbola, 21  
nō solū secundum figuratā vel Metaphoricam loquutionem, quæ in Prophetis præcipua est (nam sub metaphoris mysteria pandunt futura licet non perspicue, verum ænigmatische) sed etiam secundam figuras rerum, & iuxta Moralem & spiritua- lem Theoriam vel meditationem. Sed de Allegoria Spiritus speciatim aliquid dicamus.

*VT ALLEGORIA SPIRITUS dignoscatur in locis Sermonis arcani.*

*PRINCIPIUM 7.*

*Origenes.*

**N**ON immerito Origenes proditum reliquit, sicut anima dat vitam corpori, sic lumen spirituale, literale gis veteris prestare, quæ sine illo velut mortua est. 22  
Vnde Paulus. 2. Corin. 1. litera, inquit, occidit, spiritus viuificat. Id quod videtur dixisse Dominus Ioan. 6. *Spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quicquam.* Quid diuini dici Nicodemo potuit? non poteris o Nicodeme sine spiritu vitam habere, caro enim ad intelligentiam nihil prodest, vt neque ad vitam etiam videmus vtilem carnem. Vt quid ergo tu, quoniam dixi tibi hominem oportere renasci ex aqua & spiritu sancto, ita pingui ac rudi sensu accipis, vt iterum te ingressurum fore in ventrem matris tuæ putes? Caro sane vt renascaris, non prodest quicquam. Nam ista renascentia (vt sic loquar) vel secunda natiuitas, cum non sit aliud quam viuificatio quædam animæ, caro non prodest quicquam ad vitam animæ scilicet. Quare Iudæi, qui carnem solum sequuntur habent legem mortiferam & mortuam. Adueniente enim noua cessauit vetus. Noua facta sunt omnia, & recesserunt vetera. Oportet ergo dignoscere, quæ sit allegoria spiritus, quæ verò verborum solum, & quæ historiæ, vt Symbola aptius seruantur. Allegoria autem spiritus semper est, quando res aliquid aliud fignant, quam voces, spiritale & reconditum, vt apparet in illa 23  
victi-

Victima agni paschalis, & in virga Aaron quæ floruit & germinauit Numerorum. 17. at non in illo Isaia. 7. *Ecce virgo concipiet*, Neque in illo Isaia, egredietur virga &c. cap. 11. vbi per metaphoram solum, locus explicatur. Verum transfiguratio in Thabor, & illud de vxore Loth Gen. 19. duplicem habet sensum, nam præter historiam, aliquid aliud significat, quod attinet ad spiritum. Id autem quoties euenit, toties & præter sensum literalem, Allegoria spiritus inuenitur. Hæc autem ideo à me dicta sunt, ne in omnibus locis allegoria putetur.

*VNDE SYMBOLA IN SACRIS desumantur in uniuersum.*

*PRINCIPIUM 8.*

**I**AM magis ad nostrum accedamus propositum argumentum, vndeque Symbola in sacris petantur in Genere demonstremus, post modum magis peculiariter demonstraturi. Adnotandum vero ante omnia Symbolum pressius & latius sumi posse. Et hoc certè modo quodcunque speciale sacre scripturæ signum arcanum comprehenditur, priore vero modo, tantum ea quæ de creaturis Deo per similitudinem tribuuntur, & quæ ad mysteria fidei, allegorice tractata spectant intelligimus. Nos non ita arctius nomine Symboli utemur: sed vt ad omne quod ceu sub velamine quodam adumbratum est in sacra scriptura, se nomen extendit. Hinc fit vt a multiplici capite Symbola oriantur. Sumuntur enim, à nominibus varijs varia Symbola: vt a nominibus Dei, Christi, & Angelorum, legis & iustorum hominum & dæmonum. Et a Mundo ingenere, & partibus eius speciatim, vt a terra, puluere, luto & arena, ab aqua, igne & luce, & tenebris, aere atque coloribus 29  
A die item & partibus eius; & a tempore eius quæ similiter partibus. A mensura item & numeris. A termino & fine, & a loco eiusque partibus, aere, igne, aqua, nube, inferno, litore, insula, flumine, fonte puteo, cisterna, lacu, spelunca, deserto 30  
B. 5. & agro

*Numer. 17.  
Isaia. 7.  
Isaia. 11.  
Matt. 17  
Genesi. 19.*

& agro eius ac partibus, monte, & colle & valle, & area. A via item femitaque, & a petra & lapide, nec non ab vrbe, vico & platea, prætório, foro & templo, Ecclesia, vel Synagoga, & muro. A locis similiter peculiaribus, vt a tabernaculo, 31  
domo, conelau cubiculo, cubili, & tecto, lecto, & turre, solarioque. Non secus & a partibus alijs loci, vt a pariete, macerie, siue muro, breui, saxi, horto, vinea, hæreditate, piscina, villa, prædio, nauis, cathedra, folio, mensa, area, mola, araporta, ostio, limine, fenestra, gazophylacio, & ab alijs pluribus locis. Habent enim & arcanam significationem, Hierusalem, Sion, Bethlehem, Galaad, Bañan, Libanus quoque & Charmel. Arebus etiam alijs desumuntur Symbola vt a lapidibus, fontibus fluminibus, & lacubus, & metallis, a marique & a plantis siue arboribus, in specie & ab earum partibus, & ab alijs terræ virgultis, & multiplici germine. Ab auibus etiam multa oriuntur recondita signa sacra. Ab animalibus, quæ in terra, quæ in aquis, quæque in aere degunt, pariter. A partibusque eorum significata quædam enascuntur. Ab actionibus eorum, a dispositione etiam. Et ab habitu & situ, & gestulationibus multiplicique dispositione rerum omnium, tam naturalium quàm artificialium. Et denique (vt vnico omnia capita complectar verbo) a nominibus & rebus fere omnibus Symbola accipiuntur. Et quemadmodum de Metaphora Cicero lib. 3. 34  
de oratore docet, nullum esse naturæ genus a quo non possit certa aliqua similitudine, translatio fieri, siue simplex dum vni tantum est partis, vt fluctuare segetes, non segetare fluctus, siue reciproca dum vtriusque partis est, vt alarum remigia, & alæ remigia, ita prope modum, nullum fere naturæ 35  
genus est, a quo non Symbola mutuentur. Itaque petuntur a Deo, a cælo, ab elementis, a rebus inanimis, ab animatis, ab homine, ab affectibus, quorum exempla eliteris sacris afferre plura, vt est quam facillimum, ita Ifagogicum nostrum excedit institutum. Apud Ariam videre poteris de his exempla plurima, in libello eius de sermone arcano sacre scripturæ, & in libello de actione in illa significata. Libet autem modo nos quædam præcipua de signare capita ad quæ singula alia enuntiata reducuntur, vt sic Mystes qui esse cupit, Symbola dicat & sacris haurire. Sumuntur itaque in vniuersum Symbola, ab

Cicero.

B. Arias.  
De actione  
in sacris.

ab Allegoria sermonis: præcipue in nostris Decadibus, & ab  
37 Allegoria rei vel spiritus quandoque in alijs vero autoribus frequentissime. Sumuntur item ab idiotissimis sermonis sacri, & a figuris Rhetorum & tropis qui in sacris sunt plurimi. A moribus quoque & a parabolis & similibus & ex allusione ad literas ethnicorum, a paræ mijs. Sed præcipui fontes Symbolorum duo sunt, loci scilicet plures sacri sermonis adiuuicem collati, 38  
& visiones prophetales & prædictiones quam plurima nobis Symbola subministrantes. Maioris lucis gratia, aliquos ex  
39 his locis, & fontibus Symbolorum, summatim versemus.

## AB ALLEGORIA SERMO

nis multa sumuntur sapissime Symbola.

## PRINCIPIVM. 9.

I AM hoc vel ex dictis constat, nimirum Allegoriam verborum, multa nobis Symbola suppeditare. Quin potius quæ nos persequemur fere in perpetua verborum metaphora consistere affirmamus. Si sol enim vt ex creatura præstanti exordiamur Christum significat, in abstruso sermone, eius allegoria est. Vt autem videas appellationis huius elegantiam Symbolum nostrum lege. Sol Christus; Luna inconstantia dicitur & veteris ecclesiæ imago, atque hominis stulti & insipientis. Stellæ item dicuntur iusti homines vt ecclesiæ oculi, vt sunt stellæ mundi. Christus ob suam fortitudinem Leo dicitur agnusque & ovis ob mansuetudinem appellatur. Hirci dicuntur impij, aspides & basilisci. Innumera his similia inuenies in sacris ex creatis Deo attributa. Quem modum in discursu 41  
su Theologiæ Symbolicæ inferius aperiemus magis. Videturque illum Paulus ad Romanos scribens ostendisse cum dicit, *Inuisibilia Dei ex mundi creatione* (Sic enim D. Chrysothomus legit, pro eo quod vulgata habet a creatura mundi) conspici per ea quæ facta sunt, sempiternam quoque Dei virtutem & Diuinitatem. Ac proinde Eusebius Cæsariensis lib. 4. Euangelicæ præparationis, *Ex creaturis inquit, Ille qui oculis cerni non potest,*

Rom. i.

D. Chrysoth.

Eusebius.

Cæsari.

test.

*test, quasi in quodam speculo. contemplandus apparet. Idemque latissime docet Athanasius in oratione aduersus idola, & Diuus Chrysostomus in primum Genesis caput, atque in explanatione psalmi. 26. ita nos docet hanc scientiam D. Augusti. Circui caelos vsque ad terram nihil relinquas. Undique omnia tibi resonant conditorem, ipsae species creaturarum voces sunt quadam creatorem laudantes, Diuus item Basilus Homil. prima in Hexam. mundum hunc officinam, ac domicilium erudientis hominibus appositissimum vocat: & eiusdem operis vndecima homil. mundi molem ac machinam librum esse docet litteris creaturarum, scilicet, exaratum Dei gloriam & maiestatem alioqui inuisibilem contestantem palam, & manifeste. Et quid Christianos tantum commemoro Patres? Philosophorum omnium facile princeps Plato, in libris legum, terram solem, Sydera, ipsam vniuersitatem, temporum quoque varietatem ornatisissimam, annis, mensibusque distinctam, Deum ipsum ostendere, esse ingenue fatetur, & prodit. Idem & Galenus dicit in libr. quem de historia Philosophi composuit. 45. Assentitur & Tullius de aruspicum responsis agens. Sed & Euripides ait, *Stellas in caelo, varietates esse fabri sapientis. Cum autem ita res se habeant, quod mundana fabrica, a deo Deum, eiusque potentiam & pulchritudinem ostendat suis partibus mira varietate concinnatis & dispositis, sicque sensibilia nostris imprimantur sensibus, mirum non est, si Theologi nostri Symbolici exterrenis ad caelestia assurgere nos doceant. Hoc autem praestant, dum perpetuis allusionibus atque metaphoris, sua scripta sacri scriptores resperferunt. Eo nimirum fine, quo (vt Magnus afruit Gregorius) *Animus noster, Ex cognitis, surgat ad incognita, & ex ijs quae vsu didicit, quasi confricatus incalcescat. Vtitur verbis sacra scriptura, a nostra consuetudine acceptis, vt per res nobis affines & cognatas ad Deum ducat, aut etiam vt a malo arceat aut deterreat, per res naturae nostrae dissentaneas. Res haec exemplis fiet clarior ad propositum Principium conducentibus. Si mellis dulcedine caperis, dulcis vocatur Deus *Dulcioraque super mel & fauum eloquia eius. Si vini es amans, audies: Dulciora sunt vbera tua vino. Si flagrantis delectaris vnguenti vnctione, oleum vel vnguentum effusum Deus appellatur. Si voluntati Dei non vis parere, Deus****

Psal. 24.

Psal. 118

Cantic. 1.

ignis dicitur consumens horrendumque dicit Paulus esse, in cidere in manus eius. Pingitur etiam fulmiger a sacro Alceo Dauidе, fumigare faciens montes, & gladium aciens vt fulgur, arcum parans emittensque indignationis suae sagittas. Describitur & ab alijs Prophetis ouans in curru, militia circumdatus coelesti, & mirum in modum terribilis, gladium habens ancipitem in ore, per dextram suam eleuatam, brachiumque suum inuincibile iurans, varioque ad hunc modum gestu & habitu minaci. Visne videre sagittam, in auri, argenti que fiticulosum, & diuitiarum famelicum audumque? audi 50 *Stulte hac nocte repetent a te animam tuam? Ecce aliam. Quoniam non descendet cum eo gloria eius. Desideras agnoscere aliam, in hominem Epicureum, Deique oblitum tanquam in scopum praedirectam? audi hominem ab istis multum alienum Iobum (inquam) sanctum, talia scribentem de hominibus huiusmodi: 51 *Ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt. Id est, in momento relinquunt omnia quibus in hac vita fruebantur, diem vltimum obeuntes vt est illud; *Ahuc esca eorum erant in ore ipsorum & ira Dei ascendit super eos. Ps. 77. vel aliter in puncto ad debitas luendas descendunt poenas. Scio & sic exponi: In puncto, id est, suauiter & sine agonia anxia nimis praecedente mortem eorum, moriuntur, ita vt in hoc foeliciores multo iustis impij videantur. Sed ita quidem insipienti homini apparebit, at non ita videbitur ei qui Deum sapit. *Iusti enim homines visi sunt (vt sapiens testatur) oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. At impijs contra euenit quippe qui cum suauiter videantur emori, maneat illis post mortem primam postrema illa aeterna que mors omnium terribilium terribilissima. Habes ergo iam cur & quomodo, ab Allegorijs & metaphoris symbola accipiantur atque ex dicendis, omnia fere Symbola ex allegorijs enasci clarum fiet...****

Hebr. 10.

Psa. 143.

Psal. 9.

Exec. 1.

Apocal. 1.

Luca. 12.

Psal. 48.

Iob. 21.

Psal. 77.

Sapi. 3.

Apocal. 20.

Idio-

**I D I O T Y S M I S Y M B O L O**  
rum sunt radix alia.

**P R I N C I P I U M . 1 0 .**

**E**X Hebræis quoque Idiomatibus, non pauca ex Symbolis ortum habent. Sūt & Græcis sicut & Chaldæis sui fermonis natiuæ proprietates, ac phrasés quædam quæ sine triplicis illius linguæ peritiâ intelligi exacte non poterunt, nisi vestigijs eorum, qui tres illas linguas calluerint, in fistendo. Non enim ita linguarum notitiâ necessariam existimo, ut sine illa non possit quis, hoc potissimum sæculo, in quo tot tantique viri, idiotissimos illarum & arcana patefaciunt, ad sacras literas ad amissim etiam exponendas, peruenire. Possunt enim Latinæ solius linguæ periti, ab illius triplicis linguæ peritis, multa mutuari, illorumque libros facile consulere ut faciendum consuluit lib. 2. de Doctri. Christiana cap. 14. Diuus Augustinus. Benedictus Arias Montanus multos Hebraismos collegit & elucidauit, sicut & Oleaster. Vatablusque in suis Scholijs ad sacra Biblia, multus est in eis explicandis. Vtilis & ad illos intelligendos Clarius Isidorus. Vnum autem non possum non admonere studiose Lector, nempe, ut vel ex hoc intelligas, quantum D. Hieronymus in suam editionem laborauerit, quantumque in claritate (omissis alijs illius translationis dignitatibus) alias excedat translationes. Nam ea quæ vix illi, explicatis etiam Hebraïsmis, clara reddere possunt, in ea quæ D. Hieronymi translatio est, sunt luce clariora. Possim hic multa conuoluere exempla, sed pauca promultis accipe Iudicum. 15. cap. post stragem quam fecit Sanson maxilla asini contra Philistæos canebat dicens. *In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleui eos.* Sic habet vulgata. At iuxta Hebraïsmos illos: *Aceruum aceruorum in maxilla asini percussi.* Quem Hebraïsmum exponunt quidam sic, id est homines aceruatim proieci. Quanto clarius est, deleui eos? Et efficacius etiam? Nam dicens, deleui Philistæos, plus dicit, quam qui aceruatim eos percussisse dicit. *Aceruus autem aceruorum maximus est aceruus,* iuxta Hebraici

braici sermonis, idioma. Sic Genes. 42. (iuxta Pagninum, vel Neoterorum Hebraïsmos) legitur quod cum Jacob videret filios non curare alimenta domibus suis, dixit illis. *Quid aspiciatis?* At nostra vulgata habet; *Quare negligitis?* Penetrauit enim D. Hieronymus, quod aspiciere pro otiosi usurpat non nunquam Hebraïsmus quod otiosi aspiciere aliquod aut se soleant. Vulgaris etiam iste modus est apud nos, qui cum aliquem otio torpentem videmus, statim illi dicimus: *Quid aspicias?* Similiter Isaiæ. 36. iuxta istorum lectionem auctorum, nouam habetur. *Nō bibatis aquam pedum.* Et vulgata legit, *Vrinam vestram.* Vide quæ noto clarius? Nam aqua pedum Hebræis est lotium. Et dicitur aqua, quoniam ei aliquantum assimilatur, pedum vero, quod ad pedes dimitti soleat. Aquas pluraliter apud nos, *vrinam* vocari video. Non secus & Samuelis. 24. iuxta nouiorum lectionem habetur, *Ingressus est Saul speluncam ad regendum pedes.* Vbi vulgatus interpret vertit, *Ad aluum purgandum.* Nam contegere pedes Hebræis est exonerare ventrem quod purgantes eum, pedes vestibus tegant. Ex his ergo alijsque locis pluribus intelligere poteris, quantum D. Hieronymi translatio lucem attulerit, tamen adhuc non nulli sunt Hebraïsmi ac Græcismi quos non omnino explicuit D. Hieronymus in editione sua, ex quibus multa Symbola oriuntur. Nam ut nos nomen accipimus Symboli, sub eo omnes Idiotismi comprehenduntur sacri, ob arcanam & reconditam significationem quam habent. Animam enim in manibus ponere, vel habere (ut res hæc patefiat exemplis) est esse in discrimine vitæ. Nam ea quæ in manibus gestamus omnibus videntur periculis obuia. Sic Dauid canebat ps. 118. *Animam meam in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus.* Ac si Hispanè diceremus. *Traygo jugada la vida, y a mi con todo esso no me oluido de vos.* Ineptè autem quis interpretaretur si hoc illud esse diceret, quod vulgo fertur materna nostra lingua: *Su alma en su palma.* Symbolum itaque hoc est discriminis vitæ ex Hebraïsmo ortum habens. Nō omnino ab simili Phrafi dixit Paulus. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, vel testaceis, ut periculum thesauri amittendi insinuaret.* Sit aliud exemplum. *Aperire vuluam,* Symbolum est ortus primogenitorum. Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum

2. Aug.  
B. Arias.  
Vatablus.

Clarius.  
D. Hiero.

Iudic. 15.

Genes. 42.  
Pagni.

Isai. 36.

Samue. 24.

Psalm. 118.

2. Corin. 13.



1. Reg. 1.  
ver. 5.  
Psal. 118.  
Genes. 6.  
verfi. 9.  
Genes. 17.  
verfi. 1.  
Exodi. 1.  
verfi. 21.  
Psal. 127.  
verfi. 6.  
Psal. 123.  
verfi. 5.  
Psal. 13.  
verfi. 20.  
21.  
Psal. 149.  
verfi. 5.  
Job. 38.  
verfi. 3.  
Isaia. 50.  
verfi. 5.  
Genes. 12.  
verfi. 5.  
Ecclesiast.  
12.  
1. Reg. 13.  
Genes. 10.  
Luca. 1.  
Luca. 15.  
Genes. 19.

tum Domino vocabitur. Deum verò claudere vuluam alicuius  
foeminae, eam est sterilem reddere, vel non foecundam facere  
Sic ascendere in cor, Symbolice est cogitare. Avertere  
faciem alicuius, est postulata negare. Ambulare cum aliquo  
est facere eius voluntatem. Et coram aliquo, est illum cogitare  
praesentem aut tiraere. Aedificare domum, est dare prolem &  
posteritatem praesertim in copia. Benedicere, cum est homi- 67  
nis ad hominem, est bona precari, si vero hominis ad Deum  
est laudare, Dei vero ad hominem est bene facere. Nam dice  
re Dei est facere, & benedicere benefacere. Accingere lum-  
bos expedite & viriliter aliquid agere. Aperire aurem, He-  
brais est reuelare. Animas facere, est greges aut homines in-  
possessionem adquirere vel denuo ei nasci. Ex his multa sacrae 68  
scripturae aperiuntur loca quae inter exponendum Symbola  
inferius in Decadibus iudicabimus, cum opus fuerit, ad in-  
telligentiam Symbolorum. Quis vero non videat filium homi-  
nis pro homine (quanuis & de hoc dicemus alias) & filium  
orientis, pro orientalem, & filias Hierusali pro Hierosolymi 69  
tanis, & filios excussorum pro robustis, dum accipiunt He-  
braei, idioma eorum linguae seruare, redolerique dubio pro-  
cul Hebraismum. Sic filiae carminis dicuntur aures, & filius  
vnius anni, idest, innocens dicitur Saul: atque Nemroth in  
Genesi, vocatur robustus venator coram Domino, idest robust-  
tissimus omnium qui sub caelo sunt. Sic & de Baptista, Et erit  
magnus coram Domino, idest valde magnus. Et Peccare fi- 70  
lium prodigum in caelum, est peccare praeter ceteris mortalibus  
vnde & addit ad hoc significandum & coram te pluuisse Do-  
minum a Domino idest, de super, Hebraismus est, tametsi  
mysterium personarum Diuinarum olfaciat hic forte quis, in-  
sinuari. Deficiet me tempus in Symbolis enumerandis 71  
quae ex idiotismis desumuntur, si omnia voluero  
recensere. Dicemus & de his amplius cum  
speciatim ex Euangelijs Symbola indi-  
cauerimus. Nunc haec sit adduxisse  
satis, vt ab idiotismis Symbo-  
la crui videas.

EX

EX FIGVRIS SYM-  
bola Dimanant.  
PRINCIPIUM II.

Pariunt item figurae Symbola non pauca. Nam significa-  
tio, quae per figuras est, obscura & arcana est. Nobis au-  
tem non est animus de figuris accurate dicere. Exposue-  
runt Beda, Pagninus, Driedo, Ludouicus Granatensis, Ga-  
larca Cauriensis Episcopus & alij, figuras & tropos, etiam vt  
ad sacras literas spectant. Legate eos, quicumque cupit nosse  
73 plura de his. Est a nobis modo solum ostendendum, quod ad  
nostrum conferat argumentum. Symbolicam autem habere  
significantiam, quae per figuras dicuntur, nemini dubium  
esse debet. Est enim figura orationis ornatus, quo a populari,  
& simplici loquendi & sentiendi modo, siue more discedi-  
mus, docente id Quintiliano libro 9. cap. 1. inueniunturque  
figurarum duo genera sermonis vnum, & sententiarum alte-  
rum. Illud est concinnaiucundaque verborum modulatio, hoc  
autem circa orationis sensum per verba non mutata, aut trans-  
74 posita, versatur. Quod quadrifariam solet euenire, nimirum  
aut petendo, aut fingendo, vel concedendo, siue negando,  
vel potius abruptendo. Figurae vero dictionis, vel certa  
iunctura, vel magis vocum sono, vel earum similitudine, seu  
certa quadam earum dispositione, circa media, initia, sine-  
75 que orationis fiunt. De his nonnulla apponere exempla non  
erit inutile. Ex epizeuxi siue Palilogia, quae fit quoties idem  
verbum, sine interpretatione geminamus, quanta efficacia  
accedit illis verbis ex Hierem. 2. cap. desumptis, scilicet,  
*Me dereliquerunt fore aqua viua: & foderunt sibi cisternas, cisternas  
dissipatas, quae non valent aquam continere.* Quis non videt repetio-  
nem illam cisternarum, sensum orationis, & affectum expri-  
mere vehementem? Et ps. 136. dicebant hostes Hierusalem;  
76 *Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea* Anadiplosi,  
idest, eiusdem verbi geminatione in fine praecedentis, & ini-  
tio sequentis periodi, vsus est Dauid ps. 121. dicens absens ab  
sens

Beda,  
Pagninus.  
Driedo.  
Ludouicus  
Granatens.  
Galarca:

Quintilia-  
nus.

Hierem. 2.

Psal. 136.  
Psal. 121.

C

sensab Hierusalem, tempore solennitatum appropinquanti:  
*Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem.* Et iterum ponit, Hierusalem (inquit) quæ edificatur ut ciuitas &c. Symbolum erat ardentis desiderij Hierusalem visendæ, quo Dauid æstuabat, geminatio illa elegans. Tuncoteleuton qua diuersæ dictiones cum eodem sono continenter efferuntur, & terminantur, mire auget affectum. Ea vsus Ezechiel sanctus ut vertit vulgatus interpres, ita inquit: *Si genuerit filium latronem, sanguinem effundentem, in montibus comedentem, uxorem proximi sui polluentem, pignus non reddentem, abominationem facientem ad usuram dantem, amplius accipientem, nunquid vita viuet?* Simatismos, idest, frequentatio, quæ ut verborum est Synonymia, ipsa rerum est, ad perorandum est vtilissima, cuius exemplum elegans est apud Isaiæ. capitul. 3. *in illa die, inquit, auferet Dominus ornamentum calciamentorum lunulas, torques, monilia, armillas, mitras, discriminalia, perisclydes, murenulas, olfactoriola, in aures & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & vittas & teristra.* Vide quæ his contra ponit: *Et erit, inquit, pro suauis odore foetor, & pro crispante crine caluitium, & pro fascia pectorali cili-cium. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent.* Ecce quam vim reddit orationi & sermoni Isaiæ Simatismos. Atque hæc pro figuris dictionis. Ara, idest, imprecatio alicuius incommodi figura sententiarum est in petitione consistens. Ut in illo psalmi: *Descendant in infernum viuentes.* Non intelligas cum Bellanense ad literam, ut per cogitationem descendant, sed idem est ac si diceret Propheta. *Viui sepelientur.* Parrhisia, idest, licentia, quæ libertas est & fiducia mentis affectum libere depromens, arcanam reddit orationem. Isaias vsus est hoc schemate cap. 22. ad Oniam dicens: *Quis tu hic, & quasi quis tu hic? Asportari te faciã, ut asportari solet gallus gallinaceus.* Ad figuras concessionis refertur. Hyppomenes, sustentatio est, quæ suspendit animos, ut aliquid obijciat præter communem expectationem. Ut ps. 48. *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite &c.* Quo vsque infert: *Cur timebo in die mala?* &c. Merismos, distributio in partes est, & cuique parti ratio nis assignatio, vt Ps. 91. *Dauid de Domino ait, Hunc humiliat*

*& hunc exaltat, quia calix in manu Domini vini meri, plenus mixto,* idest, singulis iuxta merita tribuet, exaltabit humiles superboque depimet. Eiusque calix quem hominibus propinat & dulcedine auxilij, & gratiæ erga bonos, & amaritudine poenæ contra malos plenus est. Ex his, quæ in fictione consistunt, est Protopopæia, idest, fictio personæ, & hypotyposis, idest, illustris explanatio, cum res pene sub aspectum obijciuntur. Et ad hanc refertur cetopeia, idest, effictio morum, vt cum inducitur quis loquens, & fingitur quod dicit. Somotopœia autem præ omnibus figuris iuuat maxime, est que corporis factitia cum incorporeis corporea tribuimus, quod in sacris fit sæpe sæpius. *Vidit Dominus* (ait Isaias cap. 59) *& malum apparuit in oculis eius: & indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius indutus est quasi pallio zeli.*

Hæc verba omnia Symbolica sunt, iramque Dei, & ad vindictam paratum eleganter demonstrant. Sunt & figuræ negationis, vel abruptionis æquibus Paralepsis, præteritio est, dum aliquid indicamus obiter, quod fingimus præterire. Sic Paulus ad Heb. 11. postquam singulorum patrum antiquorum fidem speciatim recensuit, vt alios præteriens adiunxit: *Et quid adhuc dicam? Deficiet me tempus enarrantem, de Gedeon, Barach, Sanson, &c.* Est & emphasis mire conducens ad intelligendum occultos verborum affectus in sacris, estque figura, qua plus insinuatur quàm dicitur. Fit vero cum ex dicto aliquo latens aliquid eruitur. Sic Ioan. 13. Petrus: *Domine tu mihi lauas pedes?* Et apud Prophetas est frequens. Plura de his apud prædictos autores videre poteris. Hæc autem ideo vel pertrinximus, quod ea quæ sub figuris dicuntur, ad Symbolicam doctrinam spectant maxime. Quare & de Tropis non possumus non aliquid dicere.

TROPI SUNT FONDS SYM  
 bolorum.

PRINCIPIVM. 12

H A Bet & sacra scriptura selectiores Tropos (vt Beda in suo de illis libello docet) omnesque sub metaphora

C 2 com-

- D. August.* comprehenduntur. Est autem Tropus, secundum D. August. lib. unico contra mendacium, quando ornatus necessitatis ve causa, verbum appropriatum in alienam significationem trãffertur. Estque multiplex tropus, & sacra scriptura plures Tropos admittit. Metaphora in primis est, cum res similis ad similem transfertur significandam. Quam verò huius cognitio ad Symbolicam doctrinam utilis sit, vel ex eo patet, quod
- D. August.* D. Augustinus ait, in pf. 103. *Allegoria*, inquit, dicitur cum ali quid aliud videtur sonare in verbis, & aliud intellectu significatur quo modo dicitur agnus Christus, Nunquid pecus? Leo Christus, Nã quid bestia? Petra Christus, nunquid duritia? Mons Christus, nun quid tumor terræ? Et sic multa aliud videntur sonare, aliud significare Idem docet Suidas cum allegoriam metaphoram esse dicit, eamque eodem modo diffinit. Sed cognitio metaphoræ, quam sit utilis ex eo magis constat, quod D. Hieronymus nos docet Isaiæ cap. 18. ubi ait. *Sæpe Propheta metaphoram conuertunt in historia veritatem, vt apud Isaiam cap. 18. ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinauit, & præscinduntur ramusculi eius falcibus. Et ne putares ipsum de vinea loqui, & non de hominibus, vertit metaphoram in historia veritatem, sub iungens & relinquentur simul anibus montium, & bestiis terra.*
- Suidas.* *D. Hieron.* *Isaias. 18.* *Habach. 3.* *Ezech. 15.* *Ezech. 17.* *Psal. 146.* *Isaias. 3.* *Ioan. 5.* *1. Reg. 28.*
- Idem docet Habacuh capit. 3. Sic & Ezechiel. 15. legis. Quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna Sylvarum? Nunquid tolletur de ea lignum vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt pendeat in eo quodcunque vas. Et subdit: Sic tradam habitatores Hierusalem & cap. 17. sub nomine aquilæ describit imperium Babylonicum, quod vastabat populum Dei. Dauid Psal. 146. Deum Chirurgum facit. Qui sanat contritos corde & alligat contritiones eorum, Et Isaias Regem facit medicum, ita eum qui volebat acceptare regnum oblatum loquentem inducens Non sum medicus. Ad eruendos ergo Symbolicos literales sensus, conducit maxime metaphoræ cognitio, cuius Tropi tot sunt genera, quot res à quibus fieri trãffatio potest. Catachresis est abuti proprio nominis significato, ob aliquam similitudinem, vel usurpare alienum nomen ad rem quæ proprio caret, significandam. Sic per Catachresim Ioan. 5. Probatica piscina, à piscibus, quos non habebat. Et Psal. 118. illud: Ego dixi, dij estis. Et. 1. Reg. 28. Vidi Deos ascendentes de

- tes de terra. Abusus est nominis Dei (Bellanensis inquit) per
- 24 Catachresim Ænigma ex D. Hierony. in Prouerbia (si tamen eius sunt) est quæstio obscura, quæ difficile intelligitur, nisi aperiat. Sic per Ænigmata loquebatur Deus alijs à Moyse prophetis & D. Augustinus pf. 48. *Ænigma*, inquit, est obscura & perpetua parabola. Matth. 19. Inuenimus Ænigma de Eunu chis, qui se castrauerunt propter Regnum Dei. Et illud:
- 95 *Si oculus tuus scandalizat te erue eum &c.* Parabola autem (vt au tor est D. Hierony. Eccles. 12.) aliud in medula, aliud in super ficie pollicetur. Nam est rerum dissimilium, licet non omni nõ dissimilium, vellatens, vel expressa comparatio. A para bolis Symbola non contemnenda defumuntur, vt illud de de cem virginibus cum lucernis, vel lampadulis ardentibus, & aliud de Iumbis præcingendis. A paræmis item multa mu tuantur. Est verò de paræmia latius dicendum, cum de Sym bolis ex libris Salomonis aliquid inferius dixerimus. Interim paræmia, siue prouerbum, sermo est tritus fatis, sententiam aliquam vtilem inuoluens, licet obscure fere Dominus in pro uerbijs est loquutus: vt est illud quod ait: *Ego sum ostium*, & illud: *Non potest arbor mala bonos fructus facere*, vt & 1. Reg. 24
- 97 *Ab impijs egredietur impietas.* Et Latinus comicus idem fere *Ma la mens*, inquit, *malus animus.* Sic & nostrates dicunt: *cada qual haze como quien es. De mala vid nunca buen sarmiento.* Prouer bium videtur, & illud, 1. Reg. *Quem persequeris canem mortuum* Conuenit in eos, qui afflictum affligunt denuò, contrà illud
- 98 *Afflictis non est danda afflictio.* De hoc cõquerebatur Dauid in Psa. *Quem tu percussisti, persecuti sunt, &c.* Latini dicunt *Euellere barbam leoni mortuo:* Et nostrates, *A Moro muerto gran lançada.* Denique & sapiens prouerbialiter dixit *Adolescens iux ta viã suã, etiã cõ senuerit non recedet ab ea.* Quod Horat. eleganter.
- Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem*
- 99 *Testa diu.*
- Id quod & Hispani dicimus. *Quiã malas mañas ha, Tãde ouanca las perderã.* Prouerbum est & illud, 2. Reg. 20. *Qui interrogant, interrogent in Abela.* Pro eo, quod nos dicere solemus: *Pregun tad lo a quien lo sabe.* Sed quid exempla quæro, cum totus Salo monis Parabolæ liber, plenus paræmiarum sit? De
- Bellanensis*  
*D. August. Matth. 19.*  
*D. Hieron. Mat. 15. Luca. 12.*  
*Ioan. 10. 1. Reg. 24. Comicus.*  
*1. Reg. 24.*  
*Psal. 68. Prou. 22. Horatius.*  
*1. Reg. 12.*

Prouerbij, eorumque vsu, multa non sine magna vtilitate omnium, prodidit Erasmus cuius chiliadas Manutius correxit, auctasque sine eius nomine diuulgauit. Prouerbia autem nihil aliud profecto sunt, quam quædam Symbola illustriora. **Erasmus.** Metonymia ex Beda, est quædam transnominatio, siue nominis pro nomine positio quædam iuxta Quintilianum. Id quod fit, vel ex causis vel effectis, subiectis & adiunctis, ad hosque modos, siqui alij sunt reducuntur. Primus est cum effectus causæ nomine explicatur. Vt illud: *Helias primum venturus est.* **Matth. 17.** Etrursus. *Helias quidem venit, & fecerunt in eum quodcumque uoluerunt.* In quibus locis Helix quidam spiritus in doctrina, & exemplo significatur in Ioanne, id quod Angelus **Lucæ. 1.** futurum prædixit: *Venturus est, inquit, in spiritu & virtute Helix.* Et Dominus, *si vultis accipere, ipse est Helias,* De quo inferius in Decadibus in Symbolo .1. decad. 10. & in Symbolo **Lucæ. 1.** *Dux oliuæ & duo candelabra tom. 2.* Secundi modi, cum effectus, scilicet pro causa sumitur, exemplum est **Gene. 22.** *Nunc cognoui* (ad Abraham Dominus ait) *quod times me,* pro eo quod est; cognoscere feci. Tertij modi, cum rei subiectæ nomen ad adiunctam transfertur rem, vt cum ciuitas pro ciuibus sumitur, & continens pro contento: vt Deus per coelum significatur symbolice non semel de quo alias. Quartique modi cum nimirum ex adiunctis res subiectas intelligimus adiunctæque rei nomen ad rem subiectam transfertur, multa sum ex epla **psal. 54.** *Abundauit super muros eius iniquitas, & non defecit de plateis eius vsura & dolus,* pro iniquis, dolosis & vsurarijs. Metaphis iterata est Metonymia vt **psal. 59.** *Meus est Galaad, meus est Manasses, Ephraim fortitudo capitis mei.* Vbi pro habitatoribus Galaad, & Ephraim & Manasses, pro tribu cui sorte obtigit accipitur. & **Matth. 2.** & **Hierem. 31.** Rachel sumitur pro regione Bethlehemitica, vbi sepulta fuit, & rursus **Hierem. 31** regio pro incolis duplicata Metonymia. Non fecus & synecdoche quæ intelligentia est vnus per alterum, quadruplici modo solet fieri. Nam aut sumitur pars pro toto, vt anima pro homine **Acto. 27.** & **Gene. 46.** & caro pro homine **Ioan. 1.** **Lucæ. 14.** *Verbum caro factum est.* Et panis pro coena **Lucæ. 14.** vel totum pro parte sumitur, vt **Lucæ. 16.** *Et sepultus est in inferno,* Anima, scilicet, illius diuitis ad infernaum descendit. Aut tertio

ca

capitur species seu forma pro genere **Matth. 6.** cum foenum pro herba sumitur. Nam de lilijs & herbis loquebatur Christus. Aut denique quarto genus pro specie vt **Gene. 7.** *Posuit Noe in arca de cunctis animantibus septena & septena.* Vbi suppositio (inquiunt Dialectici) est, non pro singulis generum, sed pro speciebus singulorum. Sic **psal. 1.** lignum pro arbore & **Lucæ. 23.** & in **Gene. 1.** *Plantauit Dominus Deus lignum in medio paradisi,* id est certam quamdam arboris speciem. Non aliter **Amorrhæus** pro Rege **Amorrhæorū**, & **Iebusæus** item sumitur nō sē mel. Vnde & Antonomasia ortum habuit, cum propter prætantiam vni tribuitur quod est commune. Quæ & ab animo, & à corpore, & ab externis peti potest. Sic traditor dicitur **Iudas Ischariotes**, & aduersarius dæmon, atque malus antonomasticōs, vt in illa oratione Domini: sed libera nos à malo iuxta expositionem **Chryosto.** & **Theophylacti**, de quo alias. Proximum est huic epitheton, latinis appositum, cum nomini proprio aliud significantius appenditur, vt Deus fortis, patiens, ac longanimis, multumque misericors nuncupatur. Ironia est ad Symbola perquam necessaria, qua aliud insinuamus, optamusque intelligi præter id, quod dicimus. Simulatio quædam est. **Adam** **Gene. 3.** dicitur ironice, quasi Deus factus. Sic Dominus ad proditorem: *Quod facis fac citius.* Id quod (iuxta **Theophylactum**) non ad hortantis, sed exprobrantis fuit; Non dissimile est illud: *Dormite iam & requiescite.* Id est, ecce appropinquauit proditor si placet vobis & tempus permittit, dormite. Quod si odio feruet ironia sarcasmos est, vel hostilis irrisio. Vt **psal. 21.** de irridentibus Christum illis verbis, *Alios saluos fecit seipsum non potest* &c. **Propheta** futurum id prædixit, illos inducens loquentes & subfanantes hunc in modum: *Sperauit in Domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum.* Antiphrasis Ironiam habet, estque quasi contraria locutio, catachresin non ab similibus vt. **3. Regum. 21.** *Benedixit Naboth Deum,* id est, maledixit. Et illud dæmonis: *Nisi in faciem benedixerit tibi apud Iob cap. 1.* id est, maledixerit. **As** **Iob. 1.** ferri video in exemplum antiphrasis illud **Matth. 26.** quod Dominus **Iudæ** dixit. *Amice ad quid venisti? id est inimice* ego vero non per Antiphrasim interpretarer illud, sed tali amici no

C 4 mine

mine Christus vsus est, vt nobis exemplum admirandæ patientiæ præberet, qui nec hosti tanto, negauit amici osculum & nomen: vt que vel sic ad amorem eum incitaret. Et putas quod verbum illud amici, non sufficiens erat, vel faxeum emollire pectus? Vt argueret illum, vt dolosum ait Theophylactus id dixisse Christum. Ac si talia illi dixisset: Si vt amicus ades, vt quid gladij? Si vero vt inimicus cur me exocularis? Amice ergo ad quid venisti? Non certe opus erat, vt sub osculo isto falso ad metradendum aduenires. Iam quod me volebas tradere, non te amicum meum quodam decebat in tali negotio ducere præbere. Nō tua exigebatur præsentia & tāta approximatō, sub falso præsertim amicitia prætextu, vt osculum porrigeres. Arbitror autem verba illa simpliciter accipienda & sine Antiphrasi: Amice ad quid venisti? Id est, O mihi quondam chare ad quid hic ades? Sic & communiter exponitur illud, quod dixit vxor Iob ad eum per antiphrasim sed melius meo iudicio est, *Benedic Deo & morere*. Id est, Benedic Deo & moreris. Per ironiam ego interpretor sequens D. Luciani martyris qui temporibus Apostolorum vixit, sententiam, & Mosis Gerundienſis. Videndusque est noster Cyprianus super hunc locum, ex cap. 2. Iob desumptum, qui eos refert. Non enim videtur verisimile, quod blasphemare coram sancto viro suo Deum auderet vxor, cum eo quæ tanto degerat tempore sanctis assueta moribus. Verum ironice dictum videtur. I nunc, omi vir & Deo benedic pro impensis beneficijs, vt te facere video: nam sic te vides emori: verba impietatem redolere negari non potest. Dixerat enim. Adhuc permanes in simplicitate tua? Quare & vehementer à sancto Iob reprehensa est. Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es. Non es esse loqueyos he enseñado. Itaque idem est, ac si dixisset, lingua nostra materna. Eslo si, dale gracias à Dios, que por esso dexaras de morirte. Non enim video illum, de cuius amicitia tutantopere gloriaris, & toties pro acceptis beneficijs gratias agis, tibi in adeo extrema angustia consulto subuenire, sed te iam iam moriturum relinquere, & velut plagis impositis aufugere. Irridebat ergo sanctum Iob mulier illa pessima, eo quod in tot ac tantis malis Deo gratias agentem videret virum. Quam vero obsecro cohærentiam

Theophyla.

Iob. 2.

D. Lucia.

Martyr.

Mosis gerundienſis.

Cyprianus

Hærg.

habent, Maledic Deo & morere? An quia Deo malediceret iam illi foemina certum erat, quod Deus illum interimeret. Ipsum de setimere debebat quæ Deo maledicere, viro suadebat. Sed de hoc iam pronunciatissuperque. Apophasis Paralepsi sententiarum figuræ est quam simillima, sitque dum quidpiam aliud volumus ab eo, quod verbis astruimus, & tacere non insinuamus. Hinc est quod tametsi Dominus ijs, quos sanauerat, tacere iubebat, non soluebant præceptum miracula diuulgantes, quo præcipue cenodoxæ fuga, magis quam miraculorum silentium docebatur. Est & denique in sacris eloquijs Hyperbole, quidam videlicet verborum excessus, atque exorbitantia, augendi minuendi ve gratia. Vt. 3. Reg. cap. 10. *Tanta erat argenti copia in Hierusalem, quanta & lapidum*. Rei magnitudo sic indicatur. Sic de viris Gabaa Beniaminitis scriptum est Iudicum. 20. *Qui septingenti erant viri fortissimi, ita sinistra vt dextra præliantes, & sic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque possent percutere, & nequaquam in alteram partemictus deferretur*. Sic vulgo de ingenio pollentibus dicitur metaphorice, *Hiende vnocabello*. Sic & S. Ioannes hyperbolico sermone suum clausit Euangelium. Non secus & Ecclesiastes capi. 12. suum librum veluti epilogo hyperbolico concludit dicens: *Faciendi plures libros nullus est finis*. Matthæ. 4. Omnia regna mundi, eius præcipua pars vocatur. Sic & ad Colof. 1. Paulus totum mundum, magnam eius appellat partem. Adducit Bellanensis etiam in exemplum illud Matthæ. 27. quo docetur, tenebras in morte Christi in vniuersam terram factas. *Alioqui* (inquit ille) *cum facta fuerit illa solis obscuratio per interpositionem lunæ* (vt Dionysius ait) *non potuit ad omnes orbis partes solem obscurare*. Tenet ergo in Iudæa solum esse factas. Sic & Origenes tractat. 35. in Matth. sensit, eo ductus argumento, quod si illa vniuersalia fuissent signa; eorum in historijs vestigia inuenirentur. Beda Natalis in volumine suarum annotationum hanc opinionem in Erasmo damnauit, ceu aduersantem sententiæ D. Augustini, & D. Dionysij Areopagitæ, quorum ille in libr. de mirabilib. diuinæ scrip. secundo, refert in terramotu Dominicæ passionis vndecim in Thracia vrbes corruisse, hic vero in epistola ad Polycarpum, testatur se in Heliopoli vrbe

3. Reg. 10.

Iudic. 20.

Ioan. vlt.  
Ecclesiastes  
vlt.Mat. 4.  
Colof. 1.Matt. 27.  
D. Dionys.

Origen.

Beda Natalis.

Erasmus.  
D. August.  
D. Dionys.

Ægypti, vna cum Apolophane philosopho conspexisse in meridie Dominicæ passionis horribiles tenebras, solis glo-  
bo circumfusas. Phlegon historicus Græcus Asiaticus & 23  
Ethnicus lib. 14. mentionem facit eclipsis Dominicæ passio-  
nis, sic inquit: *Magna inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta, quarto anno ducentesimæ secundæ olympiadis. Dies hora sexta, ita in tenebrosam noctem versus: vt stella celo visa sunt, terraque motus, in Bithinia Nicenæ vrbis multas ædes subuerterit.* De isto Phlegonte sic scribit Suidas, in dictione, 24  
Phlegon. Phlegon Trallianus libertus Augusti Cæsaris (quidam Adriani dicunt) Historicus, scripsit olympiadas libris. 16. Sunt autem vsque ad olympiadem ducentesimam vicesimam nonam, res vbiq; gestæ. Atque in Olympiade. 229. mortuus est Adrianus, vt constat ex Eusebio. Quare vsque ad huius imperatoris tempus peruenit hic Phlegon. Idem dicunt Plinius lib. 2. cap. 84. & Tacitus 25  
lib. 2. Annalium de Tyberio agens. Falluntur itaque Origenes Erasmus, & Bellanensis. Fatendum autem est illam Eclipsim vniuersalem per naturam contingere non potuisse. Non ergo per Hyperbolen dictum accipi debet à Matthæo, quod tenebræ factæ sunt in vniuersam terram. Diminuendi item non sunt genera pauciora. Sic est illud Leuiti. 26. *Terrebit te sonitus folij volantis.* Et Threno. 4. *Denigrata est facies eorum super 26  
carbones, non sunt visi in plateis adhaesit cutis eorum ossibus, aruit & facta est quasi lignum.* Hæc de Tropis, qui in sacra scriptura inueniuntur, nostræ introductioni ex varijs autoribus inferuimus, eo solum, quo vel ex his appareat, Tropos esse fontem Symbolorum sicut & Figuras. Nemo autem a deo non videt, qui non videat, quemdam Symbolicum loquendi sty- lum esse tropicum & figuratum.

ADVERTENDÆ SUNT  
Figurate loquutiones. Utque discernantur.

PRINCIPIVM. 13.

QVAM oporteat Theologum symbolicum, figura- 27  
tas Sacræ scripturæ agnoscere loquutiones, ex præhabitis

bitis satis potuit esse manifestum. Sensus enim literæ sub illis latitant. Vidit Ioannes in dextera sedentis super Thronum li-  
brum scriptum intus & foris. In sensu literali, per metapho-  
ram significat, se per intellectum cognouisse sacram scriptu-  
ram, quæ per figuras & tropos externa in superficie scrip-  
ta est, at sub illis mysteria abscondit. Duplici sensu scriptam  
eam cognouit Ioannes. Vide & Metaphoricum sponser fer-  
monem, *Meliora sunt, inquit, vbera tua vino.* Per vbera verò  
gemina, significatur amor, qui non nisi inter duos effunditur  
Quare alia litera habet, *Amores tui.* Hoc nisi figurate acci-  
pias dictum quo modo sponso accommodabis? Vt poteris  
etiam (vt sit hoc aliud exemplum) ænigma illud Isaia cap.  
1. intelligere. *Argentum tuum versum est in scoriâ: vinum  
tuum mistum est aqua,* nisi figuratam esse loquutionem dif-  
cernas? Sic vero soluitur. Omnes vos (inquit Isaia) qui ali-  
quando Deo adhærebatis, ab eo recessistis. Et illud ex capi.  
2. *Dies Domini super cedros Libani sublimes & erectas, & super  
omnes quercus Bassan, & super omnes montes excelsos, & super col-  
les elenatos, & super turrim excelsam &c.* Non interpretari po-  
teris ad literam, nisi proceras illas arbores, reges & principes  
populi Dei significare intelligas. Idem ergo est ac si diceret:  
Ultio Domini in principes Israel, vbi & Domini dies, sym-  
bolicum nomen est, de quo suo in loco dicendum. Vides er-  
go quâ sit necesse figuratas discernere phrasas, vt literæ sensum  
assequaris? Tametsi enim volumina, quæ in figurato  
sermone versantur fere, vt cantica & Apocalypsis, pas-  
sim Doctores Mystica. nun cupent, vt D. Dionysius  
de ecclesiast. Hierarch. & D. Hieronym. in prologo Bibl.  
habent suum sensum literalem, vt & tota sacra scriptura. Vnde  
non ita ad Tropos confugiendum, vt simpliciter dicta tro-  
pice accipiamus, aut e contra, sed sic Tropos admittamus, vt  
nūquam in sacris aliquem, vel minimum locum sine historico  
sensu inueniri fateamur. Nimiis proinde fuisse in tropis  
Origenes, qui homil. 4. super Genesim, videtur astruere, ali-  
qua esse loca sine literali sensu. Ait enim. *Non semper in diuinis  
literis historia sensus stare potest, vt illic: Spina nascentur in ma-  
nu ebriosi. Et ibi: vox mallei & securis non est audita in domo Dei.*  
Et lib. 4. Periarchon cap. 2. conatur ostendere, in pluribus lo-  
cis

Apocal. 5.

Cantic. 1.

Esai. 1.

Esai. 2.

D. Diony.  
D. Hiero.

Origen.

cis sacre scripturæ, literalem sensum deficere, id quod non sine diuina prouidentia factum arbitratur, ne nobis videretur atque appareret tantum vnum habere sensum, ob quem & esset scripta solum: cum videtemus perpetuam literæ veritatem nullumque in ea mysterium latere suspicaremur. Sed & D. Gregorius non semel & D. Hieronymus aliquid simile docuisse videntur: sed hi possunt optime interpretari, si dicamus eos, ita loqui vt Metaphora exclusa sensus historiæ non possit stare. Et hæc est sententia illorum vt ex eorum verbis varijs in locis colligitur. Nam D. Gregorius homil. 4. in Euangelia sic ait: *In verbis sacre scripturæ, prius seruanda est veritas historiæ, & post modum requirenda est, spiritibus intelligentia allegoriæ. Tunc nanque allegoriæ fructus suauiter capitur, cum prius post historiæ radicem solidatur.* Et homil. 9. in Ezech. elegantissime explicat, quem admodum sacra scriptura, liber sit foris scriptus per literæ sensum simplicem, intus autem per intellectum spiritualem. Sic & sentit D. Hieronymus in epistola illa, quam de terra promissionis exarauit, & alibi se id sentire sæpe ostendit cum vt fundamentum iacit sensum literalem, & postea ad spiritualem progreditur, & assurgit. Non ergo conuellunt isti sancti sensum literalem quamuis verbis cum Origene colludere videantur. Loca vero quæ Origenes in suam sententiam adducit, optimam etiam ad literam habent explicationem. Verum quoniam omnia adducere non est instituti nostri, illa duo tantum speciatim modo commemorata explicabimus, vt sic de reliquis ex his, constet omnibus, optimum habere sensum literæ, licet multum difficilem. Quod ex Prouerb. 26. cap. adducit Origenes. *Spina nascuntur in manu ebriosi, sic in nostra vulgata habetur. Quo modo si spina nascatur in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum.* Et iuxta Hebræum: *spina ascendit in manu ebrii, & parabola in ore stultorum.* Sensus autem non facile cognoscitur. Caietanus sic explicat. *Quemadmodum ebrius, pro floribus, aut alia quauis re pretiosa, in altum eleuat spinam, & spina, siue spinarum congeries sic velut exaltata ascendit, & risum mouet omnibus videntibus: ita parabola in ore stulti non instruit, sed ridicula est. Colligens enim pro floribus spinas, ridiculus est ebrius, sic & parabolas colligens stultus. Vel aliter, vt ebrius, si in manu habeat spi-*

D. Greg.  
D. Hiero.

D. Gregor.

D. Hiero.

Origenes.

Prouer. 26.

Caietanus.

*nam, non ea bene vitur, sed aburitur, ac se ipsam lædit & alios, vt & furiosus vitur gladio sic in ore stulti parabola, qua & se & alios lædit.* Sed adhuc difficultis locus videtur, si septuaginta lectionem sequamur, quæ sic habet. *Spina nascuntur in manu ebriosi, seruitus autem in manu imprudentis.* Ita legit D. Ambrosius & sic exponit quia sicut ille vulneratur suis poculis, ita insipiens suis factis: ille bibendo se peccato inficit: iste operando se culpæ adiudicat, & factis suis trahitur ad seruitutem. Iansenius non aliter (vt sibi videtur) æstimat posse interpretari Hebræa, quæ habent, ascendit, & Græca, Spina nascuntur, vel germinant, nisi dicamus, spinam nasci in manu temulenti, nihil esse aliud, quam eam ibi fortuito inueniri & obuenire, citatque D. Ambros. libr. 2. exemplo. 7. explicantem locum hunc, modo iam adducto superius paulo. Sed profecto Cornelium videtur quis rogare posse, Quid sibi vult, Quomodo si spina nascatur, vel fortuito obueniat in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum? Sensus igitur genuinus illius loci (pro vt nobis videtur) est: Sicut spina ascendit in manu temulenti, quæ otio torpet, & terram non excolit, qui & diebus & noctibus vine se ingurgitat, opeque suas, si quas habet, dissipat, ita est parabola in ore stultorum, nullius frugis, quinimò magni incommodi sibi & alijs explicari potest hoc vno illo exemplo Lacedæmoniorum. Cum enim (vt Plutarchus, tomo. 1. in apophthegmatis Laconi. & Gellius libr. 18. capit. 3. narrat grauissima negotia, Laconica Respublica, versaret, ac iudicio prudentiorum maturo, vt essent pertractanda deliberaret, assurrexit tunc quidam vt vir mali nominis, ita & eloquentiæ plurimæ, vt suum de re proposita iudicium proferret, dixit, & scopum attigit, eiusque sententia, senatui placuit. At hæc penitus considerans ex magnatibus Reipublicæ quidam insurrexit, (qui velut arbitri & magistri disciplinæ & morum erant) animoque concitato & iracundo, quàm primum in hæc porupit. Quam rationem obsecro conciuies mei siue spem habere possumus de istius Rei publicæ salute & longa inexpugnabilitate, si ita est, quod sumere, & acceptare consilia lata, ab hominibus adeò deperditæ vitæ dignemur. Quod si sententiam iste tulit optimam & valde vtili-

D. Ambro.

Iansenius.

D. Ambro.

Plutar-

chus.  
Gellius.

lem, nestalis autoris lingua dehonestetur, rogo. Ethæc di-  
cens virum ex alijs se legit confedentibus fortem, ac proba-  
tæ vitæ, postulatōque ab omnibus consensu iussit illi alioqui  
infacundo, vt prædictum illi senatui consilium ferret ac pro-  
ferret, vt nulla prioris habita ratione, secundi decretum vide-  
retur sequi senatus. Vtilis itaq; illa de se in ore parum morige  
ri, imo scelerati hominis cætero quin eloquētis sententia, non  
tantum non illi profuit, sed & obfuit plurimum, & si ab eo  
sumeretur, iuxta prudentis illius hominis placitum Reipubli-  
cæ noceret, atque indignus, cuius consilium senatus appro-  
baret ac sequeretur ab omnibus illius senatus arbitris atque  
primatibus, merito iudicatus est. Hoc sane concionatoribus,  
verbi Dei, viris altoqui eloquentibus, sed pessundatæ vitæ,  
& apud plebem Christianam non benè audientibus, accom-  
modari potest. Tritum nimis, vulgatumque est illud D. Gre-  
gorij, *Cuius vita despicitur, restat vt eius doctrina contemnatur,*  
verum quod verbi Dei præconibus, cordi semper esse de-  
beat. Vt enim terra sterilis redditur, & spinas atque tribulos  
germinat in manu temulenti & vino multum dediti hominis,  
relicta, quam tumuis sit alias fertilis & pinguis, sic (Sapiens  
inquit) est parabola in insipientium ore. Sterilis terra in ma-  
nu insipientis ebrij, sterilis & in ore stultorum parabola. Et  
si Septuaginta lectionem sequamur, optimus potest reddi lo-  
co sensus: Spiæ nascuntur in manu ebriosi, seruitus autem in  
manu imprudentis. Sunt enim quidam homines, ceu  
natura serui ob imprudentiam & rusticitatem ingenitam,  
nesciam suorum bonorum debitæ administrationis, &  
curæ. Sunt & alij ita & otio & somno vacantes, futura  
non præcauentes, vt cum Domini prius fuerint ob bona  
à maioribus hæreditata, otium & torpedo manusque sub  
ascella, admiseram extremamque eos adegerit seruitu-  
tem, vt & manus ebrij non excolentes terram sterilem eam  
reddunt. Nolunt isti homines discipulos se præbere for-  
micarum, quæ hyemis memores, in æstate, grana conse-  
runt in horrea sua. Atque hæc de illo loco Salomonis. Ex qui-  
bus manifestum est quam conuenientem sensum litera possit  
habere. Illum item alium locum ex lib. 3. Reg. capit. 6: quem  
non posse ad literam accipi docebat Origenes, video ab inter-  
pre

D. Gregor.

Prouer. 26

3. Reg. 6.  
Origenes.

pretibus etiam vt præcedentem literaliter exponi. Hebræi  
quidem, vt explicent quemadmodum non fuerint audita  
in construenda domo Domini instrumenta, suo more, quan-  
dam fabulam de vermiculo quodam nomine Thamir confin-  
gunt. Quem inuenisse Salomonem aiunt, eo quod habens  
struthionem cum pullo, sub vitreo vase inclusit pullum, stru-  
thioque in desertum abiens, vermiculum illum attulit, quo  
vitreum vas præcidit. Itaque hoc vermiculo lapides dola-  
bantur & poliebantur: ac proinde sonitus mallei aut securis  
non auditus est cum domus Domini ædificaretur. Egregij  
profecto expositores. Et quid de clauis dicendum, qui ex Pa-  
ralip. lib. 1. cap. 3. magni erant? Nunquid virtute vermiculi  
Thamir affigebantur? Ricardus de S. Victore apud Ioannem  
Benedictum in suis Schelijs, aliquod ad hoc opus miraculum  
videtur admittere. Andreas quidam Hebræus apud Abulen-  
sem, positum hoc fuisse dicit, vt sapientiam Salomonis ad-  
miraremur, qui modum, quo sine sonitu domus illa con-  
strueretur adinuenit. Sed Abulensis Liranus & Ioannes Bene-  
dictus, docent non esse audita instrumenta secantia, aut po-  
lientia lapides, vel ligna, quoniam habita symmetriarum  
templi ratione, quam lapicidis, & lignicidis tradiderat Salo-  
mon, in monte lapides expoliebantur: ligna item & tabulæ  
vt opus erat leuigabantur & apparabantur, vt ex capit. 5.  
eiusdem lib. 3. Regum constat antequam in templum induce-  
rentur. Ad compactionem autem lignorum, & tabularum,  
& clauorumque affixionem, non opus est miraculum fingere:  
sed ad hæc malleis, & alijs instrumentis opus erat: illaque in  
templo resonabant. Sensus autem iste, maximè conuenit lite-  
ræ, quæ sic habet: Domus autem cum ædificabatur de lapi-  
dibus dolatis atque perfectis ædificata est: & malleus & secu-  
ris & omne ferramentum, non sunt audita in domo, cum ædi-  
ficaretur. Nam cum parietes construebantur, ex lapidibus  
iam profusis apparatus similiterque tecta & tabulata ex lignis  
iam perfecte expolitis, opus non erat malleis aut ferris, aut  
id genus ferramentis alijs, Ministri enim Hiram & Salomo-  
nis cæmentarij & Giblij antequam inchoaretur ædificium,  
ligna & lapides ad illud præparauerant. Et hæc est intelligen-  
tia historica illius loci, nec opus est, confugere ad spirituales,  
sive

1. Paralip. 3.  
Ricardus  
victorinus.  
Andreas  
Heb.  
Abulens.  
Liranus.  
Ioan. Bene-  
dictus.

3. Reg. 5.



Papias.

sive mysticosensus. Conuenit, vt quod maxime, ad tropos quandoque intellectum conuertere, ne in Donatistarum, anthropomorphitarū ve qui tropos non admittebant, errores incidas. Ob id ipsum lapsi sunt Papias D. Ioannis discipulus & alij Millenarij (sic enim illius erroris sectatores vocitantur) quoniam illud Apocalyp. 21. de mille annis regni Christi sine tropo intelligebant. Verum enim vero, non ita semper ad tropos scripturam trahere oportet, vt cum quibusdam catholicis, etiam formationem Euæ (sit enim hoc exempli gratia) per metaphoram accipiendum esse doceamus. Est si quidem D. Augustini canon admirandus libr. 3. de Doctrina Christi. non esse ad metaphoras & tropos recurrendum, nisi manifesta necessitas nos cogat. Quando verò id sit faciendum cognosces optimè, si figuratas loquutiones discernere noris. Scies autem ex D. Augusti. qui libr. 3. de Doct. Christi. cap. 5. te sic docet. *Verborum, ait, Translatorum ambiguitates, non mediocrem curam industriamque desiderant. Ideò cauendum est, ne figuratam loquutionem ad literam accipias. Veluti si sabbatum audieris non intelligis, nisi vnum diem de septem, qui continuo volumine repetuntur. Et cum audieris sacrificium excedis cogitatione illud, quod fieri de victimis pecorum, terrenisque fructibus solet, cum de vero sabbatismo & sacrificio sint intelligenda. Et capit. 10. hanc regulam vniuersalem tradit. Quidquid in sermone diuino neque ad morum honestatem, neque ad fidei veritatem, proprie referri potest, figuratum esse cognosce. Morum honestas ad diligendum Deum & proximum, Fidei veritas ad cognoscendum Deum & proximum.* Hæc ille. Tale est apud Ezechielem capitul. 4. quod comedit panem cum stercore humano coctum, & quod dormiuit tot dies super latus dextrum, & tot super sinistrum. Et Jerem. 13. de lumbari. Aliaque id genus. Videndus est & idem S. Doctor August. cap. 12, eiusdem lib. Et lib. 22. contra Faustum. capit. 95. in hunc modum docet. Ea (inquit) quæ diuinitus præcipiuntur, aut mores, pietatemque formare intelligendum est: aut vtrumque potius quam neutrum, dum tamen & ipsa que figurate dicta, vel facta intelliguntur, ad eosdem mores bonos, pietatemque referamus. Hæc D. Augustinus. Porro cum nos de figuratis loquutionibus agimus, istaque tradimus, non ad figuratas rerum mysticas, siue Allegorias historiarum, attendere in-

Apocalyp.  
21.

D. August.

D. August.

D. August.

Ezechiel. 4.

Jerem. 13.

D. August.

60

61

62

63

64

65

telli-

66 telligas, sed ad Tropicas verborum phrasas rerumque inuolucra, translatione verborum tecta: quorum intelligentia, si ne intellectu historici sensus, minime constabit. Habes ergo ex his, quàm sit necessarium, figuratas animaduerte loquutiones, vtque à proprijs, eas facile discernere valeas.

FIGURATÆ PHRASES  
de Deo per hanc scientiam explicantur.

PRINCIPIVM. 14.

67

67 QVAS Deoformas, actiones figuratque humanas & quam ob causam sermo diuinus tribuat, ad hanc pertinet Theologiæ partem explicare, ad locum que illum Troporum & figurarum, de quo iam aliquid diximus. Congeremus ergo & nos hoc in Principio, sicut & alij non pauci viri docti ante nos fecerunt, ex Patribus & probatis scriptoribus, istorum significationem arcanam & reconditam. Stulti & miseri Iudæi, à quibus sacri sermonis intellectus aufugit ob suam obdurationem cæcam, & quibus legis liber adhuc est signatus, ista omnia Deo attributa corporea, non metaphoricis (vt par est) sed in Deo verè reperiri, vt Anthropomorphitæ existimant. Sed sancti Patres, & maiores

68

68 nostri, accipiunt translata ista, Deum esse purum spiritum ex Sacris euiden ter colligentes. Sunt & Rabbinj qui dicant Scripturam loqui vt homines, inter se loqui consueuerunt. Rationemque huius reddit D. Chrysostomus hom. 3. & 13. in Genes. nimirum vt se Deus nostræ imbecillitati attemperaret. Posuit, inquit, *stellas in firmamento cæli, id est, produxit. Sic & plantauit Deus hortum. An hortulanus erat Deus? Quid? Dic oro, fossorio ne opus habuit, aut agricultura, vt paradysum excoleret? Minimè. Imperauit quidem hortum illum fieri, & factus est. Ipse enim dixit & facta sunt. An verò more humano loquutus est ore suo Deus? Non quidem sed suo intellectu omnium effectiuo*

69

69 nostri, accipiunt translata ista, Deum esse purum spiritum ex Sacris euiden ter colligentes. Sunt & Rabbinj qui dicant Scripturam loqui vt homines, inter se loqui consueuerunt. Rationemque huius reddit D. Chrysostomus hom. 3. & 13. in Genes. nimirum vt se Deus nostræ imbecillitati attemperaret. Posuit, inquit, *stellas in firmamento cæli, id est, produxit. Sic & plantauit Deus hortum. An hortulanus erat Deus? Quid?*

70

70 *Dic oro, fossorio ne opus habuit, aut agricultura, vt paradysum excoleret? Minimè. Imperauit quidem hortum illum fieri, & factus est. Ipse enim dixit & facta sunt. An verò more humano loquutus est ore suo Deus? Non quidem sed suo intellectu omnium effectiuo*

D. Chrysof.

D. August.  
Euthymio

D betu

- D. Auguf.* betudini vel potius stupiditati crassiore more loquens infer-  
uaret Hebræorum, id factum à Mose dicit. Et vt sic ad cocles-  
tia per humana affurgeremus id fecisse Mosem docet *D. Au-*  
*gust.* li. 83. quæstionum q. 52. & alios viros, per quos loquutus  
est Spiritus sanctus. Vt (verbi gratia) quoniam difficillimum  
est vt homo aliquid vindicet sine ira, vindictam Dei quæ om-  
nino sine perturbatione fit, vt nobis inotesceret, iram appella-  
runt. Et quia coniugis castitatem zelando viri custodiri con-  
sueuerunt, illam Dei prouidentiam per quam præcipitur at-  
que igitur, ne anima à vero Dei cultu deuiet, atque quodam  
modo meretricetur, zelum Dei appellauerunt, Deumque  
zelotem. Sic & manum Dei, vim, qua operatur, & pedes &  
73 aures & oculos Deo, alia atq; alia ratione tribuerunt sacri auto-  
*D. Auguf.* res. Sic etiã quoniã cū à proposito antiquo aliquis mutatur, id  
*D. Hieron.* non sine pœnitentia quadam communiter fiat, mutationem  
*Malach. 3.* rerum & non Dei, pœnitentia in Deo ex *D. Augusti.* psalm.  
*Pfal. 101.* 109. & *D. Hieronym.* Amos. 9. & super Zachariam capitul. 8.  
Deus enim non mutatur vt habes *Malachiæ. 3.* & *psal. 101.* di-  
citur. Ex hoc multã sacræ scripturæ loca intelliguntur. Cum  
autem Deum non pœnitentem, immutabilitatem rerum notat  
*Pfal. 109.* scriptura, vt *psalm. 109.* Iurauit Dominus & non pœnitebit  
eum. *Tu es sacerdos in æternum.* Nam sacerdotium Christi æter-  
num est, sicut & Ecclesia fidelium, cum quibus se promissit  
*D. Auguf.* ad futurum vsque ad consumationem sæculi. Sed verba *D. Au-*  
*gust.* libr. 2. quæstionum ad *Simplicianum* quæst. 2. libet hic  
subnectere. Pœnitentia, inquit, cū de Deo dicitur, indignum aliquid  
dici arbitraretur, si aliquid dignū inueniretur, quod de Deo diceretur,  
75 Hæc ille. Quo nihil melius de hac re videtur posse dici: ac pro-  
indè nenq; pœniteat, si aliquid vt melius dixerimus, de pœni-  
tentiã Deo tributa iam sit dictum. Ad eundem modū cum Deus  
minimè miseria tangatur, misereri dicitur, quasi corde miser  
esset. Sic enim *D. Bernardus* Patriarcha noster, misericordiæ  
*D. Gregor.* etymologicam rationem docet. Membra autem corporea,  
quarè Deo tribuantur exposuit *D. Gregorius* lib. 14. Mora-  
lium cap. 22. nempe vt ex membrorum vocabulis, effectus  
eius potentiæ designetur. Vt per vterum eius consilium denota-  
tur quia proles in vtero concipitur, in occulto equidem, vt & occul-  
*D. Ian.* ta sunt iudicia & consilia diuina. Consentit & *D. Damascenus*  
*Damasc.* li

- 77 lib. 1. cap. 14. quo loco quæcunque de Deo Corporaliter di-  
cuntur, symbolice dicta dicit. *Habere autem altiore[m] intelli-*  
*gentiam iuxta quam oculi in Deo, virtutem eius qua cuncta vi-*  
*det, aures vim, qua nos deprecantes audit, os quo suam volunta-*  
*tem demonstrat ac reuelat, cibus vero & potus, concursum nostrum*  
*ad voluntatem eius, odoratus vim acceptatricem nostræ intelligen-*  
78 *tia ac benenolentia: facies sui manifestationem per opera, manus*  
*vero efficacem virtutem operationum eius, dextera eius auxilium*  
*in prosperis, tactus, certiore[m] eius etiam minutissimorum cognitio-*  
79 *nem, ac dispositionem, pedes autem, incessum ad auxilium, indi-*  
*gentiam, aut hostium vltionem, aut aliam quamdam operationem*  
*aduentū, & præsentiam, obliuio denique somnus, & dormitatio, di-*  
*lationem vltionis aduersus Inimicos & retardationem consueti*  
79 *auxilij ad familiares, significat. Hæc ex actionibus desumpta*  
Symbola nostris, similitudinem habent ad illas. Non secus  
ex eodem *Damasceno* lib. 1. capit. 14. *Ira Dei & furor, odium*  
*eius aduersus malignitatem notat. Assentitur & huic explicandi*  
*methodo symbolicæ D. Augustin.* libr. de fide & Symbolo  
cap. 7. quando docet, *Sedere in Deo, eius iudiciariam potestatem*  
80 *qua nunque caret, denotare: & D. Hierony.* qui in *Dani. 9.* di-  
*cit, Vigilare Deum quando propter peccata nostra nos corripit, &*  
*visitat, dormire autem, quando eius indigni sumus correptione.*  
Vnde in *Psal. Surrexit tanquam dormiens Dominus, tanquam po-*  
*tens crapulatus à vino. Malitia enim nostra veluti inebriat Domi-*  
*num & correctio vitæ nostræ eum facit euigilare.* *Theophylactus*  
item *Lucæ. 14.* ait, *Quod quanto Dei virtutem vindictiuam*  
81 *scriptura significat patheram, & vrsam & pardum eum vocat. Quan-*  
*do autem misericordiam vult insinuare, hominem inducit. Vide*  
*Hieroglyphagrammata diuina. Digitus Dei est ex D. Auguf.*  
*tino Spiritus sanctus. Nam cum Lucæ. 11.* dicat *Christus, Si*  
*indigito Dei eicio dæmonia* *Matthæus c. 12.* hoc idem ita refert  
*Si in spiritu Dei eicio dæmonia:* Sed de digito Dei alias dice  
82 *mus. Dicitur autem iurare Deus iuxta eundem D. August.* lib.  
19. contra *Fauftum*, vbi est consideratio maior atque propen-  
sior. Et secundum *Eucherium* in quæstionibus psalmodum &  
*Damascenum* lib. 1. cap. 14. Deum iurare est immutabiliter  
promittere. Assentitur & *D. Basil.* serm. 1. in *psal. 14.* qui &  
homil. de pœnitentia dicit: Hoc ius iurandum, viuo ego, di-  
cit

- D. Hieron.* cit Dominus, Deo competere quia non habet maiorem se: Iurareque Deum ob hominum incredulitatem id quod & D. Hierony. in epistol. ad Titum docet. Iuratitem nostris se attemperans affectibus. Alioqui enim omnia eius verba sunt iuramenta. Videndus est & Philo lib. 2. Allegoriarum legum sacrarum versus finem. Dicemus & nos in Decadibus Symbolorum, de iuramento illo, quod iuravit ad Abraham patrem nostrum. Habet & reconditam significantiam illud Ezechiel. 2. *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et psal. 90. *scapulis suis obumbrabit tibi.* & Jerem. 2. *Recordatus sum tui miseris adolescentiam tuam.* Et Isaiæ. 49. sponsæ comparationem ad dens, *Si illa, inquit, oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.* Et Deuter. 32. *Expandit alas suas & assumpsit eum &c.* & psal. 16. *Sub umbra alarum tuarum poteges me.* Quibus omnibus significatur, quod leui & blanda protectione refouet nos, dum suas in nos exerit misericordias. Sed & stridenti plaustro onus tofoeno. 2. cap. Amos Dominus se comparat, quoniam fecerunt, hoc est carnalium hominum vitam, cum querela tolerat. Est vero ex Isai. cap. 40. *Omnis caro fœnum.* Iurat quoque Deus per brachium extensum in cœlum, vel per dexteram hoc est, potentiam inuictam suam Deut. 32. vox item Deus dicitur: & alia de his apud D. Grego. lib. 36. Moral. cap. 6. & lib. 20. cap. 23. reperies. *Ignis præterea* (neque enim hoc o-mittendum est) *Deus dicitur* (vt ait D. Hieronym. Isaiæ. 66.) *Quod sustinentibus pœnas, ignis esse videatur consumens, & deuorans, aut quod vitia, quæ fœnum ac stipula sunt in nobis consumat: qualis ignis in Apostolorum linguis sedisse videtur.* Et quem admodum dicitur sedens Deus vt Rex aut iudex, ita & in habitu triumphantis cum curribus & bellico apparatu à propheta depingitur. *Currus Dei* (Psalmista inquit) *Decem millibus multiplex, millia latantium,* Et Eliseus equis erat circumdatus, quod eius puer videre non poterat. Sedere quoque Christum ad dexteram patris, eius coequalitatis, & homouisionem significans Symbolum est, triumphumque illius de inimicis pro se ab illo pedum positus. Quare & de torrente in via sanguinis inimicorum bibens à Dauide in psalm. 109. ubi & prædicta commemorat, describitur. Stantem vidit Stephanus Dominum, forte (vt quidam autumant) vt qui ad eius auxilium

- 89 xilium eumque suscipiendum post victoriam præsto stabat ille, qui etiam stat ad iudicandum populos, & eos, qui Stephanum lapidabant. Vel stabat prospiciens & aspiciens militem suum strenue pugnantem, de illoque inimico populo triumphum & victoriam reportantem. Tametsi hoc quod est Stephanum vidisse I E S V M stantem ad dexteram patris (vt libere dicam quod sentio) non aliud mysterium 90 videtur habere, quam si dixisset: Video I E S V M ad dexteram patris vel in gloria. Denique sacra scriptura, aliquando à corporibus hominum, aliquando à mentibus, aliquando verò ab omnibus, aliquando etiam ab insensatis rebus, quasdam sœge dissimiles inter se res aliqua analogia similes, ad diuina nobis (vt iam ostensum est) propalanda accommodat. Adnotauit & hæc & plura Cantapetrensis.

N O M I N A D E I I N S I G-  
niora, sunt translaticia & Symbolica ac  
figurata.

P R I N C I P I U M. 15.

- 91 H V go de sancto Victore nomina diuina dicit esse quadruplicia, vt refert autor Lexici Theologici. Quædam multiuoca, & quædam diuersiuoca, & quædam anagogica & quædam Symbolica. Multiuocum (iuxta Hugonem) idem est quod Synonymum, vt Theos, & Deus. Diuersiuoca vnum & idem sub diuersa ratione significant, vt veritas sapientia &c. Anagogica sunt cum excessu, vt cum Deus dicitur, super substantialis, super benedictus &c. Symbolica sunt quæ ex visibilibus creaturis, quasi transumptiue attribui-mus Deo, vt cum dicitur, lux & ardor &c. Nomina autem Dei apud Hebræos præcipua secundum Isidorum in etymologicis libris, sunt quinque, Eloï videlicet, quo patrem suum Christus vocauit in cruce Mar. 15. Secundum nomen est, Adonai. De quo Exodi. 6. Ego Dominus & nomen meum magnam Adonai non iudicaui eis, scilicet, patriarchis, sed ti

Hugo victo-  
rinus.

S. Isidorus.  
Marci. 15.  
Exod. 6.

**D. Hieron.** bi Moyfi, & interpretatur Dominus Dominans iuxta D. Hieronymum. Tertium nomen est, Sadai, quod secundum eundem D. Hieronymum significat idem quod omnipotens. **Altenstaig.** Quartum est, Sabbaoth, id est, exercituum vel virtutum, scilicet, Angelorum Dominus. Vltimum (inquit Altenstaig) nomen Dei & præcellentissimum apud Hebræos, quod dicitur nomen Domini Tetragramaton. Diciturque dici ineffabile, quia ineffabilem diuinam essentiam significat. Addit præterea nomen istud tantæ apud Hebræos esse autoritatis, quod non debet nominari, nisi à summo sacerdote, & solum in benedictionibus quæ in templo fieri debent, idèoque loco illius nominis pronuntiatur Adonai. Lactantius refert Hebræos credidisse I E S V M Dominum nostrum in hoc nomine fecisse signa quæ fecit, quoniam sciebat illud proferre Sicque constat Hebræos sentire ex libro eorum, qui dicitur Nizahon. Sed & Mosem eo usum miracula fecisse prodit Abenezra apud Becaum lib. 1. Hermathenæ suæ. Qui nomen Iehouah immensam Dei potentiam significare docet, unde intelligitur illud, iuxta eum: *Et nomen meum Iehouah non indicaueris*, id est, non meam potentiam adeo miraculis pate feci atque tibi Moyse, Hermès Trismegistas Deum anonymum vocat. Et Clemens Alexandr. lib. 5. Stromat. ex varia lectione sacra & prophana ostendit, Deum non habere nomen proprium S. Sixtus in sententijs suis ita inquit: *(sitamen eius illæ sunt sententiæ) Nomen Dei ne queras, quia non inuenies: nam omne quod nomine appellatur, à digniore nomen accipit, ut alius quidem vocet, alius autem audiat. Quis ergo est qui nomen imposuit Deo? Deus autem non nomen est Dei, sed iudicium quod sentimus de Deo.* Hæc S. Sixtus Pontifex Romanus. Et ita sane debent omnes sentire, quod Deus sit ineffabilis & innominabilis. Sic D. Dionysius de diuinis nominibus capitul. 7. Solenne, inquit, est Theologis passione reciproca, in Deo quæ sunt priuationis asserere. Atque ita inuisibilem aiunt sanctæ literæ clarissimâ luce, & eñ qui celeberrimus & eñ qui multis insignis nominibus est, ineffabile & sine nomine appellat. Ex hoc colligit Cæta petrensis lib. 2. hypot. c. 2. Iehoua Onomarriton, id est, nomen ineffabile vocari cum à quouis balbo, quam tumuis balbo & non quomodo cunque facile proferri possit, vocari sic quia

quia multis modis affari & explicari potest, nam deriuatur 1000 à verbo Haia, id est fuit, quia ex rebus creatis facile Deus cognoscitur, & ex illarum gubernatione & prouidentia. Sed non video quomodo id ex verbis D. Dionysij conijci possit. Vocatur igitur Deus ob suam excellentiam ineffabilis, quamuis multis nominibus nominetur à nobis. Falluntur Hebræi dum putant ideo nomen Iehouah esse ineffabile, quod ignoretur, quem sonum reddant illæ literæ, ignorandūque dicunt esse vsque ad tempus Christi, quod in nuit iuxta eos Isaias cap. 11. (vt refert Galatinus lib. 2. capit. 1.) & replebitur terra scientia Domini. Arbitror sanè, si nomen Iehouah peculiariter dicendum sit ineffabile ob significatum esse, vel ob aliam quampiam rationem non constare. Fortasse idè ineffabile dictum, quoniam non illud licebat efferre, nisi summo sacerdoti eo modo quo dictum est. Quare verò id constitutum fuerit apud Hebræos si rogas, dixerim ego, quoniam magnum vocatur in sermone sacro, & quod signet infinitum esse Dei æternum & immutabile, & vt adnotauit Arias Montanus de Arcano sermone capitul. 2. quando solum est in oraculis & responsis diuinis semper bonum populo significat. Hebræis sanè si aliquod nomen Dei magnū erat hoc ipsum Iehouah erat, fortèque solum hoc proprium Dei esse nomen arbitrabantur, ac proinde religionis causa illud non passim nominabant. Quare cum Demogorgonem suum primum Deum falsum, efferre non liceret, & si quando protulissent, terra tremebat. Si ergo nominamus Deum diuersis nominibus, non ideo est, quod sit nominabilis, sed quod sit innominabilis, magisque illum ex effectis nominamus, quam ex natura propria. Quam & si non explicat, tamen venerandum maxime nomen est Iehouah, & præcipue id verum est, si dem sit quod nomen I E S V, vt non omnino displicere video quibusdam. Nam & Osiander, Reuchlinus, & Siliceus conantur id ostendere, Interponique literam, sin, quæ Symbolum est pietatis & misericordiæ. Nam formam lampadis habet. Oleum autem misericordiam notat, & Canticorum. 1. Nomen spongi oleum dicitur effusum. Istaque misericordiæ litera interposita

*Isaia. 11.  
Galatinus.*

*B. Arias  
Mont.*

*Osiander.  
Reuchlinus.  
Siliceus.*

Sextus. Sē.  
nens.

ta, sit nomen ineffabile Iehouah, pronuntiabile. Syxtus Senensis lib. 2. agens de Iezabelæ literis secretis, postquam essentiam diuinam ut in se est, nec verbis posse explicari, nec scriptis exprimi, nec vlla cogitatione comprehendi dicit, sic rationem eius rei reddit. Solus enim ille, qui infinitus est, seque solus comprehendit, hanc nominis sui incognoscibilis, hoc est, essentia sua, quæ per nomen incognoscibile significatur notitiam sibi reseruat, nemini eius incomprehensibilem immensitatem reuelans, sicut ipse ad Moysen testatus est (Exod. 3.) inquit: Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum Iehouah non indicaui eis. Dicitur autem hoc nomen nemini fuisse reuelatum, non quod vox ipsa Iehouah, aut ignota sit, aut lingua exprimi non possit, cum & ceteris literis scripta sit, & à Pharaone impurissimo homine expressa fuerit, sed quod Dei natura maxime per ipsum nomen significata, à nulla creatura exprimi possit cum sit infinita, & ob id distincte aperte, & exacte à nullo possit agnosci & nominari. Atque in eodem libr. 2. de Pontificali vestimenti, in inscriptione triplice agens, sic inquit: Nomen Dei aureæ laminae insculptum, (quod Græci Tetragrammaton, hoc est, Quadrilaterum vocant, quia his quatuor literis scribatur) Apud Hebræos existimatur ineffabile, vel quod literæ quæ nomen componunt insona sunt, & nullam per se ipsa articulatam vocem possint exprimere, vel propter diuinæ maiestatis reuerentiam, cuius propriissimum nomen, neque audire, neque nominare fas putant. Unde quoties in sacris literis illud legere contigerit per aliud nomen, hoc est, Adonai, quod Dominus interpretatur, pronunciant. Hæc ille & alia plura ibi de hoc nomine. Prima Hebræorum ratio ridicula est, secunda verò satis veri similis, & ob id existimo ego ineffabile hoc nomen præ alijs dici, quod Dei sit inter alia magis proprium. Quam rationem iam paulo superius insinuabamus B. Arias loco iam citato, de hoc nomine ait, quandoque efferri per Adonai, & aliquoties per Elohim, sæpe & Iehouah, aliquando Iehueh, iuxta punctorum varietatem. Videturque illi hoc nomen significare Deum esse immutabilem & æternum misericordem, salutiferumque infinite. Quod & ostendit Moses doctus à Deo in nuncio illo quod ad Israelitas tulit. Ego, inquit, Dominus qui apparui Abraham, Isaac &c. & nomina

B. Arias.

nomen meum Iehouah, non indicaui eis. Moy sique offendit non plenam eius nominis significationem, sed effectum eius signa. Quæ & Moyses prædicauit Exo. 34. dicens: Deus misericors, & clemens, patiens &c. Omnia hæc mysteria includit Iehouah: illoque scriptura utitur ad designandam immensam virtutem & misericordiam diuinam. Ex quo manifestum fit, nomen hoc Dei esse Symbolicum. Alia de illo (si Deus dederit) dicemus alias cum ratione in Decadibus assignauerimus, ob quam in aurea lamina inscriptum erat. In præsentiarum autem hæc dicta sint de Iehouah.

¶ Et, aliud est Dei nomen in sacris sermonibus usurpatum, fortitudine Dei, quam homo non habet, Symbolice denotans, soli Deo peculiarem. Ut Isaiæ. 31. Et Ægyptus (inquit) Homo est & non Deus Adam & non El. Et Osee. 11. Quoniam Deus ego & non homo. Cognomen excelsi Deo apponebat Abraham Genes. 14. Leuo manum meam ad excelsum. Manuque coniungitur ad significandam eius plenariam, potestatem. Laban de sua se iactabat potentia, si Deus eam non coercuisset. Huic Domino Deo excelsio, vel, Helion consecrauit aram Iacob ob victoriam de fratre reportatam. Et erecto ibi altari inuocauit super illud, El Israel: Genes. 33. Interpres vulgatus vertit: Inuocauit super illud fortissimum Deum. Israel. Hocque nomen naturam veri Dei à pseudodijis distinguit ac separat Deuter. 32. Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat El & irritauerunt, in vanitatibus suis. Prædicto nomini El sæpe coniungitur Sadai, idest, omnipotens, ad exprimendam potentia copiam & integritatem. Raroque præterquam ad foelicia significanda accipitur. Genes. 17. Ego Dominus Sadai, ambula eorum me & esto perfectus. Et illud: Deus autem omnipotens benedicat tibi. Genes. 27. Deus autem omnipotens qui apparuit mihi in Luz Genes. 47. Nec non & Balaan Num. 24. Dixit auditor sermonum Dei &c. Elohim est aliud Dei nomen, eum iudicem, & rectorem, gubernatorem creatorem, ducemque significans. Quare Genes. 1. habetur, Bere sith bara Elohim, hoc est, In principio fecit Deus, Ecce creatorem significat. Genes. 7. & dixit Eloim Noe, idest, Deus ut Iudex, nam de iudicio mundi per aquam cum eo agebat. Ad que reparandum mundum de damno redundanti ex diluuiio dicit

Exod. 34.

Isaiæ. 31.  
Osee. 11.  
Genes. 14.

Genes. 33.

Deuto. 32.

Genes. 17.

Genes. 27.

Genes. 47.

Num. 24.

Genes. 1.

Genes. 7.

dicit: *Et recordatus est Elohim Noah &c.* Adverteque Dei pietatem: Nam subdit *Cunctorumque animantium & omnium in-mentorum.* Optimè David. *Homines & iumenta saluabis Domine* 18  
*Pfal. 35.* Adeoque iustus cum Deo præualeat, vt ob Noe recordatus dicatur Dominus omnium, quæ in arca erant. Omnis autem potestas cum à Domino Deo sit ad creaturas deriuata, vt æterno ei appropriatur atque vt fonti nomen Elelohim. *Pfal. 30.*  
*Pfal. 30.* Dominus loquutus est, & vocauit terram. Idest fortissimus eorum qui Elohim cognominantur. Fortiorum fortissimus. Et 19  
*Pfal. 81.* *Elohim stetit in Synagoga ei, in medio autem Elohim iudicat.* Neque vero solum in Israel vt El Elohim est agnitus, sed & in orbe toto *ps. 96. Quoniã Rex omnis terræ Elohim, psallite sapienter. Regnauit Elohim super gentes, Deus sedet, super sedem sanctam suam.* Et ab de gentibus in lege naturæ hoc nomine fuit agnitus. vt Gen. 20. *Abimelech Geraræ Rex ab Elohim correptus* 20  
*Genes. 22.* Dicitur. Et Genes. 22. de Abrahamo dixit Deus, *Cognoui quod timeas Deum.* Atque Hethæi, (23. capitul.) dixerunt ad illum: *Audi nos Domine, princeps Elohim es apud nos.* Nullusque videtur ignorasse hoc nomen cum Psalmista dicat: *Secundum nomen tuum Elohim, sic & laus tua in fines terræ.* Qui verò hoc ne- 21  
*Psal. 47.* gavit Deique præfidentiam, in corde negauit solum neque ausus est pro palare blasphemiam, ad hocque legis apud Dauidem *psalm. 14. Dixit insipiens in corde suo, non est Elohim.* Ac si diceret: Non est qui rebus præfideat, easque curet, & gubernet. Plusquam mille & quadriginta loca in veteri reperiuntur instrumento, quæ sine huius nominis intelligentia, 22  
*B. Arias.* intelligi non poterunt. Itatestatur B. Arias, qui nomen Dei insigniorum Symbolicam hanc expositionem tradidit loco præ allegato. Sabaoth aliud est nomen, quod nomini Iehouah coniungi solet, vt ab Hanna Samuelis coniunctum est, exercitusque significat, militumque copias, quibus exequenda est potentia Dei. Quare cum de iudicio, vel poenisin fligendis, siue cum tyrânibus & superbis hominibus agit Deus hoc nomen vsurpat *Isai. 1. Hec dicit Dominus Deus exercituum.* Sunt verò eius exercitus innumerabiles, angeli nimirum, atque stellæ *psalm. 146. Qui numerat multitudinem stellarum.* Excitat nimirum eas ad sua exequenda opera. Sunt que exercitus Dei, vt plurimum, bellum, fames, & pestis. 23  
*Ezech.*

*Ezech. 12. Et relinquam ex eis paucos.* Famis verò sunt multæ phalanges, quarum vna est locusta, cuius se Dominus ducem 24  
*Ioel. 2.* vocat. *Ioelis. 2. Et Dominus dedit vocem suam, ante faciem exercitus sui: quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia verbum eius &c.* Habet item innumeros falsos spiritus, quos Michæas vidit quando dixit. Vidi Dominum sedentem &c. Diuusque Iacobus huius nominis mentionem facit dicens: 25  
*Ecce merces operariorum &c. in aures Domini sabaoth introiuit.* *Iacobi. 5.* Ex quibus locis conuincitur nomen Dei Sabaoth ad significandam Dei potentiam per suos exercitus exequendam in pessimis homines plerunque in arcano sermone sacro assumi.  
 I A H nomen est aliud Dei, essentiam, veritatem firmitatemque significans, quod in diuinis Davidis poematis inuenitur, vsurpaturque ad Deo gratias agendas, omni que 26  
*Psal. 102.* creaturæ, proponitur celebrandum. Sic *psalm. 102. Laudate Iach omnes gentes &c.* Et illud: *Quoniam edificauit Iah Sion. Et, Populus creatus laudabit Iah.* Et *psalm. 106. Hallelui-ab confite mini Domino, quoniam bonus &c. Quis loquetur potentias Domini?* Idemque psalmus post enumerata Dei beneficia, cum *Hallelu-iah* clauditur. Et *psal. 111. Hallelu-iah confitebor tibi Domine in toto corde meo.* Et *psalm. 112. Hallelu-iah, Beatus vir qui* *Psal. 111.*  
*timet Dominum.* Et *psalm. 113. clauditur eadem voce.* Sic est & *Psal. 112.*  
*illud: Non mortui laudabunt te Iah.* Clauditurque similiter vt *Psal. 113.*  
*timus versus. Psalmus denique. 135. eo nomine incipit, ipso* *Psal. 135.*  
*que progreditur.* Kados aliud est nomen, Iehouah nomini adiunctum, quod Græcè est A G I O S, idest, sine terra, & Latine Sanctus. Hebraicèque (si velimus eius significatum exprimere proprium) singularem ac separatam ab eo quod est commune & vulgare, ob aliquam rem insignem & peculiarem significat. Ac propterea cum Deum verum Kad- 28  
*das, aut Kados, vocamus, ob eminentiam eius ab alijs pseu-*  
*dodij fecernimus ac separamus, quam ipse in signis & prodigijs ostendit Israeli.* Ac subindè, Sanctus Israel idem est, at que per signa & miracula manifestatus Deus in Israel. Vnde 29  
*est & illud psalm. 114. Facta est Iudæa sanctificatio eius, idest, in Iudæa se specialiter ostendit sanctum, ac vt sanctus Israel* *Psal. 114.*  
*peculiariter celebratur. Et illud ex. 1. Reg. 2. Non est sanctus vt* *1. Reg. 2.*  
*est Dominus &c.* Atque id quod Bethsamitæ. 1. Reg. 6. dicebant.

2. Reg. 19. *bant, Quis poterit stare, in conspectu Dei sancti huius.* Nec non ad  
 id facit illud 2. Reg. 19. *Contra quem leuasti oculos tuos? Contra*  
 Psalm. 30. *Sanctum Israel.* Et psalm. 30. *Et confitemini memoria, sanctifica-*  
 Psalm. 77. *tionis eius.* Et psalm. 77. *Deus in Sancto via tua &c.* Plusquam  
 sexcenta loca, ex Symbolica huius diuini nominis interpre-  
 tatione in sacro sermone melius intelliguntur. Latine quo-  
 dammodo Kadomaie statem sacra & sacrare videntur Ariæ  
 explicare. Illud autem non omittendum cenfeo, hoc nomen  
 ficut & Adonai, & Iehouah atque Iesuah quadriliterum esse  
 id quod Petrus Gregorius Tholosanus iuris, vtriusque Doc-  
 31 *Petrus Gre-*  
*gorius.*  
*Tholosanus.*  
*Ludouicus.*  
*Cælius.*  
 tor in Arte mirabili, & Cælius Ludouicus lib. 22. capitul. 9.  
 animaduertit, apud plerasque nationes alias obseruatum  
 etiam, vt Deum nomine nominent quadrilitero. Nam Ara-  
 bes A L L A ab El Hebræo, & Latini D E V S, Græci  
 T H E O S. Ægyptij T H E V T, Persæ dicunt Syre, syrij di-  
 cunt Adad, sed Turcæ A G D I, Magorū disciplina O R S I,  
 vnde profluxit oromafis, & Italicè I D I O, Gallicè, D I E V  
 nostrates D I O S, Germani G O T dicunt, Hetrusci Esar,  
 noui orbis homines Zimi Poloni Boog à Bog, quod est, ti-  
 me. Quod verò nationes tot Deum nominent quadrilitero  
 32 nomine, non citra diuiniorem afflatum, videtur Cælio loco  
 iam citato, contingere potuisse. Aitque Pythagoricos, qua-  
 33 ternarium numerum, omnem appellasse, per magistrumque  
 suum solitos iurare, religionis ac venerationis causa, ergà  
 eum habitæ, qui eis numerum quaternarium tradidisset,  
 non quidem vt Deus immortalis, aut Heros, sed vir similitu-  
 dine Dei præditus ab eis habitus. Numerum item quaterna-  
 rium, Mercurio docet ascribi, *Quando inter omnes* (inquit)  
*Quadratus censetur Deus* Perspicuum igitur manet ex  
 34 dictis, nomina Dei insigniora, Symbo-  
 lica esse, & ex effectibus Dei, illi  
 tributa, ac subinde quoque  
 esse figurata.  
 (.r.)

D E

D E A L I I S V A R I I S N O M I  
 nibus Dei, Christi, Legis, & populi Dei.

## P R I N C I P I U M. 16. \*

S V N T & alia quam plura Dei nomina in sacro eloquio  
 à viris doctissimis adnotata, præcipueque à Petro Gre-  
 35 gorio Tolosano in Arte sua mirabili, & à Cantapetren-  
 si lib. 2. cap. 2. vbi plurima scitu dignissima de Dei nomini-  
 bus, & Christi, ex Patribus alijsque sacris expositoribus col-  
 legit: Nos hic aliqua breuiter pro introductione solum & pro  
 nominum vsu apponemus. Præter insigniora ergo nomina  
 iam à nobis adducta & explicata, pro vt ad Symbolicam  
 spectant disciplinam, inueniuntur & alia nomina Deo  
 36 symbolicè attributa. Ab, idest, Pater (vt hinc incipia-  
 mus) vocatus est à Paulo, & alijs sacris scriptoribus. Do-  
 minusque nos docuit Deum appellare patrem, Et merito  
 vocamus Abba idest, Patrem, eum a quo omnis est paterni-  
 tas in cælo & in terra. Isaiæ. 63. *Tu enim pater noster & Abra-*  
*ham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos.* Isaiæ. 9. vocatur Deus,  
 vel Christus Abihad, hoc est, Pater æternitatis, vel pater fu-  
 37 turi sæculi: De quo nomine scripsit latè Ludouicus Legio-  
 nensis. Conuenit autem nomen hoc optime Christo, cuius  
 gratia facti sumus filij Dei. Ioannes enim capitul. 1. testatur  
 credentibus in eum potestatem dedisse, vt filij Dei fierent.  
 Sed cauendum est, ne ita viuamus vt dicat Dominus nobis  
 vocantibus eum patrem, illud: *Si ego pater, vbi est honor meus?*  
 38 Nam (vt S. Sixtus in Sententijs ait, *nefas est Deum patrem inuo-*  
*care & aliquid inhonestum agere:* Itaque faciamus opera digna  
 filiorum Dei. psalm. 8. vocatur à Dauid *Deus.* Adir idest,  
 magnificus. *Quoniam eleuata est,* inquit, *Magnificentia tua super*  
*cælos,* idest, plusquam cæli eleuati sunt. Transcendit cælos  
 misericordia & liberalitas tua. Non contentus est vt psalm.  
 102. dicere, *Quoniam secundum altitudinem cæli à terra corroborauit*  
 39 *misericordiam suam super timētes se.* Sed ait. *Quoniam eleuata*  
*est magnificentia tua &c.* Adir autem vocatur, quoniam (vt ali-  
 bi

*Petr. Gre.*  
*Martinus.*  
*Mart.*  
*Hyppot.*

*Isaiæ. 63.*

*Ludouicus*  
*Legionensis*  
*Ioan. 1*

*Malac. 7.*  
*S. Sixtus.*  
*Psalm. 8.*

*Psalm. 102.*

*Pfal.* 32. bi ait) magnus est & facit mirabilia magna solus *Pfal.* 32. appellatur Oheb, idest, amans aut amator. *Diligit misericordiam & iudicium, &c.* Philantropos item dicitur à Sapiète. Et illud: *Sapient.* 1. *Ecce quem amas infirmatur. Et: ego diligentes me diligo.* Ab re verò multum amata nunquã auertimus oculos. Vnde *Dauid* 40 *Prover.* 8. vt ostendat Deum homines pios & simplices & rectos amare *Psal.* 32. ait: *Ecce oculi Domini super timentes eum. Sic Deus dilexit mundũ, vt filium suum vnigenitum daret. Ex Ioanne.* Quid? *Quod Deus* 1. *I. Ioan.* 4. *Charitas est. Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c.* Et ad discipulos: *Iam non dicam vos seruos, sed amicos; quia omnia quæ audi-* 41 *ni à Patre meo nota feci vobis.* & multa alia in hunc modum inuenies. Emeth, idest, verus, veritas, vocatur Deus ab *Ieremi.* *Exodo.* 16. c. 10. atque ipse Christus se ita vocauit. Vocatur & Is, idest, vir. *Isemeth*, idest vir verus *Exodi.* 16. *Elcana*, idest, zelator. *Zelus domus tuæ comedit me* aiebat Christus. Et in *Exodo* *ze-* *lotem* se vocauit. Amatores solent zelare. Ita *Paulus* vt verus animarum amator aiebat: *Emulor enim vos Dei æmulatione;* 42 *despondi enim vos vni viro, &c.* Vbi vir dicitur Christus. Bore hoc est creator dicitur, *Isai.* 40. & alibi etiam. *Baruch*, idest, benedictus *Psal.* 27. *Goel* idest redemptor *Iob.* 19. *Pfal.* 118. *Daniel.* 2. *Credo quod redemptor meus viuit, &c.* Et *Dauid.* *Domine adiutor meus & redemptor meus.* *Gibor*, idest, fortis, *Deuterono* 10. & *Gadol*, idest, magnus ibid. *Gole* reuelans, scilicet, profunda *Daniel.* 2. cap. *Doberze dec*, loquens iustitiam, *Ego qui loquor* 43 *iustitiam &c.* *Iste formosus vel Hadur.* *Isa.* 63. Et à *Dauid* Christus dicitur, *Speciosus forma præ filiis hominum.* Et ab sponsa in epithalamio; *Pulcher es dilecte mi*: Et alia ad id spectantia dicit. *Chazac*, fortis nuncupatur *Isai.* 40. *Chai*, hoc est, viuens *Iob.* 19. *Credo quod redemptor meus viuit, &c.* *Chanum*, idest, 44 *Misericors* *Exo.* 34. *Chacid*: sanctus, benignus, iustus *Tob*, bonus, *Iohez*, consiliarius *Isai.* 9. *Iocer* formator *Isai.* 43. *Et formans te Israel Iesuab*, Saluator *Isa.* 11. *Iasar*, rectus *Deu.* 30. *Magid*, annũcians *Isa.* 42. *Nona quoque ego annuncio* *Melech Rex* *Isai.* 51. *Ierem.* 10. *Et Rex sempiternus.* *Menachen*, idest, consolator *Psal.* 115. *Isai.* 51. *Clemens* *Psal.* 115. *Mora*, terribilis *Psal.* 75. *Ter-* 45 *ribili & ei, qui aufert spiritum principum.* *Messiac* Christus *Dan.* 9. *Vnctus* *Dan.* 9. *Mosiah*, saluator *Neeman*, fidelis, *Neezar*, *Psal.* 75. *accinctus*, *Naor* illuminas. *Pfal.* 75. *Nozer* custodiens *Exo.* 34. *No*

*Noque* vlciscēs, *Nahũ.* 10. *Niça*, sublimis *Isa.* 47. *Nizgab*, protector sublimis, magnificus. *Himmanuel*, nobiscum *Deus* *Isai.* 7. *Podē*, Redemptor, *Pele* mirabilis *Isai.* 9. *Poqued* visitans siue æmulator, *Exod.* 34. & 20. *Caiam* æternus, *Zaddic*, iustus *Deut.* 34. *Zur*, fortis, ibid. *Zohe* gradiens *Isai.* 63. *Co* ne creator, possessor, *Genes.* 14. *Cano*, æmulator *Iosue.* 24. *Rison* primus *Isai.* 44. *Rab*, magnus *Exod.* 34. *Racum*, clemens, misericors ibid. *Ram*, excelsus, *Sem*, nomen, *Somer*, custodiens, *Zarfalon* princeps pacis. *Sopet* iudex *psal.* 7. *Tamin* perfectus. Et alia id genus adnotauit *Cantapetrensis*, ex quo hæc collegimus fere. Illud autem aduertendum ex *D. Dionysio de Diuin. nomi. cap. j.* dicente, omnem fermẽ Theologorum laudationem, ad beneficos diuinitatis progressus exponendos atque laudandos, diuina effingere nomina sanctos promovere suo, *Deum* ex acceptis beneficijs appellare, in belli quidem victoria, *Diligam te Domine fortitudo mea*: Quando autem à mentis caligine, & ob tenebratione liberatus est, *Domini* illuminatio mea, & *Deum* misericordiarum & totius consolationis *Paulus* appellat. Videndi sunt ad hoc & *D. Chryso.* 2. *Corint.* 1. & *Oecumen.* Et ad *Ephesios* 2. capit. Et *Suidas* in *Dictione* *Θεός* ait: *Deus* multas habet operationes iuxta virtutes, quas operatur. Habet & Christus multa nomina, quæ & creaturis communia sunt aliquando. Dicitur enim *Ianua*, *lux*, *via*, *vita*, *panis*, *pastor*, & *vitis*, &c. De quibus videndus *D. Basil.* contra *Eunomiium* libr. 1. Et *homil. de poeniten.* & *D. Augustin.* in quæstio. veteris & noui testam. quæst. 122. Et *Euth.* *Ioan.* 16. & *D. Chryso.* *hom.* 74. super *Ioan.* & *D. Ambros.* libr. 3. offic. capitul. 2. & *D. Hieron.* *Ezech.* 16. & ad *Titum* 1. & libr. 2. contra *Pelagium*. Et *Origen.* tract. 8. sup. *Math.* parum post principium. Et *Damasen.* li. 2. capitul. 3. Et *Theophylactus* *Ioan.* 1. Ex quibus colliges quãuis multa sint nomina cõmunia Deo, & creaturis diuersimodẽ Deo & illis cõuenire. Vocatur ergo Christus *Verbũ*, sed verũ & nõ prolatũ, vt *Basil.* dicit li. 5. cõtra *Eunomiũ*. Vocaturque *Mediator*, sed non vt homo purus, sed vt homo *Deus*, quamuis mediator sit *Dei*, & hominum iuxta naturam assumptam. Nam ad mediatoris officium pertinet coniungere eos (vt ait *D. Tho.* 3. p. q. 26.) inter quos est mediator. Sic

*Naum.* 10.  
*Isai.* 47.  
*Isai.* 7.  
*Exodi.* 20.  
& 34.  
*Deut.* 34.  
*Isai.* 63.  
*Genes.* 14.  
*Iosue.* 24.  
*Isai.* 44.  
*Exod.* 34.  
*Psal.* 7.  
*Cantapet.*  
*D. Dionys.*

*Psal.* 17.  
*Psal.* 26.  
*2. Corint.* 1.  
*D. Chryso.*  
*Oecumen.*  
*Suidas.*  
*D. Basil.*  
*D. August.*  
*Euthym.*  
*D. Chryso.*  
*D. Ambro.*  
*D. Hieron.*  
*Origen.*  
*D. Damas.*  
*Theophyl.*  
*D. Basil.*

*D. Thom.*



Sic vocatur à D. Paulo. De quo videndus est Theophylactus ad Galath. 3. & 1. ad Timot. 2. Et Occumen. capitul. 4. & S. Theodoretus capitul. 2. Vocatur item character ob perfectam similitudinem & personarum distinctionem ab ipso Paulo, vt & character distinguitur ab eo, cuius est character. Alij autem characteres non ita perfecti sunt. Dicitur & Christus Paracletus, id est, aduocatus, vel intercessor, ex ijs nimirum quæ passus est ex expositione Nazianze. lib. 4. Theolog. versus finem. Sic accipit Ioan. *Siquis vestrum peccauerit, paracletum habemus apud patrem, Iesum Christum.* Vide Origenem lib. 52  
 2. Periarchon capitul. 7. spiritus autem sanctus Paracletus, id est, consolator dicitur Ioan. 15. Vocatur Christus medicus quod animas ægrotas curet, ex Euthy. Matth. 14. Cyrillus idem fere li. 8. super Leuit. Et Origen. hom. 8. super eundem librum. Vocaturque sæpè Christus lapis, de quo Symbolo videndus est D. Hierony. Zachariæ. 3. ob firmitatem suam, & fundamentalem doctrinam, & quoniam scandalum fuit Hebræis per fidis, mysterium crucis eius. Appellatur & primogenitus omnis creaturæ à Paulo ad Colos. 1. de quo videndus est ibi D. Theodoretus & D. Ambros. lib. 1. Hexame, quia est ante omnem creaturam, vel quia resurrexit à mortuis vt exemplar resurrectionis nostræ. Diciturque ab eodem Apostolo ad Colos. 1. *Imago inuisibilis Dei*, quia autore S. Theodoret ad Colo. 1. fert expressos & euidentes characteres eius qui genuit. Artificiales autem imagines & quæ viuere non sunt, non sunt hominifera. Quamuis autem oculis corporeis fit inuisibilis illa imago, (alioqui enim non esset viua Patris similitudo & expressa) qui perfidem vel perlumen gloriæ videt eam, videt & patrem. Vnde Dominus Philippo: *Qui videt me, videt & patrem meum*, id est, qui credit me Deum, credit & Patrem meum esse Deum: nam si Pater meus Deus non est, neque ego Deus sum. Pontifexque dicitur Christus summus, ad Heb. 4. Vocatur item splendor gloriæ paternæ, vt cœternus illi. Et vt iam de nominibus Christi sermonem comprimamus, complura alia nomina inueniuntur in sacris literis Symbolica, vel figurata vel translata, dicitur enim modo quila, modo leo, modo agnus, modo via, veritas, & vita, & virtus, sapientia, dextera, brachium, margarita, thesaurus, re-

tia, aratrum, fons, petra, lapis angularis, vitulus, pastor, ostium quorum omnium & aliorum explicationem inuenies apud D. Nazianz. lib. de fide, ex quo videtur desumpsisse. D. Hilarius lib. de patris & filij vnitate versus finem. Et ex eo D. Ambros. 1. lib. de fide contra Arrianos. Eadē enim verba sunt ipsorum trium. Sed & D. Augustinus eadem affert alicubi. Videndus est & Theophylactus Ioan. 10. Et D. Hierony. Isai. 52. Et in Psal. 88. Et D. August. tract. 53. sup. Ioan. Et rursus D. Hieronymus? Osee. 14. Et Isichius. lib. 1. in Leuiticum. capite. 4. Et Driedo, & alij multide hoc agunt. Sed agunt. Sed vnus pro omnibus Cantapetre. c. 3. li. 2. qui flores ex omnibus prælibauit. Nobis sanè pronostra Isagoge hæc summatim prodidisse satis visum est, tum quod ipsares nõ vsq; quaq; difficilis videtur, tum verò præcipue, quod in decadibus, aliqua ex his latius exponentur, quæ longiorē postulant sermonē. Sūt & nomina quæ dā populi Dei significatiua symbolicè, & vt popul⁹ Dei nomen est Symbolicum quadatenus. Vocatur ergo Ecclesia sponsa, vinea Domini, lignū vitis Iacob, Israel, semen Abraham, filij Abraham. Sciendum autem quod D. Hierony. inquit, Malach. 1. capit. quod abducto in captiuitatem Israel, id est, decē tribubus, indifferenter pristino nomine, & duæ tribus Iudas & Benjamin, appellātur, Israel. Hæc discretio vsq; ad præsentem diem permanet. Nec enim alicubi inuenitur vbi Israel & Iudas sub eodem conuenerint imperio. Habent in nouo Testamento sua nomina Symbolica Apostoli & noua Ecclesia, sicut & in testamento veteri. Vocat enim Christus Apostolos lucem, salem, amicos, lucernas super candelabrum, ciuitatem supra montem positam, oues & agnos, vocat iustos, hædos verò reprobos & alia idgenus multa nomina inuenies. Habet & lex ipsa sua nomina Symbolica. Nam liber Domini dicitur, & liber vitæ scriptus intus & foris & verbū Dei, vel sermo & doctrina, & lucerna mandatum iustificationes, præcepta testimonia iudicia, Testamentum, iustitiæ Domini: via, veritas, misericordia, pax, arbor siue lignum vitæ. Dicitur & lex Domini vinea & seges. De quibus latius Christopolitanus Episcopus tract. 4. Prolog. super Psal. mum. ca. 4. & in quinto ostēdit nomina etiam habere frequentiora dæmonem eiusque populum, Diabolus enim exterminator

D. Gregor. Nazian.  
D. Hilar.  
D. Ambro.  
D. Aug.  
Theophyl.  
D. Hieron.  
Isichius.  
Driedo.  
Cantapetre.

D. Hieron.

Matth. 10.

Jacobus de Valentia.

E nator

nator dicitur Apocal. 9. & aduersarius & satanas. Et populus eius Sodoma & Ægyptus Iacobo & Apoc. 16. Babylon. infernus teste R. Tehossua in lib. Erubinc. offim, passim septē, nominibus vocatur in scriptura Scol in psal. 15. scol autē est infernus Abadon, perditio. psal. 88. Borscacha, puteus seu lacus corruptionis psal. 56. Borscēon, puteus multus. I. mugitus. Psal. 40. vbi & doctor Tit. haiauen, lutum fœcis. Zel mauet, umbra mortis psalm. 160. eretehtit, terra concussionis dicitur. Referthoc, Pet. Greg. Tolossa. lib. 32, Synt. art. mirab. cap. 13.

*A MORIBVS VARIIS VARIIS Symbola.*

*PRINCIPIUM. 17.*

*Matth. 6.* **A**B consuetudinibus antiquis deriuantur, ceu à fonte quodam Symbola non pauca. Vngere nanque caput faciemque lauare, signum est latitiæ atque opipari conuiuij. Et abluti pedum est hospitalitatis Symbolum. Nulla que melior potest huius assignari ratio, quam antiquus mos ex sacris ostensus iheris, quo vnctionibus in lautis cœnis & lotionem pedum cum hospites admittebantur, antiqui vsi sunt. Sol siue Beelzebub idolariæ signum est, nam ab eo idololatriam initium sumpsisse legimus, cum Ninus eius filius, sacros ei voluit honores impendi. Parere item sine dolore sanctarum quoque mulierum esse notam, sicut & viros parere & non fœminas, vt in plurimum, Diuus Hieronymus Michææ. 4. & Ecclesia Isti. 2. capit. & Isaiæ. 66. obseruauit Barbam caput queradere, & sacco induere, & cinere perfundere caput, luctus indicium est, idque ab antiquorum Palestinarum vsu pro fluxisse certum est. Ignem super sacrificium de coelo descendere illudque deuorare acceptū esse Deo, planè significat idque quoniam illud quondam iustis sacrificantibus, demittere Deus, suo solito, in more habuit. Porta similiter Symbolum esse iudicij, dignoscitur: quoniam in portis ciuitatis, sacra Scriptura indicare solitum antiquis doct.

*Matth. 6.*

*Luca. 7.*

*Cant. 1.*

*Matth. 12.*

*Sapient. 13.*

*Gen. 14.*

*D. Hieron.*

*Isai. 15.*

*Ierem. 48.*

*Matthæ. 11.*

*Genes. 4.*

*Deut. 16.*

cet: Adoptatio filiorum, amoris est indicium, prolesque castū desiderium, & Euangelicę gratiæ, qua sumus filij Dei adoptatiui. Quod sane ab antiquis fœminis, & viris fuit adoptio filiorū amoris gratia & beneuolentiæ ac proles desiderio introducta. Non secus & in profundū ligato saxo demergi, ingentiū criminum est nota, quoniam antiquis, talis talium criminum poena erat. Lauare manus coram multis significat à peccato immunitatem & innocentiam, quod ita illam antiqui testabantur. *Tolle illum*, vox est optantium alicui mortem, verbumque ab priscais hominibus ad id designandum vsurpatum, stare quoque quondam habitus loquentium erat: adnotauit id de Paulo Chrysof. hom. 29. *Actuū. Surgens Paulus & innuens manu.* Quæ consuetudo in externis autoribus est frequens, præcipueque apud Homerum. Scindere autē vestimenta ex antiquo Iudaicoque more, blasphemum quid dictum demonstrat. Regem item in sacris non referri sepultū, magis profecto innuit peccatorem, cum scriptura semper fere Reges commemoret sepultos. Magni etiam nomen in eo cui tribuitur, arguit insignē sanctitatem. Haud secus, Impleri dies partus, sanctas significat esse partuientes. Obseruatum est enim de sanctis id fere dici, ortumque perfectæ sobolis indicare, ab Origene hom. 12. in Genes. & ab Eucherio lib. 2. in Genes. c. 46. Et ab Theophylato Luca. 11. c. nō id de peccatorum, sed de iustorum dici partu. Hebdomada dierum tempus nuptiarum notat, ex more nuptias celebradi antiquo ab D. Aug. lib. 1. q. in Genes. q. 81. Et ab D. Hieronymo. q. in Genes. ex Genes. 29. & Iudicum. 14. animaduerso. Maledictionem nunquam in sacris cum Dei nomine coniungi, benedictionem vero sæpius, nullumque à Deo maledictum hominem sed peccatum illius, vt Genes. 4. ob id ipsum maledictus. i. miserimus, dictus est fore Caimus auxilium nobis à Deo malum vero aliunde præuenire significat. Videnturque ad id D. Hierony. ad Galatas. 3. Originisque diuersorum Hom. 9. ex moribus ergo en multa Symbola.

68

69

70

71

72

*Matth. 18.*

*Psal. 25.*

*D. Chryf.*

*Actuū. 13.*

*Homer.*

*Marci. 14.*

*Origen.*

*Euger.*

*Theophyl.*

*D. Aug.*

*D. Hiero.*

*Genes. 29.*

*Iudicū. 14.*

*Genes. 4.*

*D. Hiero.*

## ACTIONS PLVRIMAE

Symbolicæ in sacris, utque valeant  
intelligi.

## PRINCIPIVM. 18.

- A**B actionibus plurima in sacris exoriri Symbola, etiam parū in eis versatus intellexerit. Quapropter ad sacrorum voluminum intelligentiam mirum in modum cōducet eas obseruare: regulāque, qua intelligatur earū arcana significatio, breuiter tradere. Nā leuare caput superbiæ Symbolum, vel consolationis, aut prosperitatis nouæ, quis non videat esse? Vt Psalm. 82. *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te extulerunt caput.* Notum est & illud, quod Dominus discipulis suis dixit. *Leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra.* Sic & illud Psalmi. 139. de Christo. *Propterea exaltabit caput.* Et Hispanismus etiam est, *Ya alza cabeza.* Quod de eo cui incipit alacrior apparere fortuna, dici solet. Ponere caput vel faciem suam inter crura vel genua magnæ humilitatis, seruilisq; & proptæ humiliatiōis Symbolum est in Elia. 3. Reg. ca. 18. de quo dicitur, *Et pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua.* Ingenuitatis autem Symbolum est orare aperto capite, contra verò cooperto, subiectionis & verecundiæ. De quo Paulus. 1. Corin. 11. Symbolicum est & illud quod de Elia dicitur. 3. Reg. 18. *Et manus Domini facta est super Eliam.* Id est, virtute Domini ad prophetandum. *Accinctis que lumbis curuebat ante Achab.* Et nostrates Hispani dicunt: *Puestas baldas en cinta.* Frequens hic Hebraismus est in sacris sermonibus. *Tinnire aures timoris & pauoris Symb. illū est.* 4. Reg. 21. *Ecce ego inducam mala super Ierusalem & Iuda ut quicumque audierit, tinniat ambæ aures, eis.* Sic & Michæ. 7. *Videbūt gentes, confundentur super omni fortitudo sine sua: ponēt manū super eos: aures eorum surdæ erunt.* Hebraice habetur. *Aures eorum tinnient.* Ac si Hispano vernaculo sermone diceremus, *Hare que les zumb. n. ambas las orejas.* Malum omen

- omen superstitiosis vetulis est, quod aliquem eis detrudere famam tunc suspicantur. Sed profecto delirant decrepita. Manus faminae super caput, anxietatis & luctus signum est. Hierem. 2. *Et manus tuæ erunt super caput tuum.* Hispani dicunt. *Y boluereys las manos sobre la cabeza.* Perfricatā & duram habere frontem obstinationem, rebellionem, & inuerecundiam designat Ezech. 3. *Domus autem Israel, nolunt audire te, quia nolunt audire me: omnis quippe domus Israel attrita fronte est & duro corde.* Ac si Hispanè diceret: *Ya tiene perdida la vergüenza. Ya me ha perdido el respeto.* Et heræ dum ancillas obiurgijs impetunt, eas vocare solent, *Descaradas.* Idem significat apud Isaiam capite. 48. *Sciui enim, quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua area.* Metaphora præterea est sumpta ab animantibus, ut iuuenis, qui antequam subiugales sint, & laboribus assueti, duræ ac indomitæ ceruicis esse dicuntur.
- 79 **L**euo manum meam ad Dominum Deum Helion, vel excelsum possessorem cæli & terræ, quod à filo subtegmis vsque ad corrigiā caligæ non accipiam de omnibus quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abraham. Genes. 14. Id est, Iuro tibi, & sub sacramento tibi promitto, quod nihil de rebus tuis accipiam: neque filium subtegmis, neque corrigiam caligæ accipiam. Hispani etiam
- 80 **L**euo manum meam ad Dominum Deum Helion, vel excelsum possessorem cæli & terræ, quod à filo subtegmis vsque ad corrigiā caligæ non accipiam de omnibus quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abraham. Genes. 14. Id est, Iuro tibi, & sub sacramento tibi promitto, quod nihil de rebus tuis accipiam: neque filium subtegmis, neque corrigiam caligæ accipiam. Hispani etiam
- 81 **L**euo manum meam ad Dominum Deum Helion, vel excelsum possessorem cæli & terræ, quod à filo subtegmis vsque ad corrigiā caligæ non accipiam de omnibus quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abraham. Genes. 14. Id est, Iuro tibi, & sub sacramento tibi promitto, quod nihil de rebus tuis accipiam: neque filium subtegmis, neque corrigiam caligæ accipiam. Hispani etiam
- 82 **L**euo manum meam ad Dominum Deum Helion, vel excelsum possessorem cæli & terræ, quod à filo subtegmis vsque ad corrigiā caligæ non accipiam de omnibus quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abraham. Genes. 14. Id est, Iuro tibi, & sub sacramento tibi promitto, quod nihil de rebus tuis accipiam: neque filium subtegmis, neque corrigiam caligæ accipiam. Hispani etiam
- 83 **L**euo manum meam ad Dominum Deum Helion, vel excelsum possessorem cæli & terræ, quod à filo subtegmis vsque ad corrigiā caligæ non accipiam de omnibus quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abraham. Genes. 14. Id est, Iuro tibi, & sub sacramento tibi promitto, quod nihil de rebus tuis accipiam: neque filium subtegmis, neque corrigiam caligæ accipiam. Hispani etiam
- 84 **L**euo manum meam ad Dominum Deum Helion, vel excelsum possessorem cæli & terræ, quod à filo subtegmis vsque ad corrigiā caligæ non accipiam de omnibus quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abraham. Genes. 14. Id est, Iuro tibi, & sub sacramento tibi promitto, quod nihil de rebus tuis accipiam: neque filium subtegmis, neque corrigiam caligæ accipiam. Hispani etiam
- Alça el dedo como hidalgo, o como cauallero.* Et (vt ego arbitror) ex Hebræis sumpsit originem hic promissionis, & sacramenti modus. Vt autem has & alias similes symbolicas actiones, quæ in sacris inueniuntur, facile, vel sine duce intelligas, vnam per quam vtilem accipe regulā. Ea verò est; vt semper ad præcedentia & subsequenta attendas, & iuxta ea, interpretaris illas. Est enim mos sacræ Scripturæ à D. Hieronymo Isaiæ. 5. capite & alibi sæpe obseruatus; obscuris manifesta subnectere. Obseruamus & nos aliquando & manifestis appendere obscura solere. Prioris partis regulæ huius exemplum adducit D. Hieronymus ex Isai. cap. 5. Vbi cum longam texuisset parabolam: vinea fuit dilecto in cornu filij olei, &c. ait. *Vinea Domini exercituum domus Israel est, & viri Iuda, germen delectabile eius. Et cap. 11. Habitat lupus cū agno, & vitulus & leo, & onis simul morabuntur, & demum prædicta referans verba ait: Quia repleta est terra scientia Domini, Volens inuere: in summa pace & tranquillitate Euangelium fore prædi-*

- prædicandum. Eundem & morem in Domino obseruauit  
*D. Basil.* D. Basilius in Asceticis, cum agit de Baptismo circa principi- 85  
 um. Sed & posterioris partis regulæ, ecce exempla pauca,  
*Psal. 113.* sint licet multa. Nam Psalm. 113. cum propheta aperte dixisset  
*In exitu Israel de Aegypto.* Subdit subobscure, *de populo bar-  
 bato.* Verum de actionibus promamus exempla. Coopertum  
 habere caput, ænigmatice indicat confusionem & tristitiam 86  
*Hierem. 14.* Hierem. 14. At si ad præcedentia attendas sunt luce clari-  
 oria verba, ait enim Hieremias. *Propter terræ vastitatem, quia  
 non venit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ ecce aperte. Ope-  
 ruerunt capita sua.* Ecce subobscure. Sic Ezechiel. 29. caput de  
 caluatum & humerus depilatus seruitutē maximam, ceu per  
 speculum significat: sed intende præcedentibus & subsequen- 87  
 tibus magis, quæ pellucida sunt. Ait enim S. Ezechiel. *Filij ho-  
 minis Nabuchodonosor rex Babylonis, seruire fecit exercitum suum  
 seruitute magna aduersus Tyrum? Omne caput decaluatum, & om-  
 nis humerus depilatus est:* Et subdit statim. *Et merces non est red-  
 dita ei, pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam.* Hæc S. Eze- 88  
 chiel. Ex his, quis non videat, caput de caluatum humerumq;  
 depilatum, seruitutem magnam significare. Nō secus & Hie-  
*Hierem. 18* remias. cp. 18. mouere caput, subfannare, & admirari, vel ob-  
 stupescere, velut in ænigmate notat: & ex illis verbis, quæ præ-  
 cesserunt fati est dilucidū. *Quia oblitus est,* Inquit Ierē. voce  
 Domini *Mei populus meus, frustra libantes, & impingētes in vijs  
 suis, in semitis seculi, vt ambularent per eas in itinere non trito:  
 vt fieret terra eorum inde solationem & in sibilum sempiternum, om-  
 nis qui præterierit per eam, obstupescet & mouebit caput.* Vide, vt  
 mouere caput subfannare, & admirari designet. Hoc ergo pa-  
 æto præcedentia nimirum & subsequenta attendens,  
 actiones Symbolicas frequentissimas in sa-  
 cris, facile dignoscere  
 quibus.

E X A.

EX ALLUSIONE AD ETHNICORUM  
 Literas Symbola quandoque exor-  
 riuntur.

## P R I N C I P I V M. 19.

- 91 S Acrarum interpretem literarum, omnigena etiam ex-  
 ternorum autorum præditum debere esse lectione, vel  
 saltem, non omnino eius ignarum, vel ex eo fit manifestum,  
 quod allusione ad ex literas Ethnicorū & fabulas, Sym-  
 bola in sacris inuenimus. Nam pulcherrimus & Symbolicus  
 est ille Salomonis locus Prouerb. 26. *Sicut qui mittit lapidem* 92  
*in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem.* De quo  
 in Decadibus Deo dante dicemus. Eleganter Salomon ex-  
 pressit veluti crimen idolatriæ esse honorare insipientē. Sic  
 & ex capite. 14. Ecclesiastici. *Dominum inuidi cruciat oculus.* 93  
 Nam qui apud nos inuidus Græcis significantius dicitur fasci-  
 cinator. Ex D. Hieronymo. Ad Galat. 3. Et eodē in ecclesiastico  
 legimus: *Memento quoniam malus est oculus nequam.* Hi- 94  
 spane apud vulgus, dicitur. *Mal ojo.* Ex vulgi opinione sum-  
 ptum est verbum fascinare. Quis vos fascinauit insensati Galatæ  
 dicebat Paulus, Et Virgilius. 95  
 ¶ *Nescio quis teneros oculo mihi fascinat agnos.* Sed de hoc alias  
 interim fascinationem esse & eius causam vide apud D. Th.  
 3. p. q. 118. ar. 3. ad. 2. Sic & Iob. 26. *Ecce gigantes gemunt sub*  
*aqnis,* quod Hassellensis Paraphrastes de dæmonibus expli-  
 cat: Meminit & Pygmæorum S. Ezechiel capite. 27. vt ha-  
 bet nostra vulgata interpretatio. Nā in Hebræo propria sunt  
 vocabula multoties. Quoniam vt ait. D. Hieronymus in Isai. 96  
 cap. 13. quamuis legamus in inscriptura Hyadas, & vesperū  
 & Arcturum & Oriona Iob. 9. & Amos. 5. non putare debemus  
 sic, iuxta gentium fabulas appellari, cum apud Hebræos  
 propria habeant vocabula, quorū proprietatē lingua  
 nostra non exprimit. Quod & Eucherius in quæstionibus in  
 Iob adnotauit, interpretemque eis nominibus vsus, vt  
 apud nos horum siderum significantia posset esse manifestior  
 Sic & apud Isaiam Syrenæ sunt & Onocentauri. cap. 34. per  
 E 4 quæ

quæ portenta significare voluit Propheta infideles, qui habitati erant Hierusalem post eius destructionem, vel vastitatem. Et hoc est ex vulgi sumptum consuetudine. Non secus 97  
 & vallis Tytanorum. 2. Reg. 23. sicut vallis gigantum. Quid? Quod & Cocitus infernalis fluuius apud poetas, inferni Symbolum est apud S. Iacob? cap: 21. Sed & fortasse cap. 42. tertiam suam filiam Iob iuxta Ethnicorum consuetudinem cum 98  
 quibus degebat more patrio, Cornustibij, vocitauit; ex allusione ad Amalthææ cornu Hemonij filiz, vteam omnibus gratijs exprimeret affluentem. Et cætera his similia Symbola, & nomina, quæ Gentilium fabularum & causas & origines habere certissimum est. Non ergo decet virum Theologum rerum Ethnicorum proorsus amissum esse, atque imperitum; tametsi in eis non debeat vt ad Syrenæos scopulos senescere vir Christianus, multòque minus religiosus. Ignorantia profecto in nulla re viro etiã illius ignaro, arrire debet. Literas humanas quantumuis inhumanus quis fuerit, non contemnendas esse non ignorabit. Ad sacras enim literas etiam 100  
 proderunt non parum.

## A MOSE ET PROPHETIS

præcipue dimanasse Symbola ad alios.

scriptores.

### PRINCIPIVM. 20

Præstantiora illustrioraque Symbola, à Mose & Prophetis profufluxisse nullus merito ambigat. A Mosisque Pentateucho, & per allusionem ad historias eius plurima adinuenta sunt. Quare enim tenebræ malum maximum significat nisi ob plagam illam à Deo Ægypto immissam? Contra verò lux, Numinis fauorem auxilium, gratiamque ostendit. Fornax ferrea Ægypti nonne laboris Symbolum est, & ab Mose deriuatum. Virga obsecro, quare virtutem potestatem que diuinam atque regiam demōstrat, nisi ex respectu ad Moisaicam illam prodigiorum effecricem virgam, Solis & stellarum

2. Reg. 23.

Iob 21.

Iob 42.

Iob. 5. ver.

24.

Vide omnium horum

Symbola in

Decalib.

Vide Dec.

1. Sym. 6.

Vide Dec.

5. Sym. 5.

Psal. 22.

vers. 5.

Vide Dec. 1

Symb. 3.

rum Symbola vnde dimanarunt, nisi ex Iosephi Patriarchæ explicatione somni? Vnde & manipulorum Symbolum? Vnde & Symbolum lapidis Christum significantis apud Danielem, nisi ex lapide à Iacob erecto: quare Angeli vocantur militia Dei eiusque exercitus, nisi quia Iacob dixit. *Castra Dei sunt hæc?* Præterea serpentis Symbolum, quo prudentia significatur; & Christus, & oliuæ, qua pax, & arcus siue Iridis, & ignis quo significatur Deus, & eius ira aliaque id genus innumera fere, quæ in Decadibus pro virili nostra ad nitemur ostendere, nõ aliunde primũ quã ex Mose & prophetis ortũ habere: daeo vt Cyprianus noster Huerguësis opus suũ de Symbolis inscripserit Moisaicis. Sed vt hoc manifestius fiat per singulos sacros libros discurramus.

## DE GENESI, EIVSQUE

Symbolis obiter.

### PRINCIPIVM. 21.

VT qui aliquid dulcedinis coelestis, ex sacris cupit haurire, sermoni Prophetarum quodammodo assuescat eiusque vim queat intelligere ante Decadam Symbolorum ingressum, libuit in introductione, raptim & tumultuarie, aliqua Symbola, vel potius quã abundant Propheta Symbolis demonstrare. Totum ergo librũ Moysæ & Genesios esse veluti Symbolicum, seu arcam in sensu ante explicato sciet qui volẽt illum attente iuxta interpretes catholicos perscrutari. Voluit nãque in primis Moses ex rerum origine & causa aliquod in orbe toto Numen vnicũ statuere, contra impiũ Atheismum, contra Pseudodeorumque pluralitatem. Refellit item eos, qui æternitatem mundi tuebantur; nec non & eos, qui Dei negabant prouidentiam destruit, dum mundum gubernari à Deo docet. Id quod optimè Saluianus ille, quẽm Genadius episcoporum magistrum nuncupat in suis de prouidentia Dei libris adnotauit: ex malorum vindicta, quãdam eliciens futuri imaginem iudicij vniuersalis. Quinimo & Theodorus Abaccura Græcus autor scribens contra hæreses

Vide Dec.

2. Symb. 2.

Vide Dec.

4. Symb. 4.

Vide Dec.

3 Sym. 7.

Genes. 3.

Ioan. 3.

Matth. 10.

Genes. 8.

Vide Dec.

5. Symb. 3.

Cyprianus

Huerg.

Genes. 1.

S. Saluianus

Genadius

7.

Theodorus

Abaccura.

E 5

actione

*Genes. 4.* Actione prima, immortalitatem animæ, ex historia Abelis colligit, & resurrectionem mortuorum. Nam cum eius sacrificium acceptauerit Deus, & ex inuidia eum Cain occiderit: quæro (inquit ille) *Quo tempore Abel præmio afficiendus sit.* Et Epiphanius lib. 1. aduers. hæres. Tomo. 1. in hæresi Samaritanorum, ex Abele primum astrui resurrectionem, quod post eius mortem; sanguis loquitur cum Dño, dicit. Sed & cū Dominus Matth. 22. inquit. *De resurrectione mortuorum non legistis quod dictum sit a Deo. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac &c. ait Hieronymus eum euidentioribus vti potuisse testimonijs: vt illo. Isa. 26. Suscitabuntur mortui & resurgent, qui in sepulchris sunt & illo Daniel. 12. Multi Dormientium de terra puluere cõsurgent, alij in vitam: alij in opprobrium & confusionem æternam: tamen quoniam loquebatur contra Sadrucæos, qui tantum Mosis libros recipiebant, illo testimonio vsus est.* Vidēs ergo Dominum ipsum, ex Genesi, resurrectionem mortuorum ostendere? Assentitur & D. Hieronymo Euthymius ibidem. Latius de oecumenico illo iudicio, vtque ex Genesi eliciatur in Decadibus indicabimus. Et quidem quod ad historiam attinet, Primum, sex dierum opus diuinum narrat. Post vero transgressio nem Adæ, eiusque à paradiso eiectionem. Quodque futura vita exinde probetur, ex illa lege imposita, *In quacunque die comederis morte morieris.* Constat aperte. Nam rogo, An morte corporea statim mortuus sit. Certissime morieris. duplicatio illa significat, ex idiomate Hebraico. Nō dixit his verbis scilicet, obnoxius eris morti, sed morte morieris, hoc est certo certius morieris. Reus eris mortis, ex comestione, ad quam statim mors animæ sequetur tuæ. De illa ergo præcipue interpretamur locum, tamet si & de morte corporis non abnuimus debere interpretari. Quod si de morte animæ non exponatur locus hic, corrui non solū lex illa vetus, sed & nostra noua, istam explicationem nō admittit. Vt quid enim circumcisio, vt quid Baptismus; si Adam ob peccatum, animæ mortem statim non incurrit? Vt quid Christus promissus est, & passus. Verum hoc notius est, quam quod multis verbis à me suaderi debeat. Describit itaque Moses eadē Abelis post hæc factam, per fratrem suum Cainum translationem quoque Enoch, vbi & spem nobis dedit Deus immortalis vitæ. Fabricatio-

bricationē arcæ; de cuius Allegorijs pleni sunt autores: Diluuium factum Noe temporibus, quandam ceu depictam tabula imaginem iudicij. Videndus est ad Symbola ex huiusmodi Allegorijs D. Amb. de arca & Noe cap. 2. & D. Augusti. lib. 2. *Quæstionum Euangelicarum cap. 44.* Structuram turris diuina potentia interruptam per linguarum confusionem & nationum ad hanc dispersionem consequutam, postea narrat Moyses. Egressum de inde Abraham ex Chaldaea, & legē de circumcissione latam; & Sodomorum subuersionem, iusurandumque promissionis Dei, Abraham factæ: generationem Isaac, & Iacob, & qui ex illo sunt Patriarcharum, venditionem denique Ioseph, & miraculosam eius liberationem, historicè depinxit, vt ex Synopsi D. Athanasij de diuinis scripturis, collegit Georgius Ederus, qui hæc in parte plurimum nosiuit. Cuique de his viris agat Genesis, scilicet, de Abraham, Isaac, & Iacob, atque Ioseph, non immerito dictus videtur (iuxta quosdā) hic primus liber Mosis, LIBER IVS TORVM toties in diuinis repetitus literis. Et sane in Genesi Symbolicè omnipotentia Dei ostēditur in opere creationis; & in studio generis humani conseruandi, in liberatione Noe à periculis diluuij atque in multiplicatione gentiū & veræ religionis propagatione, quæ linguarum beneficio sparsa fuit per orbem, quamuis non ita multo post, extincta fuerit prope modum. Relucet præterea immensa Dei beneuolentia & amor erga humanum genus ineffabilis, ex segregatione Abraham, à generatione praua & peruersa, non solum quo ad locum, de quo iussus est exire, sed etiam quo ad signum circumcissionis, & factum oblationis filij, de quibus agit Moyses hoc in libro. Splendet item idem ipsum, in præseruatione & custodia Isaac, inter illas peruersas nationes, & in præelatione, & multiplicatione Iacob, & demum in exaltatione admirabili Ioseph. Ex quibus vt clarum super est quod in Genesi Deus per multa Symbola ostenditur, creator, seruator, & auxiliator. Sed ad speciatim quædam, veluti pertransennam, indicanda Symbola deueniamus. Vnde obsecro, vt hinc incipiamus matrimonium quo genus humanū propagaretur, prodijt, nisi à Deo, qui illud voluit, in Geneseos libro, per suū seruum Moysen posteris tra-

*Genes. 7.**D. Ambro.**D. Aug.**Genes. 11.**Genes. 12.**Genes. 16.**Genes. 19.**Genes. 16.**Genes. 17.**Genes. 25.**D. Athan.**Georgius**Ederus.**Genes. 19.**Genes. 12.**Genes. 25.**vsq; ad. 29.*

Genes. 1.

tradi. *Sacramentum hoc magnum esse*, ait Paulus allegorice loquens. *In Christo & in Ecclesia*. Græcè est, in Christum & ecclesiam ne tantum mysticè de matrimonio, sed etiam ad litteram loqui Paulum, existimes. Sed quid principium Genes. 1. *In principio*. Symbolicòs dixit Moses, cum verbum illud principium multiplicem possit habere non omnibus peruium sensum. Firmamentum vocauit nomine Rakiah corpora coelestia, quæ teste Iob, velut ærea Domino sunt fusa Stereoma verterunt Septuaginta, non ignari suæ patriæ, maternæque linguæ. Cum autem ær sit minime stereos, vel solidus aut firmus, non putandū est, illos per firmamentum, aerē intellexisse. Ad hæc, veteres magistri Hebræorum vt refert Genebrardus in Psal. 118. Stereoma epithetum, docent esse cæli, non aeris. S. Hierony. Hebraice peritissimus, firmamentum vertit, & tamen si epist. ad. Oceanum, spatium inter cælum & terram per firmamentum accipere videatur, mens eius ex comment. in. 1. Ezech. caput, liquido constat atque certo. Et tandem Patres omnes probabilem existimant sententiam hæc, ac perinde falsam esse non ausim asserere, sicut & eam, quæ veras aquas licet non cum eisdem accidentibus, quæ habent infernæ, superiores ponit firmamento. Quantumcunque iuniores quidam renitentur, nubes esse putantes. Regius vates vt alia omittam postquā super eminentes cælorum fornices ad laudem Dei Psal. 148. excitauerat, aqua que cælis superpositas. versu. 6. subdit. Statuit ea in æternum & in seculum sæculi, &c. Ex quo sit palam, ipsum de æternis & stabilibus aquis non de fluidis loqui, & quæ in dies generantur & corrumpuntur. Relatiuū. n. ea proximum referre debet antecedees. Et quidem septuaginta interpretum ætat, equi selecti ex Israel, vt omnium doctissimi fuere, temerarium saltem esset illorum sententiam negare. Veteres præterea Rabini vt dixi, ita senserunt, & denique patres probabilem illam reputarunt, qua propter, vt omnino improbabilem dicere liceat, non video. Feuardentius in appendice ad Castrū de hæresibus errorē dicit esse negare supercecos veras aquas. Genebrardus absurde putat locū Psal. citati, Et aque, quæ super cælos sunt &c. nubibus tribui. De quo dicitur in Decadibus. 2. Tomo latius. Symbolicum est illud, quod

quod Dominus serpenti, id est, dæmoni dixit. *Ipsa, vel ipsum conteret caput tuum*. Semen vnicū illud Abrahæ Christū significans & tu insidiaberis calcaneo eius. Quid de Enos dicam. *Qui primus cepit inuocare nomen Domini*. Ecce orationis & cultus Dei Symbolum admirandum. Vide orationis etiā post peccatum antiquitatem: nam ante peccatum fuisse, nullus sanæ mentis dubitabit. Quid enim sopor ille Adam? An somnū corporis tantum putas? Putabit hoc crassus quidam forte Iudæus, sed non fidelis Abrahæ verus filius. Sopor ergo dicitur raptus & excessus mētis. Enoc in paradysum trāsatus est, & vt lignum esset faciens fructum in tempore suo, vitam beatam ducturus quamuis non adhuc augens merita, in paradysum & in hortum à Dño plantatum, piāta illa trasplantata est. Celeberrime istius sancti translationem, & dulcissima fiet gutturi tuo. Et de Noe aliquid superius tetigimus. Mysteriū de mutatione nominis Abraham sumptū, D. August. sermon. 22 de tēpore, & D. Ambro. li. 1. de Abrahā. c. 4. exponūt. Quid vero mutatio illa nominis aliud fuit, quam multitudinis filiorū Dei signaculum apertum. Ideo enim multarum gentium pater appellatus est. Vnde & qua ratione ex eius semine dicantur esse, veriores filij Christiani, docēt Sancti Patres, & speciatim D. August. n. de vera innocentia cap. 233. Quid autem de Symbolo illo circumcisionis eloquar. Ad litteram etiā sunt qui putent æternam vitam significasse. Sed de hoc alias. Abrahæ vero sacrificium, nonne signum fuit, quo Deus cognoscere fecit mundū Abrahā timere Deum. O mirum obediētiae Symbolum? Sed & risus ille in promissione feminis ab admiratione, vel (vt vult D. Augustinus) ab exultatione profectus est. In modo item, quo pactum seu foedus, Dominus pepigit cum Abrahamo, cum iurauit illi, Symbolica non pauca sunt ad litteram etiam intelligendam non parum necessaria. Quid si ad Iacob sanctum Patriarchā eiusque gesta, accesserimus, euoluenda, & enodanda? Vnctio illa lapidis, tituli que erectio vel inscriptio (incertū est enim an inscriptio etiam fuerit) præter allegoriam qua Christum significabat futurum, ad litteram non ne alicuius rei nota erat. Ita profecto. Memoriale beneficii accepti à Deo & luctā eius cum angelo, eiusque nominis mutationē, nouique impositionem, quis non existimet

mea

metad sensum historicum aliquid portendisse. Quare coxendix, vel neruus ille, qui fuit, emarcuit in eius femore; Animatio proculdubio fuit & confortatio Iacob, contra fratrem  
*Genes. 25.* fuit elaudicatio. Somnus item atque scala à terra vsque ad cælum pertingens, non ne aliquid ad literam demonstrabat. Quis hoc suspicetur? Fatebor ego ibi Christum præuidisse in terris, ad eumque angelorum cateruam ascendentem atque descendentem obsequium proprio Domino, pio præbituram seruitio, vt me docuit, D. Ambros. lib. 2. de ipso Iacob & vitata beata cap. 4. Fatebor & hoc in Christo adimpletum cum angelorum chori, natalem eius, pastoribus vigilantibus super gregem suum cantantes patefecerunt, & in deserto, accesserunt, & ministrauerunt ieiunio Domino, & esuriēti, & in resurrectione atque ascensione pariter testimoniū præbentes, ascendisse & descendisse super eum, id est, ad eius gloriam pandendam eius obsequium exequendum, at non ideo negandus est literæ sensus figuratus & symbolicus. Aperit autem illum optime D. Chrysostomus, & nos in Decadibus late aperiemus. Certumque debet esse, scalam illam cum angelis ascendentibus atque descendentibus, Deoque scalæ innixo, miram Dei erga Iacob benevolentiam paternamque curam & custodiam significasse. Quid ni & cum D. Augustino sermone. 40. de verbis Domini, Abrahamum ideo post nominis mutationem, nunquā vocatum Abram, quia nomen Abrahamæ quod est Pater multarum gentium hoc seculo adimplendum erat, at nomen Israel quod iuxta aliquos est videns Deum in futuro adimplendum erat. Vnde etiam post mutationem Iacob vocatus est, ob eius magnam autoritatem nō diffiteamur. Verum enim vero ob id aliquam literalem significationem, in nominis mutatione fuisse diffitebimur. Absit. Contra mentē esset hoc D. Augustini, aliorumque patrum, qui perpetuum historię sensum in sacro sermone concedūt. Quid ergo? Symbolum victoriæ, quam reportaturus erat de fratre, mutatio nominis. Fuit enim perinde ac si dixisset angelus. Hactenus Iacob vocatus fuisti, eo quod plantam fratris tui cum nascereris tua manu tenueris, iam posthac Israel vocaberis, id est, præualens Deo, vt ex hoc intelligas, te non debere timere fratrem tuum

tuum Esau. Nam si contra Deum, hoc est contra angelum qui eius in nomine luctabatur (neque enim semel Deus pro angelo accipitur in sacris literis) quanto magis contra homines præualebis. An verò in surreptione benedictionis fuerit mentitus, res est dubia. Nā patres illū à mendacio vindicāt, quoniā diuina voluntate id fiebat, emeratque primogenita Esau. Vide D. Tho. 2. q. 110. ar. 3. ad. 3. Verū Lippomano videtur mentitus fuisse Iacob, cum interrogatus, Tu es filius meus Esau, Dixit. Ego sum. Et eum rogauit vt comederet de venatione sua, quam ex voluntate Dei, scito inuenisse, eique occurrisse asseruit: seque itē fecisse, sicut ei præceperat. Nec Caieta. diffentit. Et sane difficile sit Iacob à mendacio liberare sicut & castā Iudith cū imposuit Olopherni. Quid iam de propheticis eius dixerim visionibus. Certe multa filios benedicens, sub Symbolicis velaminibus eis futura referauit. Sed ad Ioseph eius filium si attendamus, eum Symbola prodidisse inuenimus. Quapropter Benedictus ille Montanus, libellum suum de arcano sermone sacro, Iosephi nomine voluit appellari: Solis & Lunæ & stellarum quandam significationem aperuit, & manipulorum: ei usque vita, Christi fuit Allegoria. De Diuinis huius viri animi dotibus, videndus est D. Ambros. lib. 1. offi. c. 24. De sensuque spiritali eius vitæ D. Aug. ser. 81. de tempore, et de sensu Allegorico idem lib. 12. cōtra Faustum cap. 28. Et plura de huius historię fructibus inuenies apud D. Ambrosium in libro de ipso Ioseph. Ista nos omittimus quod præcipue non allegorij historię intendamus, sed Symbolis ex literæ sensu genuino atque germano eruendis. Tanta denique huius libri dignitas est ex pentateucho Mosis primus, vt ex illo cum Apostoli, tum Christus ipse in nouo testamento, viginti testimonia aperte, & ad verbum citauerint, Eiusdem verò sententiæ extāt citata testimonia plus octo & triginta. Atque hæc pro Symbolis ex Genesi de fumendis, introductionis vice, dixisse satis fuerit. Nunc & de Exo-

B. Arias.

D. Aug.

D. Ambro.

gamus.

DE EXO-



DE EXODO EIUS QVE  
Symbolis,

PRINCIPIUM. 22.

**T**R Adidit & Moses in Exodo Symbolice, non pauca. <sup>41</sup>  
 Veriusque fortè non minus quàm de Gene si dicere pos-  
 sumus Symbolicum pene totum esse, diuinaque in eo  
 D. Hieron. mysteria latitare. Summam eius D. Hieronymus in epistola  
 ad Paulinum, ita breui complexus est. *Pateat, Inquit, Exodus*  
*cum decem plagis, mysticis diuinisque præceptis.* Et quidem pla-  
 gæ notæ sunt cuiilibet legenti, si non dormitet, parumque in  
 sacris sit sermonibus versatus. In quibus est considerare, mi-  
 ram Dei, patientiam erga Pharaonem mirabilem non minus  
 sapientiam, & potentiam in plagis immittendis. <sup>42</sup> Vide au-  
 tem Symbolum peccatoris obstinati, duræq; cervicis in Pha-  
 raone, vtque quantumuis sit mundus potens, non possit Dei  
 resistere voluntati, Præcepta autem vt triplicia sunt, ita & tri-  
 plicem ostendunt Symbolicam doctrinam. Sūt enim in Exo-  
 do præcepta Moralia ab ipsa lege naturæ dictata; quorū fi-  
 nis est Dei charitas & proximi; vt fidelitatem & reuerentiã  
 erga Deum habeamus & obsequiũ, vtque proximo nunquã  
 noceamus, actus nostros & cogitationes dirigentia. <sup>43</sup> Sunt etiã  
 præcepta iudicialia, quibus præscribitur iustitiæ forma in-  
 ter homines obseruandæ. Sunt quoque Cæremonialia quibus  
 exprimitur, extrinsecus colendi Deum ratio. Inuenies in  
 his omnibus altissimam sapiëntiam: non Ægyptiorum super-  
 stitiosum, & vanissimum Deorum cultum continentem: sed  
 vnius veri Dei religionem. Et si distincte magis, quæ in Exo-  
 do tractantur, vis agnoscere, ex Glossa id accipe, tam quo ad  
 Exod. 2. historiam quàm quo ad Allegoriam. In priore nanque Exodi  
 Exod. 3. & parte de vocatione sua Moses agit, ad quam spectat miracu-  
 losa liberatio eius in scirpo, persecutiones & profligationes  
 Exod. 5. vs ab Ægypto, mandatumque diuinitus acceptum, prodigia &  
 que ad. c. 14. miracula plagarum decem: & magnificentia qua is idem co-  
 Cap. 14. vs ram populo fuit glorificatus. In posteriore verò parte agit  
 que ad. 19. Moses, de secunda siue spiritali hominis creatione siue de  
 exi-

exitu Israel de Ægypto, alijsque eum consequentibus. Quæ  
 quidem iuxta historiam, sunt, liberatio Israelitarum in tran-  
 situ maris Rubri, submersio Pharaonis, & pugna eorum cum  
 Amalech, lex data eis in monte Syna, constructio taberna-  
 culi, & vasorum eius, & quæ ad sacerdotum vñctionem, vestes  
 que spectant. Mystice verò hæc sunt, iuxta Allegoriam spiri-  
 tus intelligenda. <sup>47</sup> Spiritualis hominum sanctorum ex hoc mū-  
 do, qui vera est Ægyptus, & eius tenebris per Christum exi-  
 tus, sub exitu Israel de Ægypto præsignatus. Baptismus san-  
 guine Christi consecratus, in quo vitia submerguntur diabo-  
 li, animeque ab eius potestate liberantur, sub transitu maris  
 Rubri adumbratur, cum Paulus dicat, quod omnes in mari ba-  
 ptizati sunt. <sup>48</sup> Victoria Christi & suorum & demonis confu-  
 sio, sub victoria de Pharaone & Amalech reportata, figurata  
 est. Informatio item hominis, vt à terrenis subleuatus, celesti-  
 bus discat subijci disciplinis, in datione legis in monte Sina. <sup>49</sup>  
 Ecclesia præfens & diuersæ personæ fidelium diuersis offi-  
 cijs deputatæ, sicut vasa diuersis vsibus deputata erant, vel  
 officijs, sacramentorum, & orationum sacrarum suauissima  
 odoramenta. Nam vt inquit D. Augustinus ad Honoratum <sup>D. Augu.</sup>  
 de vtilitate credendi ca. 3. *Exodi historia Christianæ plebis alle-*  
<sup>50</sup> *goria fuit.* Quis verò non videat circuncisionis sacramentum  
 nostri Baptismi figurã extitisse, vt & agnũ paschalẽ, cuius ri-  
 tustraditur in Exodo, Christi Dñi vt Ioannes explicauit. <sup>Exodi. 12.</sup>  
 Et vt plurima breui complectar Arca, Propitiatorium, Cheru-  
 bin, Mensa, Sacra vasa, Cadelabrũ, Lucernæ, velũ, Tentoriũ,  
 Altare, Atrium, oleumque lucernarum, ornatus Aaronis &  
 filiorum eius, modus consecrandi sacerdotes, ritusque pro eis  
 offerendi, altare Thimiamatis, & labium seu labrum æneum  
 Sabbathumque de quibus in Exodo agitur, arcanam quandã  
 habent significantiã mysteriorũ nouæ legis. Sed de his cõsu-  
 lendi sunt sancti patres, quorum sententias collegerunt Pag-  
 ninus & Laurentus & alij. Et secundum allegoriam verborũ,  
 & iuxta historicum sensum, negandum non est Symbo-  
 la quæ esse multa. Nos pauca ex eis Symbolicæ intro-  
 ductionis gratia enumerabimus. Tabernaculũ illud Mosay  
 cum sacri autores prodidere, Symbolicum esse in suis parti-  
 bus, & triplicem mundum, cui Deus præfidet illis significari,  
 F non

1. Corinth.

10.

Exodi. 13.

Exo. 17.

D. Augu.

Exodi. 12.

Ioan. 19.

Pagninus.

Laurentus.

Exodi. 26.

non ambigo, sub lunarem scilicet coelestem, & Angelicum. Sic & digitus Dei, quem agnouerunt Pharij Magi, ad quem alluisse visus est Dominus cum dixit. *Porro si in digito Dei eijcio daemonia. &c.* Nonne Symbolū est virtutis diuinæ. Ethoc  
*Exodi. 8.* digito fuerunt scriptæ tabulæ in monte. Nunquid Deus, vt nos  
*Luca. 11.* manus habet, vt & digitus dicatur habere? Nequaquam, sed  
*Matth. 12.* symbolice astruitur Spiritus sancti virtus, qua dictata sunt præcepta Decalogi. Rubus ille, quē vidit Moyses ardere, & nō  
*Exodi. 3.* cōburi ad literā, quid significabat? An virginē Mariā matrē? Allegorice fateor, historice autem minimē. Nam volebat Deus illo Symbolo ostendere Moysi, se populū suum in magnis periculis constitutum & veluti ardentem, de manu Pharaonis illæsum, & incombustum erepturū, vt & videbat Moyses rubum ardere & non comburi: quoniam Deus in medio eius erat. Virga etiam Symbolum est potentia, quoniam Moyses virga sua multa signa fecit & prodigia. Nonne & illud symbolice dictum est. *Sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere.* Id est, adorare Deū falsū Ægyptiorum. Sic & illud, *Quia timuerunt obstetrices Dominum edificauit illis domos.* Id est, dedit illis in abundantia prolem & posteritatem. Scio & de domibus proprie exponi, sed non ita ad rem. Non secus multa sunt alia, vt. *Dare animam pro anima.* id est, *Vitam pro vita.* vel. *Occidere occisorem.* Exod. 21. *Esse intra portas alicuius.* Est cum eo in vrbe cohabitare mænia Exodi. 20. *Et aduena qui est intra portas tuas.* Vel forte de portis domus capitur. Symbolum quoque illud est ex capi. 23. *Non declinabis in iudicium pauperis,* siue iuxta Hebræum. *Non declinabis iudicium mendici tui.* Id est non peruerteres, quod declinantes soleant à recto tramite deflectere, vnde, *Non declinabis ad dexteram nec ad sinistram.* Sed mediū tenebis, quadrat hoc iudici. *Iustitia autem non seruat mediū rationis,* vt reliquæ virtutes, sed me diū rei. Vulgo solet dici. *No torçays la vara.* Apud Hispanos nostros. Verum iuxta lectionem Vulgata, forte ita poterat interpretari locus. *Non declinabis in iudicium,* id est, in condemnationem mendici tui, quod mendicus sit. Et iuxta Hebræum etiam aliter. *Non declinabis iudicium mendici tui,* id est, non recusabis visere causam pauperis

peris, eo quod pauper, sit, quod & apud Chrificolas pro dolor contra sit. Nam viduarum & orphanorum causæ etiam si primum proponantur, in latrone sententiæ, debent esse postremæ. O iniqui iudices. Et vos iudicabit Dominus in die sua magna & amara valde. Aperire vuluam etiam symbolice significat promogenitum nasci. Exodi. 13. illud item à Domino dictum ad Moysen. *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Id est vt vices meas geras coram Pharaone, ac si Deus illius esses, signa & prodigia faciens, vt confundas illum eiusque potentiam deludas. Et Aaron erit propheta tuus. Quia ipse vt propheta quæ Moyses facturū erat prædicebat. Quid multis opus est. Agnus ille paschalis quem Dominus præcepit immolari, in exitu Israël Ægypto, quot quæso Symbola etiam ad literam habet? Neque enim dicendum est, ad literam nihil significare. Docuit nos Spiritus sanctus significare Christum, sed hoc allegorice sane, at vero ad historiam si respiciamus, quid dicendum est significare. Quare anniculus. An quia ex tunc vnus annus peragendus erat vsq; ad consecrationē tabernaculi. Nam à morte Ioseph, vsque ad egressum ex Ægypto, intercesserunt anni. 140. & ab egressu vsque ad consecrationem tabernaculi in monte Sina, intercessit annus vnus. Ita que vsque ad aliud sacrificium annus interuenire debebat. Vide Exo. 12. & 40. Quare verò comederunt illum festinantes? Quare & cum lactucis agrestibus? Non ne melius erat vt comederent cum domesticis, quæ amara non sunt? Quare acincti lumbos? Manifestum est hoc ad transitum & Phasē celestem Domini populi que fugam sine mora faciendam ex populo qui eos amare tractauerat, spe stare. Plura denique alia Symbola sunt, quæ diligens possit adnotare lector, viginti quinque testimonia à Christo & Apostolis ex Exodo ad verbū desumpta sunt, eiusdemque sententiæ decem & nouē. Adducemus nos aliqua late inferius. Nunc ad Leuiticum accedamus, cuiusq; Symbola obiter & Ifagogico solum stylo, & velut à longe indicemus, vt possit lector ex paucis multa colligere, & ad regulam, quam ex patribus eliciemus, tanquam ad Lydiū lapidem, quam plurima quæ inueniet inter legendum, alia examinare.

DE LEVITICO, EIUS-  
que Symbolis,

PRINCIPIVM. 23

**L**euiticus liber à Leuiticis ministerijs, quæ ostendit, no-  
men obtinuit. Hebraice more Hebraico Vajjra dicitur 65  
quod sic incipiat, Et vocauit. Et sanè gratiosa valde fuit  
hominum illa vocatio. Nam inuenitur quidem Deum voca-  
se de cælis, de nube, de rubo ardenti, sed hic vocat ex domi-  
cilio, quod maiestate suâ & gloria impleuit & quod sibi vni-  
ce in terris delegerat vt inter homines habitaret. De hoc lib. 66  
Hieronym. ad Paulinum ita inquit. *In promptu est leuiticus li-  
ber, in quo singula sacrificia, imo singulæ pene syllabæ, & vestes Aa-  
ron & totus ordo leuiticus spirant cælestia sacrificia.* Continet au-  
tem in summa liber iste secundum. D. Athanasium in Synop-  
si, verum Dei cultum. *Consistit que verus Dei cultus vt D. docuit 67  
D. Augusti. In fide, spe, & charitate in ternâ præcipue: & secundo  
in quibusdâ actibus externis, qui sunt quasi protestationes quædâ  
cultus interioris.* Pro sensu autem eruendo ex sacris sermoni-  
bus, quibus cæremoniæ & sacrificia continentur, animadu-  
tendum est potissimum sensum esse, non literalem, sed spiri-  
tuale. Quamuis ex mystico non sumantur argumenta effi-  
cacia, nisi quando ab Christo aut ab Apostolis referatus vel 68  
ab Ecclesia aut communi patrum consensu fuerit. Nam  
tunc ex eo loco sic explicato, efficaciter cõuincitur quis piâ,  
de quo si bene memini iam superius attulimus exemplum.  
Itaq; in legis veteris historicis libris fere & in cæremonijs, &  
sacrificijs, præceptis iudicialibus & legalibus, spiritualis sen-  
sus est præstatiõ quod ab Spiritu sancto fit maxime intet<sup>9</sup>, ob  
veritatẽ in illis obuolutâ vmbri. Quare D. Paulus ad Colof. 69  
2. literam veteris legis in cæremonijs & legalibus vmbre cõ-  
parat, spiritalem verò eorum intellectum corpori. Idemque.  
1. Corinth. 9. referens illud. *Non alligabis os bovi trituranti.* con-  
cludit. *Nunquid debobus cura est Deo.* Manifeste docens prop-  
ter nos fuisse illa verba præcipue dicta. Idẽ. 1. ad Timot. cap.  
5. & alibi, docet idem, de sensu spirituali. Aduertendum in  
super

D. Hieron.

D. Athan.

D. August.

Colof. 2.

1. Corin. 6.

super non quibuslibet sacra scriptura locis, quadruplicem  
siue triplicem sensum tribuendum, sed quibusdam triplicem,  
& duplicem quibusdam, & interdum non nisi vnicum, vt in  
Pauli epistolis est videre. Nã præcepta, & doctrina & consi-  
lia quoque vnicam solum intelligentiam habere videntur. At  
71 non ita in Leuitico, & historijs alijsque legalibus libris. Du-  
plex enim saltem, vt plurimũ est sensus, & præcipuus est spi-  
ritualis. Hoc ita prædicto fundamento, vt Symbola, quæ ex  
hoc libro sumenda sunt intelligantur, illud oportet prius defi-  
nire, nimirum, quam obrem fuerint instituta sacrificia, & fe-  
72 cundo, qua de causa, fuerint prohibita quædam animalia, &  
concessa quædam. Supponendumque est non esse ad æquatã  
rationem dicere solum, quod nociua prohibebantur, carnes  
enim suillæ valde sunt sapidæ & proficua, vel ad sensum so-  
lum mysticum referre ista omnia, cum etiam ad literam ali-  
qua sit, vt & in alijs assignanda conuenientia. De primo, ergò  
73 cum Lyrano breuiter est dicendum, sacrificia veteris legis  
instituta fuisse, ad doctrinam Iudæorum, vt scilicet, reuoca-  
rentur ab impia illa, ad quam impense erant propensi, idola-  
tria; & in vero Dei cultu exercerentur. Atque in figuram ve-  
ri nouæ legis sacrificij, videlicet Christi in ara Crucis immo-  
lati. De secundo autem nullus. D. Thomæ melius nos docet 74  
qui. 1. 2. q. 102. art. 6. ad primum argumentum pro literali ra-  
tione dicit. *Quædam esse prohibita animalia, quia nociua, & quæ-  
dam concessa vt humano esui aptiora, & quædam rursus, quia eis  
vtebantur Aegyptij in cultu Deorum suorum, & ideo quædam  
denique concessa, quia illis ob superstitionem solum erant vetita.*  
Sed eius verba non fucata, sed simplicia & doctissima, non  
erit inutile hîc apponere. Loco præallegato, ad primum ref-  
75 pondens argumentum, ita inquit. *Ad primum ergò dicendum,  
quod sicut supra dictum est, duplex polluto vel immunditia. Obser-  
uatur in lege, vna quidem culpæ, per quam polluebatur anima, alia  
autem corruptionis cuiusdam, per quam quodammodo inquinatur cor-  
pus. Loquendo igitur de prima immunditia, nulla genera ciborum  
immunda sunt, vel hominem inquinare possunt secundum suam na-  
76 turam. Vnde dicitur Matth. 15. Non quod intrat in os coinquinat  
hominem: sed quæ procedunt de ore, hæc coinquinant hominem,*  
F 3 & ex-

D. Thomæ.

Matth. 15.

& exponitur hoc de peccatis. Possunt tamen aliqui cibi per accidens  
 inquinare animam: in quantum, scilicet, contra obedientiam, vel vo-  
 tū, vel ex nimia concupiscentia comeduntur, vel in quantum prabet fo-  
 metum luxuria, propter quod aliqui à vino & carnibus abstinent. Se-  
 cundū autē corporalē immunditiam, quæ est corruptionis cuiusdam, 77  
 aliquæ animalium carnes immunditiā habent; vel quia ex rebus im-  
 mundis nutriuntur, sicut porcus, aut immundē conuersantur, sicut  
 quædam animalia sub terra habitantia: sicut talpæ, & mures, & alia 78  
 huiusmodi. (Vnde etiā quædā fætorē contrahunt) vel quia eorū car-  
 nes propter superflūā humiditatē, vel siccitatē corruptos humores in  
 corporibus humanis generāt. Et ideo prohibita sunt eis carnes anima-  
 liū habentiū soles, id est, vngulā vnā non fissā propter eorū ter-  
 restreitatē. Et similiter sunt eis prohibita carnes animalium habentiū 79  
 multas fissuras in pedibus, quia sunt nimis cholericæ & adusta, sicut  
 carnes leonis & huiusmodi. Et eadē ratione prohibita sunt eis aues  
 quædā rapaces, quæ sunt nimis siccitatis, & quædā aues aquaticæ,  
 propter excessum humiditatis. Sunt autē eis cōcessa ad esum, anima-  
 liū ruminantia & sudentia vngulā, quia habent humores benè dige- 80  
 stos, & sunt mediæ cōplexionis, quia nec sunt nimis humida quod sig-  
 nificant vngulæ, neque sunt nimis terrestria, cū non habeāt vngulā  
 cōtinuā, sed fissā. In piscibus etiā cōcessi sunt pisces sicciore, quod sig-  
 nificatur per hoc quod habēt squamas & penulas. Per hoc enim effici-  
 tur tēperata, cōplexio humida piscium. In auib; etiā sunt eis cōcessa  
 magis temperata, sicut gallinæ, perdices, & alia huiusmodi. Alia ra- 81  
 tio fuit in detestationem idolatriæ. Nā Gētilēs & præcipue Ægyp-  
 tij inter quos erant nutriti, huiusmodi animalia prohibita idolis im-  
 molabant, vel eis ad maleficia utebantur. Animalia verò quæ Iu-  
 deis sunt concessa ad esum, nō comedebant, sed ea tanquā Deos cole-  
 bāt, vel propter aliā causam ab eis abstinebāt, vt supra dictum est. 82  
 Tertia ratio est ad tollendā nimiam diligentiam, circa cibaria, & ideo  
 cōceduntur illa animalia, quæ defacili & in prōptu haberi possunt. Ge-  
 neraliter tamē prohibitus est esus, esus omnis sanguinis, & adipis, cu-  
 iusvis animalis. Sanguis quidē tum ad vitandam crudelitatem, vt  
 detestaretur humanum sanguinem effundere, sicut supra dictū est, tū  
 etiā ad vitandum idololatriæ ritum, quia eorum consuetudo erat,  
 vt circa sanguinem congregatum adunarentur in honorem idolorū  
 quibus reputabant sanguinem acceptissimum esse. Et ideo Domi-  
 nus mādauit, quod sanguis effunderetur, & quod puluere operiretur,  
 Et pro-

- 84 Et propter hoc etiam prohibitū est eis comedere animalia, suffocata,  
 vel strangulata quia sanguis eorum non separatur à carne; vel quia  
 in tali morte animalia multum affliguntur, & Dominus voluit eos à  
 crudelitate cohibere etiam circa animalia bruta, vt per hoc magis re-  
 cederent à crudelitate hominis, habentes exercitium pietatis etiam  
 circa bestias. Adipis etiam esus, prohibitus est eis, tum quia idola-  
 tria comedebāt illū in honorem Deorum suorum, tum etiam quia cre-  
 mabatur in honorem Dei: tum etiam quia sanguis & adeps non ge-  
 nerabant bonū nutrimentum, quod pro causa introducit Rabbi Moy-  
 ses. Causa autē prohibitionis esus nervorum exprimitur Genes. 32. 85  
 vbi dicitur, quod non comedūt filij Israel neruum, eo quod tetigerit  
 (Angelus, scilicet,) neruū sēmoris Iacob & obstupuerit. Hæc D.  
 Tho. de ratione literalī & historica prohibitionis & cōcessio-  
 nis animalium. Ex quibus vnum mihi solū non omnino (nisi  
 quod eius est) placet, nimis ū, animalia quæ dā esse prohibita  
 quia ex immundis nutriuntur sicut porcus. Nam hac ratione  
 etiam gallina prohiberi debuerat. Porcus autem quare sit pro-  
 hibitus ad literam dicitur in Decalibus. S. Clemens Alexan-  
 drinus lib. 5. stomatū, postquā egit de sapientia Ægyptiorum  
 quam superius commemorauimus Principio. 2. ita inquit, ad  
 87 Hieroglyphica alludens. Talia ergo Moses quoque præcipit, vt  
 hac quoque communia. Non vesci porco, neque aquila, neque acci-  
 pitre, neque coruo. Rationemque reddit. Nam porcus, quia est ani-  
 mal voluptati deditum & immundum, Symbolum est ingluuiei &  
 88 libidinis, significans ciborum cupiditatem, & salacem in re venerea  
 intemperantiam, & inquinatam vitam in cæno vitiorum iacentem  
 quæ ad cædem & interitum saginatur. Permisit autem vt comedan-  
 tur, quæ sudent vngulas animantia, significans, inquit, Barnabas. 89  
 (Eius est enim hæc doctrina, aitq; eum esse Apostolum supra  
 relatū in Traditionibus, quas sic vocauit) Oportere adhaerere ijs  
 qui timent Dominum, & in corde meditantur eam, quam acceperūt  
 verbi distinctionem, ijs qui loquuntur, & seruant Domini iustifica-  
 tiones, verba sunt Clementis. Ijs qui sciunt, quod meditatio est  
 opus latitiæ, & qui verbum Domini ruminant. Quid vero est quod  
 fissas & duplices habet vngulas. Quod iustus & in hoc mundoambu-  
 90 lat, & sanctum expectat sæculum. Et postmodū apud eundē S.  
 Clementem videtur subdere S. Barnabas. Videte quam pulchrè  
 legem Moses tulerit. Sed vnde nam illis in mētem venerit, vt hac co-  
 gitarent

Rabbi Moy-  
 ses. Genes. 32.

Vide De. 7  
 Symbo. 2.  
 S. Clemens.  
 Alexandri.

B. Barna-  
 bas.

S. Barna-  
 bas.

gitarent, iam videtur loqui S. Clemens. Nos iure præcepta intelligentes loquimur, ut Deus voluit. Propterea aures nostras & corda circumcidit, ut hæc intelligamus. Quando certè dixit: Non vesceris, aquila, accipitre, & miluo, & coruo. Non ad hærebis, inquit, neq; assimilaberis his hominibus, qui labore & sudore, nesciunt sibi parare victum, sed in rapina viuunt & iniquitate. Aquila enim rapinam, accipiter autem iniustitiam & coruus auaritiam, & plura habendi cupiditate significat. Scriptum est autè. Psal. 17. Cum viro innocente eris innocens, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Theognis. Sanctis ergò conuenit adharere, quoniam ij, qui eis adharerent, iustificabuntur. Vnde Theognis.

*Te bona nanque boni, si vna versere docebunt:  
Præui sed periment quod fuit ingenium.*

Hæc ille. Quæ sanè non iuxta literalem sensum mihi dicta videntur, sed potius iuxta Mysticū. Nisi vglimus dicere, hūc librum totum esse ferè rebus & verbis allegoricum admodum Canticorum Salomonis & Apocalypsis Ioannis. Sed adiungamus illa quæ de mystica horum ratione post ea quæ superius retulimus D. Tho. prodit. *Figuralis autè ratio horū, inquit, est, quia per omnia huiusmodi animalia prohibita designatur aliqua peccata in quorū figurā illa animalia prohibebantur. Vnde dicit D. Augustinus in, vel, contra Faustum. Si de porco & agno requiratur, vtrūque natura mundū est, quia omnis creatura Dei bona est: quoad verò significatione agnus mundus, porcus immūdus est, tanquam si stultū & sapientē diceret. Hæc D. Tho. & alia multa subdit, quæ libens omitto, non quia nō fiat vtilissima, sed quoniā nos aliō properamus, satis superq; de his mysticis tradiderūt alij. Lege tamen quæstionē illam. 102. vbi multa inuenies ad vnguē explicata, de sacerdotibus eorumque ritibus & cæremonijs, & alijs, quæ in lege veteri iuebantur, vel etiam vetabantur. Ex hoc libro tredecim locos ad verbum, & totidem sententijs citarunt Euangelistæ & Paulus, ut à quibusdā video id obseruatū. Decem iuxta sententiam verborum in Cātapetrense solū adnotata inuenies. Sed de Leuitico eiusque Symbolis, hæc sint satis.*

D. August.

Cātapet.

D E

## DE NUMERORUM LIBRO eiusque Symbolis.

### P R I N C I P I U M. 24

96 C O Nsequens est ad tres prædictos. Numerorum liber Symbola non pauca continens. Agitur autem in eo, de Ordinibus, siue Numeris (vnde & nomen obtinuit) pugnatorum & oblatorum, quid scilicet singuli principes obtulerint, & ministrorum, Leuitarum nimirum & sacerdotum, & quæ eorum singula officia, exploratorum quoque, & peccatorum ut Chore, Datan, & Abiron, & scortantium cum Madianitis, genitorum in deserto, necnon & mansionum atque præsidiorū. De hoc libro D. Hieronymus ad Paulinum ita inquit: *Numeri verè nonnè totius Arithmetica, & prophetia Balaam, & quadraginta duarum per eremum mansionum, mysteria continent?* Sunt autem quæ in hoc aguntur libro, si mysticè sumuntur, intelligenda fere omnia, de consolatione videlicet Euangelicæ prædicationis. Eo enim præcipuè spectabat Moyses, quo significaret Christiani populi profectum, siue à terra in cælum ascensum per duodecim tribus Israel & quadraginta duas mansiones. *Stultorum sanè infinitus est numerus* (Vt Ecclesiastes capitul. 1. prodit) at saluandi, quoniam eos Deus præcipuè curat, omnes in numerato sunt in mente Dei. Quod innuit Dominus dicens, *Nam & capilli capitis vestri omnes numerati sunt: & capillus de capite vestro non peribit.* Primum est Matth. 10. secundum verò Luca. 21. Ideo autem (quantum ego existimo) voluit Israellem Deus, ante pugnasillas, & calamitates futuras, & post tot præteritas numerari, ut appareret conspicuò, quàm verax & fidelis Deus est in suis promissis. Nam quamuis, ipsemet Dominus ut stellas cœli & vt arenam maris, & vt puluerem terræ, Abrahamæ Patriarchæ sanctissimo futurum semen promissit, ostendit Dominus se promissis stetisse, populum præcipiens numerari, ut clarum esset, quam innumera esset multitudo

D. Hiero.

Ecclesiast. 1

Matth. 10.

Luca. 21.

F I

se

feminis & posteritatis Abrahamæ. Non enim pugnant hæc duo, quod ut arena sit multa posteritas & quod numeretur. *Mibi*<sup>100</sup> autem (ait David psal. 138. *Nimis honorati sunt amici tui Deus nimis confortatus est principatus eorum*). Et subdit: *Di-numerabo eos, & super arenam multiplicabuntur*. Sex cæta millia & mille septingenti triginta sunt denud geniti in deserto, Num. 26. capitul. Vide filios Israel super arenam maris multiplicatos. Populus ille (si rem mysticè consideremus) per quadraginta duas mansiones ingressus est terram promissionis, & per quadraginta duas generationes, Dei populus ab Abiaham fidei nostræ patre venit ad Christum. Sed de singularum mansionum significatione mystica, videndus est D. Hieronymus ad Fabiolam, & Beda in quæstionibus super librum Numerorum. Pectus virile hominis Christiani præsignat ex Origene homil. 1. in Num. quod pueri non enumerati sunt, nisi ex ordine Leuitico, aut sacerdotali, neque fœminæ, sed neque feruorum quisquam, ut pote vita moribusque degenerantes. Neque aduenæ aut Ægyptij admitti, non enim quando quis gerit pueriles vel Ægyptios mores, siue barbaros, dignus est populo Dei annumerari. Addit & Origenes, quod singulis vnusquisque tribubus, in generali resurrectione sociabitur, pro his, quæ ad vnâ quamque earum, vel in actibus cognata vel in moribus habuit. Eandem rationem reddit & D. Hieronymus Matt. 14. ob quam neque mulieres neque viri enumerantur. Et Theophylactus Iohan. 6. capitul. Videndus est & Cyrillus libr. 3. in Ioan. capitul. 16. Ex his quàm multa in libro hoc sunt Symbolicòs posita, colligere licet. Et ad literam sunt Symbola complura. Præcipuum autem illud est, quod de Magorum aduentu, adeo clare videtur intelligi, ut non multis ad id explicandum opus sit. *Orietur stella ex Iacob* (ait Balaam) *Et exurgit homo ex Israel*. Quid verò de serpente illo æneo dicendum est? Fuit sanè ad literam salutis signum. Sic enim legis capitul. 21. *Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo, quem cum percussi aspicerent sanabantur*. Sed numquid absque illo signo, non potuit Deus sanare Israelitas? absit. Sed ad futuram sui Christi mortem respiciebat, qui ex morte sua dedit vitam in ligno, ut vnde mors oriebatur,

Psalm. 138

Numer. 26.

D. Hieron.  
Beda.  
Origen.D. Hieron.  
Theophila.  
Cyrillus.Num. 24.  
Vide deca.  
2. Symb. 4.

Num. 21.

batur, indè vita resurgeret, ut qui per lignum vincebat serpens per lignum quoque vinceretur, ut & Israelitæ à serpentibus morfi, serpentem aspicientes sanabantur. Ecce aliud Symbolum. Virga Aaron quæ floruit. *Refer* (ait Dominus ad Moysen) *Virgam Aaron in tabernaculum testimonij, ut seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel*. Accipe & aliud ex capitul. 6. quin potius non vnum, sed multa, in Allegoria sermonis posita. *Vir siue mulier, cum fecerint votum, ut sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, à vino & omni quod inebriare potest, abstinerebunt &c.* Sic exponit B. Arias. Id est, Siue illud fiat de acinis vuarum, siue de cortice earum, id quod in Hebræo est, *Ab acinis vsque ad corticem non comedent*, iuxta nostram vulgatam, ita habetur: *Quicquid ex vinea esse potest, ab vna passa vsque ad acinum non comedent. Sacrificium eleuare coram Domino etiam* Symbolice videtur dictum. Num. 5. Et sacrificium illud zelotypiæ, multa habet etiam ad literam Symbolica. Et Num. 21. *filie* vocantur oppida, quæ alicui vrbi adiacent, quod illuc sicut matri congregentur. Nam iuxta Hebræum ita habetur: *Et habitauit Israel in Chesbon, & in omnibus filiabus eius, id est, Vicinis oppidis & pagis*. Et Num. 18. *Tu autem & filij tui custodite sacerdotium vestrum, id est, præceptum sacerdotij. Et columna illa nubis, Nonne erat Symbolum maiestatis ac fortitudinis Dei, eiusque incomprehensibilis potentia?* Sic & alia tu adnotare poteris. Vnus locus ex hoc libro citatus inuenitur in Ioanne, at sententias decem & octo, tum in Ioannetum in alijs sacris autoribus inuenies. Atque hæc de Numeris.

Num. 17.

Num. 6.

B. Arias.

Num. 5.

Num. 21.

Num. 18.

## DE DEUTERONOMIO eiusque Symbolis.

### PRINCIPIVM. 25.

**D**euteronomium vltimus est legis Mosaicæ liber, qui (Latinum si reddatur nomen) lex secunda dicitur, eo solum quod sit quasi iteratio, vel epitome totius legis  
Mo

*D. August.*  
*D. Hiero.* Mosaicæ, iuxta *D. Augustinum* lib. 1. de Mirabilibus sacræ scripturæ cap. 35. & quæst. 49. super Deuteronomium. Sic etiam *D. Hierony.* librum hunc aduersus Pelagianum lib. 1. circa finem iterationem præteritorum appellat. Et ad Fabiolam de .42. mansionibus circa finem, Meditatorium vocat Euangelij: & ad Paulinum cap. 7. sic inquit: *Deuteronomium quoque secunda lex, & Euangelica legis præfiguratio, non ne sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnibus?* Id est, & si pauca dicta sunt prius, quæ non hic repetantur, ita tamen hic singula sunt pertractata, quasi noua sint omnia vt *D. Isidorus* lib. etymolog. 8. locum hunc intelligit. Continet enim liber hic epitomen quandam itineris & laborum ab Israelitis perpefforum, foederis & præceptorum, iudicialium, ceremoniarum, & Moralium, officiorum ecclesiasticorum, benedictionum, siue promissionum diuinarum quæ iustis paratæ sunt, & maledictionum siue poenarum, quæ in transgressores constitutæ sunt, prædictionum, quibus Moses iam moriturus, quæ cuilibet Tribui futura erant prophetauit. Quibus peractis, Moses moritur, desletur, sepelitur à Deo. Et in loco eius substituitur eis Iosue. Hæc ferè ex Edero & quæ ad distributionem historiæ librorum pertinent ab eo (vt quæ plurimum ad Symbola eruenda iuuant) libenter mutuamur. Refertque idem autor, in nouo instrumento Deuteronomium quinquages, & eò amplius afferri in testimonium. In Deuteronomio autem, quam plurima esse Symbolice dicta quis non videat? Vide benedictiones & canticum Mosis, & inuenies non pauca. Lex illa ex cap. 24. *Contra eum qui nollet ædificare domum fratris sui, qua vocabatur domus eius domus discalciati,* Nonne infamiæ Symbolum est? Illudque de coelo æneo pluias non danti ex capitul. 27. & de terra ferrea & sterili symbolice dicitur. Septenariusque numerus ibi promultitudine bis ponitur. *Per vnã viam venient contra te & per septem fugient à facie tua.* Et in maledictionibus, *Per vnã viam ingrediaris contra eos & per septem fugias.* Lege illas benedictiones, & maledictiones, & inuenies non pauca Symbola. Quinimo omnia illa veluti quædam non obscura signa, sunt data seruantibus euangelij & transgredientibus illud, si a d spiritum transferantur. *Moses* capitul. 32. post com

completum Canticum dixit: *Ponite corda vestra, in omnia verba, quæ ego testificor vobis hodie,* id est, custodite & memoriter tenete ea, quæ coram coelo & terra, vt testibus ego vobis dico. Sic *Iob,* *Aut quid apponis erga eum cor tuum?* Id est, recordes illius, & curas adeo illum? Quodque capitul. 31. dixit, *Inuocabo contra eos cælum & terram* in Hebræo est, *Contestatus sum hodiè contra vos cælum & terram,* Id est, simul mecum in testes contra vos vocaui. Sic *Exodi. 29.* dixit *Moyfes:* *Contestando contestatus sum populum,* Id est, coram testibus admonui. *Leuabo* ad coelum manum meam, & dicam, *Vno ego in aeternum.* Ac si *Hispane* dixisset, *Iurare como quien soy.* Ecce forma iurandi, de qua supra mentionem fecimus. Quod Dominus ad *Moysem* deprecantem vt eum in terram promissionis ingredi permitteret, dixit: *Sufficit tibi, nequaquam vltra loquaris de hac re.* *Hispane* etiam solet dici, *No me trateys mas desso.* Hebraice autem est. *Multum tibi,* Id est, Sat est quod vsque huc venisti. Sat sit etiam quod hæc pro introductione de Pentateucho Mosis, symbolicè dicta adduxerimus, vt à Mose plurima orta cognoscantur.

DE ALIIS DIVINAE HISTORIAE LIBRIS EORUMQUE SYMBOLIS, SUMMATIM.

PRINCIPIUM. 26.

**I**N alijs quoque diuinæ historiæ libris, Symbola esse quam plurima notius est, quam vt multa explicatione indigeat. Nos pro nostra Ifagoge, de his aliquid adijciamus. Inuenies autem in sacra historia, ad omnia quæ volueris paradigmata. Nam vt *Chrysostomus* in homil. 1. de Dauide & *Go-liath* dicit) *Si de Rege loqui voles ecce Rex, siue de militibus, siue de re familiari, siue de publicis civilibusque negotijs, videbis in scripturis horum omnium magnam copiam. Huiusmodi commemoratio- nes magnam adferunt utilitatem. Impossibile est enim, impossibile, inquam, est, animum in hoc genus historia versantem, à cupiditate*

De. 27. 28. 26 *tibus superari.* Hæc D. Chrysoftomus. Ostenditur siquidem in libris historialibus Deum reuera præstitisse omnia quæ Israelitis Deuteron. 27. 28. 29. Legem eius obseruantibus promissit in summa, scilicet, terram fluentem lacte & melle, idest, abundantem valde rerum copia magna, de quo in Iosue lib. 25 defensionem laborantium, de quo in libr. Iudicum, humilium emersionem in libro Ruth: exaltationem iustorum, in libr. Regum, & Paralip. atque Esdra. 2. auxiliumque in periculis, in libro Thobiaz, Iudith, Esther & Iob, & consolationem in afflictionibus, quam etiam prædicti libri continent: & denique de hostibus triumphum in lib. Machabæorum. Transgredientibus autem comminatus est potissimum duo, expulsionem, scilicet, & captiuitatem, de quibus in lib. Regum & Paralipomenon agitur etiam. Paradigmati ergo nos docet Deus in his libris, virtutes amare, vitiaque fugere, proponens nobis præmia quæ iustis donat, & poenas, quas impijs retribuit pro sceleribus. Quid enim aliud quæso est Dauid, quam quoddam admirandum humilitatis Symbolum? Quid verò Iob, quam verum & perfectum patientiæ simulacrum? Sicut & est Thobias ille senior? Quid autem Iudith, nisi viua imago continentia vidualis? Horum exempla sequere, horum inhære vestigijs. Videas in his libris, quod Paulus postea docuit, *Iustus omnia in bonum cooperari.* Vtque in eis debeas te excolere legendo, docet te D. Hieronymus in Epist. ad Eustochium circa finem dicens: *Historia vt veritatis fundamentum amanda, magis tamen sequenda spiritalis intelligentia.* Sed de illa, eiusque Symbolis, longum esset, vel summam vel indicem texere. Satis superque à 29 viris doctissimis dictum est. Sunt & quo ad literam quam plurima. Nam in primis, *filius vnus anni* Dicitur Saul cum regnare cœpit, idest, filius innocentia, vel innocens, ac si esset vnus anni puer. Sed & duobus tantum annis dicitur regnasse in Israel, quoniam duobus illis solum bene ambulauit, cum 30 Deo scilicet, iuxtaque eius voluntatem. Actuum autem. 13. capite surgens Paulus & manu silentium indicens (iuxta antiquorum morem) inter alia, quæ commemorauit, sic ait. *Et exinde postulauerunt regem (idest, post Samuelem, Vel potius viuente Samuele) & dedit illis Saul filium Cis, virum de tribu*

Ben

Rom. 8.

D. Hiero.

1. Reg. 13

Actu. 13.

31 *Beniamin annis quadraginta.* Quod sic intellige, vt ab initio Samuelis (que ad finem regni Saulis quadraginta annos enumeres. Sic habetur in chronicis Eusebij, qui ex hoc loco probat Saulem cum Samuele regnasse quadraginta annis in Israelitico regno. Bellanensis lib. 7. suarum institutionum Euan- 32 gelicarum capit. 6. dicit, *Samuel sacerdos summus, & sanctissimus primum solus, de inde ipse simul, & Saul Rex à Deo per manum eius electus, triginta & duobus annis præfuerunt, & regnauerunt.* 1. Reg. 1. & 3. Regum. 6. *Vbi numerantur anni ab egressu de Agypto.* Hæc ille Fateor ego sane ibi numerari annos 33 ab exitu Israel de Agypto vsque ad tempus quo Salomon ædificare cœpit domum Domini. Sic enim capitul. 6. libr. 3. Regum incipit *Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Agypti &c.* Sed negari non potest, cum Paulus Actuum. 13. dicat, regnasse Saulem quadraginta annis, aliter intelligi non posse, nisi concedendo cum Samuele illos impleuisse, idest, enumeratis qui 34 bus cum eo regnauit, & Samuel, & quibus ante eum. Sed de hoc fortè dicendi alias offeretur occasio. Cum ergo tot regnauerit annos Saul, duobus tantum dicitur regnasse, quoniam qui rectè transiguntur anni, hi solum enumerari sunt digni. Quarè & Ezechiel cap. 1. sic incipit. *Et factum est in tricesimo anno &c.* Ab inuenta lege annos enumerans. Cum animam agas, non enumerabuntur anni tui mali, nisi in maiorem cōdemnationem tuam, si in beneuolentia Dei, non discesseris ab hac vita mortali. Nam Deus amicis etiam non nisi in bonis actibus peractos acceptat annos. Symbolum est & illud Helisei ad Eliam, *Oro vt fiat in me spiritus vnus duplex, vel, Obsecro, Vt Vulgata nostra habet.* 4. Reg. cap. 2. ab Hebræis nō intellectum in fidelibus arguentibus, D. Hieronymum non rectè transfuisse illud, *Pi Senaim*, idest mensura duorum, vt exponit quidam doctus Hebræus, mensura duarum partium, 37 sed vere de spiritu duplici intelligendum est: ac si Hispanè diceret *Vuestro spiritu, y otro tanto mas.* Nec immodestia arguendus est Heliseus. Dicemus de hoc in Decadibus forte. *Mouere caput post aliquem, deridere est illū, Hispanismo nostro dicitur Hazer gestos.* Que phrasis Hebraica 2. Reg. 19. ponitur iuxta 38 Hebræū, Ianus quispiā bifrons si daretur, qualem pinxit ille.

Euse.  
Casar.  
Petrus.  
Garsias.

1. Reg. 1.  
3. Reg. 6.

3. Reg. 6.

Actu. 13.

Ezec. 1.

4. Reg. 2.

2. Reg. 19.  
Persius.

O Ia-



- O Iane a tergo, quem nulla ciconia pinxit &c.*
- Oleaster.** Non ei à tergo gestulationes derisoriz vt quæ fiunt circa aū rículas ad designandā stultitiam, ei fierent. Ex sententia Oleastri diximus inueniri hanc phrasim iuxta Heb. loco citato, nam iuxta Vulgatam in illo capitul. non est. In Isaiā autem capitul. 37. ita habetur: *Post te caput mouebit filia Hierusalem.* Remouere posteriora alicuius, est delere eius posteritatem, quod filij sint quasi posteriora patris, vnde. 3. Regum. 21. ait Elias voce Domini ad Acab. *Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua.* Et Symbolice prosequens prophetiam addidit Elias in persona Domini: *Et interficiam de Achab mingentem ad parietem,* Id est, robustum & fortem iuuenem, & claudum & vltimum in Israel. Id est, à minimo vsque ad maximū omnes de tuo semine moriētur. Aliquod simile idioma video apud Hispanos nostros dici, *No quedara grande ni pequeño,* vel antiquiorum phrasi Hispanorum, *No quedara piā te ni mamante.* Vel aliter, *Desdel primero hasta el postrero.* Percutere cor, est remordere vermem conscientiz, vel stimulum. **1. Reg. 24.** *Post hac percussit cor suum Dauid,* Id est, momordit eū conscientia eius. Vel aliter. Ostendit Dauid tunc fione pectoris se malefecisse. Nam ideo subdit, *Eo quod abscidisset orā chlamydis Dauid.* 2. Regum. 26. dicit Iehu, *Quid tibi & pacis Scilicet, cōmune.* Sicut Paulus, *Quæ communicatio Christi ad Belial? Posuit animam suam in manu sua, dixit Ionatas de Davide.* 1. Reg. 19. id est, exposuit eam mortis periculo. *Facta est manus Domini,* id est, vis prophetiz super Eliseum. 2. Reg. 3. Accipere aliquā est ducere illam in vxorem. 1. Paral. 2. *Et accepit eam, cū esset annorum sex aginta.* Et illud: *Noli timere accipere Mariā cōiugem tuā.* In li. 2. Paralip. c. 21. iuxta Hebræum habetur, *Ambulauit absq; desiderio,* Id est, vixit in gloriā Ioram, nullum sui desiderij relinquens, pro quo est in Vulgata *Ambulauitq; nō recte.* Elegātius erat, si reddidisset interpretis, *Ambulauit absque eo quod suū relinqueret desiderij.* Vt de casta generatione cū claritate, id est, de homine magni nominis sine filijs, ait sapiēs, c. 4. sapien. *Imitatur illā & desiderat eā cū se eduxerit,* Id est, cū finita fuerit, quoniā nō relinquit hære dē. Symbolicū est & nomē Anathema, *Ponatis in Anathema,* Id est, sitis causa perdicionis Iosue. 6. *3. Reg. 2.* Nō secus & 3. Reg. 2. Symbolice dicitur. *In baltheo qui erat*

- erat in lūbis suis dedit sanguines belli iuxta Hebræum. Id est, ense quo facta fuit ea cædes, accinxit se ex industria. In Vulgata nostra de Ioab sic dicitur *Et effudit sanguinē belli in pace,* & posuit crurē belli in baltheo suo, quod tinxerit eū scilicet qui erat circa lumbos eius, & in calceamento suo, quod erat in pedibus eius. Ex positi oila prior est B. Mōtani. Sed Hebraismū videtur exposuisse D. Hierō. *Benedicere Domino,* Id est, quod gratias agere & populo, id est, foelicia precari. 2. Paral. 31. *Viri euaginātes gladium,* Id est magnanimi & bellicosi per Hebraismū dicuntur. 2. Reg. 2. Par. 31. 3. Sed quid ego in recēfendis Symbolis immoror? Quis potest cuncta colligere. Quis enumerando sufficere. Et potissimū in his libris potiora sunt quæ ex Hebraismis oriuntur. Ex Machabæis etiam Esther & Iudith, Symbolorum exempla sunt, sed pro Ifagogē hæc satis: illa enim non ad modū obscura sunt. Jam ad præstantes magistros Symbolorum accedamus.

## DE PROPHETARVM Symbolis Et primò de Beato Iob.

### PRINCIPIVM. 27.

- 47 **S**ed indicemus iam inexhaustos, limpidissimosque fontes Symbolorum. Sunt verò hi inter omnes alios scriptores sacros Prophetæ. De Mose iam diximus ut cum que. Nūc de Prophetis alijs, qui ob Symbola sunt obscuri, aliquid dicendum est. Iob equidem habet plurima, & Dauid nō pauciora, sicut & Salomon eius filius in suis libris, & præcipue in Cântico canticorū, qui libet totus est Symbolicus. Sic & Prophetæ maiores & minores, Symbolis vtuntur frequenter. Et in nouo testamento Ioannes ille præ omnibus in sua Apocalypsi, loquutus est per ænigmata. Ad eòq; propriū est Prophetis atq; vñtatum, res futuras sub notis peculiaribus & sub ænigmatis tradere, vt sine intelligentia huius Theologicæ partis, impossibile prorsus sit, illorum libros intelligere. Quare de plurimis aliqua, pro Ifagogico libro nostro, libuit apponere. Et in primis, à Iob incipiamus. Mirus est liber Iob. & altissimæ intelligentiz, & varietate quadā pulcherrima decorus. Nā si verborū context

contextum spectes psalmographum, eiusque psalmos imitari dicas, si vero vim argumentorum ad Dialecticam sacræ scripturæ tractationem referas, habereque Dialogi siue familiaris colloquij speciem videas. Si autem rerum gestarum considera ueris seriè, historiam grauiissimamiro traditâ, artificio iudica ueris. Continet autè descriptionem fortunæ Iob prosperæ & aduersæ, & disputationē, quæ sumitur partim ex probabilib<sup>9</sup> argumētis, & dicitur Dialectica, qualis est inter Iob & eius amicos, & ex apparentibus, & est Sophistica, cuius generis est illa Heliu, cui non respondit. Et ex questionibus captiosis, & est tētatiua, qualis est inter Dominum & Iob varijs tentatum modis. Vel est ex necè strarijs, & est demonstratiua, qualis fit inter Dominum & amicos Iob, ubi ipse Dominus definiuit eos non recta loquutos. Aduerte tamen patientiam S. Iob stupēdā, quē nolebat Dominus captiosis capere. & circūcludere argumētis, sed tētare & probare, ut hominibus notū fieret, quātus Dei amicus erat Iob. Disceque ut Deus res humanas curet, suosque charos & amantissimos, postquā videntur veluti submersi in pelago tribulationū, eos emergere, caputque extollore faciat, cūque in igne & aqua probat, ex igne & aqua illæfos atque incolumes & amantiores sui, & præclariore, eos in lucē edit. Vides enim in hac dulcissima historia, quot & quanta Iob perpeffus sit, & quod toties à Dæmone tentatus vicerit, & pie illatas plagas tolerauerit, rursusque omnia duplicata receperit, illustriorque quam fuerat antea factus sit, iterumque plures, decem scilicet liberos habuerit, licet nonduplicato numero, ad fidei maiore confirmationem, quo scilicet crederet, filios in calamitatis turbine emortuos, apud Deum viuere. Ex ipso quippe contextu sacro constat, bona omnia duplicata, Deum illi reddi disse, filios autem, non nisi decem. Dicere vero, viginti Iob in prosperitate filios habuisse quod apud Deum mortui uiuerent, non satis est ad literalem sensum commoda explicatio. Eadem enim ratione, in calamitate decem filios habuisse viuos apud Deum dici posset. Post plagas namque acceptas adhuc centum & septuaginta vixit annos, ut D. Athanasius prodit in Synopsi sua. Vnde merito eius historia olim legebatur in conuentu Ecclesiæ in diebus sanctis, ut in diebus ieiunij, & abstinentiæ &c. ut docet Origenes, non longe

longe à principio, in Iob. Sed iad Symbola indicanda (quod nostri est muneris) appropiemus. Et quidem in ipso primo capite possunt breuiter aliqua assignari. Nam filij Dei dicuntur boni angeli, & assistere vel assistere coram Domino ad eius exequenda iussa, prompti, & expediti. Cui rei & affuisse dicitur Satan. Quod & nomen est Symbolicum. Quadam die dicitur esse D. Gregorius autumat, ad designandam foeli citatem Iob in victoria, de Satana, reportanda. *Circuisse etiam dicitur terram & perambulasse eam*, Id est, attente explorasse hominum mores, & ingenia, laqueos abscondens illis. Ambulare autem, ingredi & perambulare, idem quandoque est, quod viuere, agere & conuersari. Dicebat item Iob, de filijs suis, pro quibus offerebat sacrificia, *Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis*, Id est, maledixerint. Poterat forte videri alieni sine antiphrasi interpretari locū posse, hoc modo: Ne forte filij mei peccauerint in cordibus suis, quantum exterius Deum benedixerint. Videofane eos bene morigeros, sed occulta si habent peccata quis nouit? Vnde & David petebat psal. 18. *Ab occultis meis munda me Domine*. At per antiphrasim ab Gregorio, Origene, Chrysostomo, Lyrano, & communiter explicatur. Quadratque non parum ista interpretatio. Ex solo primo capite, vide Symbola non pauca. Et cap. 2. ait idem Sanctus Iob *Pellem pro pelle*, Id est, omnes pelles, id est omnes diuitias & Thesauros suos, & cuncta quæ possidet, pro anima sua dabit homo id est, pro seruanda vita sua. Nō multū est absimilis Hispanismus ille quo debitores solēt dicere, *Real sobre real os pagare de contado* cap. 3. dicitur, *Aperuit os suum*, Ad loquendum ni mirum magna. Itā enim in sacro scripturæ eloquio c. 5. *Per diem incurrent tenebras & quasi in nocte sic palpabunt in meridie*. Ecce summam cæcitatem & ignorantiam nomine tenebrarum designatam. Estque Symbolum Mosaycum ex allusione ad tenebras Ægyptias, cap. 6. *Quia sagitta Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum*. Aduersitatem vocat sagittam, quæ e longinquo venire solet emissa. Et cap. 7. aduersam fortunam appposito nomine carcerem vocat dicens. *Nunquid mare ego sum aut cetus, quia me carcere circundedisti?* Et eodem capite ait: *Sicut seruus desiderat umbra & sicut mercenariusque præstolatur finem operis sic & ego habeo*

Iob. 1.

D. Grego

Psalmo. 18.

D. Gregor

Origen.

D. Chryso.

Lyrannus.

Iob. 2.

Iob. 3.

Iob. 5.

Iob. 6.

Iob. 7.

*bui mēses vacuos, & noctes laboriosas enumeravi mihi.* Vbi vmbrae appellatione more sanctorum scripturarū, quietem ac foelicitatem significare voluit, quam ipse non habebat, miseris valatus & ærumnis. Noctes vacuas insomnes illum appellare arbitror. Nec multum ab hoc Hebraismo distat nostrum Hispanicum idioma, *Toda la noche pase de claro en claro sin pegar el ojo.* Sic eodem cap. 7. vtitur nomine illo *Seol*, quod inferos, siue sepulchrum in Sacris ferè, symbolice significat. Capite. 13. *Quare lacerō carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis?* Putabant quidam eum prorsus exosam & contemptibilem habere vitam, ob calamitates, quibus circumdabatur, & respondit Iob: *Quare ego alioqui valde afflictus carnes meas lacerem, & animam meam siue vitam meam periculo exponam, quæ adeo pretiosa est? Non intantum impius existam. Nemo vnquam carnem suam odio habuit.* Capi. 18. lucem & lucernam impij, prosperitatem eius arcane vocat. Cap. 13. ait ad arrogantes illos: *Et redigentur in lutum cernices vestre.* Id est vestra arrogantia, & insolentia cessabit. Scatet profecto Symbolis totus iste liber nam ad hunc modum dare poteramus alia plurima, valde obseruatione digna sed in Decadibus sermo latior erit.

## DE PSALMIS, ET EORVM Symbolis.

### PRINCIPIVM. 28

CONsequens est, vt de Dauidis, pastoris eximij, regique illustrissimi, iuxtaque vatis, poesi diuina, dicamus more nostro, aliquid nempe ad eius epitomen spectans, deia vero quod attinet ad Symbola. Ad Dauidem autem vt ad omnium Psalmorum parentem Psalmodia librum refero, cum Origene, Hilario, Ambrosio, D. Augustino, & Cassiodoro, atque erudito nimis Euthymio: in eorumque sententia consisto, qui nomina psal

psalmis super posita, vt Core, Asaph, Eman, & Ethan, principū Cantorum esse intelligāt, quod his ad psallendum, sint illi distributi psalmi. *Hic verò liber (juxta D. Aug. in Psal.) Registrū est totius scripturæ sacræ, & cōsumatio totius pagine Theologica. Et secundū D. Basil. Quiduis ex omnibus in se cōplectitur, quod vsui sit omnibus.* Scopūq; eius ex præfatione Euthymij in Psalmos accipe. Estque ille, agere de proprijs Dauidis ærumnis, ac laboribus, & de antiquitatibus Iudaicis & alijs vetustioribus quæ in Pētateucho Moyfi, & historicis ante Dauidem libris fere cōtinentur, vt de generatione & gestis Patriarcharū, eorū deq; peregrinationibus, & posterorum eorundem laboribus, & migrationibus vsq; ad distributionem promissæ terræ, & iudices &c. Agere itē de rebus naturalibus, & vniuerso Dei officio, & de crucis dispensatione & prophetia earū rerū quæ post Christi ascensionem in cœlos contigerunt, & de sacræ Triadis Theologia, deq; intellectu alibus creaturis, earūq; munij nec nō de morum disciplina & institutione, de cogitationibus quoque de dæmonū insidijs de antidoto passionū, deque pugna ad uersus illas: & deniq; de præceptis diuinis. Quapropter cum Psalmorū scopus & finistalis sit huc omnia sūt Symbola referenda. Sūt autē illa innumera quæ in Psalmis eorumq; titulis comperiuntur. Habētq; in primis Symbolicam significantiā in psalmo primo nō pauca. *Beatus (inquit Dauid) vir qui nō abiit in consilio impiorū,* Id est qui non sequitur irreligiosorū hominū sententiā beatus, vel iustus est. *Et in via peccatorum non stetit,* Id est, nō acquieuit vitæ improbæ. *Et in cathedra pestilentiae non sedit.* Pestilentia vocat, impiā doctrinam, quæ vt cancer siue pestis alia serpit, & sæuit, quam qui non docet neq; tuetur dicitur beatus. *Die ac nocte, dixit post modum,* pro eo quod est, assidue. *Et erit tanquā lignum &c.* Vide diuinum viri iusti Symbolū, quo arbori fructiferæ, ac immarcescibili, quæ foliorum, ne dū pomorum nescit defluuium similis dicitur. *Nō sic impij non sic &c.* Ecce admiranda antithesis conciliabuli malorum. *Sed tāquā puluis.* Camoz est Hebraicè quod Hispani corrupta voce vocamus Tamo, alij zam o. Quod nomen non quēuis puluerē, vt terræ, arenæ ve significat: sed illū qui ex folliculis & integumento granorū tritici, dum atteritur superest, qui omnī leuissimus est, cui à Dauide assimilantur impij, quo sic magis animi

D. August.

D. Basil.  
Euthymius

eorum, qui *Quocumque doctrina vento circumferuntur* ( vt verbis Pauli utar) leuitatē exprimeret. *Ideo non resurgunt impij*, Idest non immutabuntur, vt Paulus ita docuit: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*, Idest, non omnes apparebimus gloriosi & sic ad vitam transferemur æternam. *Quoniam nouit Dominus viam iustorum &c.* Attende vt claudit psalmum epiphonemate, quo pios soletur, & deterreat impios. Ac si a ccla mans diceret: Certe agnoscit probat ac diligit, vitā iustam iustorum, impios autem certo perdet. Ecce in vnico primo psalmo quot Rhetorum schemata, & sacra Symbola spectentur.

*Psal. 37.* Psalm. 37. Aduersum ponitur pro è regione. *Amici mei & proximi mei, aduersū me appropinquauerunt & steterunt.* Idē est quod sequitur, *Et qui iuxta me erant de longe steterūt.* Idest, amici mei non ausi sūt prope ad iuuandum & consolandum me accedere, sed è regione stabant. Nam hunc sensum Hebræa reddunt. Optimum Symbolum, vt potentia vel potius tyrannidis inimicorum Dauidis, vel potius Christicius ipse gessit figuram, Relicto enim Christo discipuli fugerunt. Et qui sequebantur à longe sequebantur, & apud crucem Maria virgo commemoratur stetitisse, in qua nunquam fides defecit, neque tepida facta est Psal. 21. in persona Christi dicitur: *Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ.* Ad virginitatem Mariæ refertur. Ex te totus pependi ab principio vitæ meæ, tuæ prouidentia sum commissus à matre meæ, & ego ab adolescentia meæ, me totum in te proieci Psal. 16. Thesauri Dei vel magni & psal. 30. & alibi in sacro eloquio, arcane dicuntur abscondita Dei. *De absconditis tuis adimpletus est venter eorum*, idest, affectus eorum. *Saturati sunt filijs*, idest, plures habuere filios, & *reliquerunt reliquias suas paruulis suis*, Idest hæredes eos fecerunt diuitiarum quæ super fuerunt, & vitiorum etiam, quod peius fuit. psal. 38. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos*, Idest, valde breues psalm. 63. cor altum sumitur pro profundo consilio. *Accedet homo ad cor aliū, & exaltabitur Deus* Comprehendet enim sapientes in astutia sua. Frustrans eorum impia quantumcunque profunda consilia. Sagittæ paruulorū factæ sint plagæ eorū, & in firmatæ sunt contra eos linguæ eorum. Idest, Vt sagittæ paruulorum, iacientes fatigant & non eos in quos mittuntur, sic malorum linguæ eis & non ius

iustis nocent. Psalm. 33. *Diuites eguerunt & esurierunt inquirentes autem Domini &c.* In Heb. est pro Diuites, *Leones vel leuunculi*. Nam hi sunt ad quærendam prædam nati, sed hi scilicet, auari esuriunt & nunquam saturantur, dicente eloquentiæ patre quod nunquam expletur augendistis & secundum illud *Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.*

At inquirentes Dominum nullo necessario hac in vita carebunt bono, multoque minus in æterna. Sacerdotes quoque & iudices Symbolice dicuntur Angeli psal. 137. & angeli dicuntur Dij psalm. 8. Exemplum primi *In conspectu Angelorum psallam tibi* Idest in conuentu magnatum & Sacerdotum. Vel aliter & forte melius. Coram propitiatorio & Cherubin psallam tibi, in coetu populi. Exemplum secundi. *Minuisti eum paulo minus ab Angelis.* Hebræis est, *Eloim*. Nomen est profecto Dei, sed Angelis quandoque competit, vt & psalm. 81. *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes.* Nomine angelorum vocat iudices. *Estis mihi quasi filij excelsi, vel Angeli* propter communicatam vobis potestatem iudiciariam. Christus autē, vt ad exemplum primum redeamus, *Paulum ab Angelis est minoratus*, Iuxta Paulum ad Heb. 2. ob humanitatem nimirum, quam assumpserat. Nolueruntque vertere Septuaginta, Minuisti eum paulo minus à Deo, quod videretur absurdum, hominem parum inferiorem Deo dicere constitutū, à quo in finitis distat partibus. Christus verò minor est patre secundum humanitatem Psalmu. 61. non pauca eaque difficillima Symbola continet. *Increpa ferarum arundinis, idest Principes sæuissimos hostes ianceis ex arundinibus durissimis paratis armatos qui sunt similes feris in arundinibus & caribus nidum sibi & latibula facientibus: congregati quippè sunt vt tauri in modum vitularum lasciuientibus cum populis, vt expellant è sua hæreditate eos, quos probatos habes, vt purissimū argentū. Et illud: Si dormiatis inter medios clericos, idest, Inimicorum fortes militares, Pennæ columbæ de argentata idest, Regis Assyriorum, qui tale insigne, suo in vexillo ferebat, colūbā, nimirum, de argēta tas habētē pennas, & de auratū dorſū. Vnde Tibullus li. 1. ele. 7 *Alba Palæstino sancta columba Syro, Inde & Ieremia. 25. Facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ.* Et cap. 46. & 50. *A facie gladij columbæ.* Et Sophon*

3. Niniue Assyriorum vocatur columba iuxta D. Hieronym. *Væ prouocatrix & redempta ciuitas columba*. Rationem huius in signis in vexillis ostensi apud Assyrios, reddit Diodorus Siculus lib. 3. cap. 5. quoniam scilicet, putabant illi, Semiramidem suam in columbam post mortem, fuisse transformatam. Id attigit Ouid. 4. *Metamorp.*

*Sumptis illius filia pennis*

*Extremos altis in turribus egerit annos.*

De quo in Decadibus latius. Et illud, *Dominus dabit verbum euangelizantibus*, id est, puellis victoriæ canentibus qui est *Rex virtutum, dilecti sui populi valde, dabit suæ speciosæ domui, populo, scilicet, suo domestico, vel mulieribus seu foeminis eius* (quæ dicuntur pulchritudo domus) *Diuidere spolia hostiū* psal. 57. *Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnū*. Id est, an tequam, o impij, vestra praua consilia, quæ sunt veluti spinæ per opus exterius grandescant, fiantque vt rhamnus, viresque pungendi in vobis adulescant sicut viuentes sic in ira absorbebit eos. Id est, in immatura ætate abripiet de medio, & in Orcum demittet puniendos vos, ac si terra viuus dehiscens absumat, vel absorbeat, vel faceret absorbere. Iucundissima sunt planè hæc symbola, nimisque pulchra, quoniam difficilia. Nam discolorata cala, prouerbiū habet Græcorum Psalmo secundo in quo de Regno Christi eiusque vindicta de inimicis suis perfidis Hebræis agitur: sunt etiā Symbola. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?* exordium est abruptum propter pathos, admirationis que figura prædicat rabida hostium Christi studia frustranea. Dirumpamus vincula eorum. Mimesis est eorumdem qui apud Lucā c. 19. referuntur dixisse, *Nolumus hunc regnare super nos*. Vincula enim vocantur hic ab eis Euangelica præcepta. Odulcia vincula, & amore plena. Dominus dixit ad me, *Filius meus es tu*. Dialogismo (iuxta quosdam) suam æternam demonstrat Christus diuinitatē. Et de Dauide & Christo videtur posse intelligi, vt alij dicunt; mihi de Christo solum, cuius David fuit figura. Quin imò nō solū simpliciter de Christo quo ad æternam generationem sed de illius resurrectione dictū esse, Paulus in Actis interpretatur. Et tunc non absimilis omnino est Hispanismus noster, quo cum quispiam de maximo discrimine vitæ libera-

91

92

93

94

95

96

Psal. 2.

Luc. 19.

Act. 13.

ratur, solet dicere. *Hago cūta que hoy he nascido*. Peculiareque est istud parentum: *Ego hodie genui te*. Euaserat Christus vincula mortis, propria virtute dirumpens illa, & Pater eum vt hominem à mortuis suscitauerat. Vnde & dixit. *Ego hodie genui te*. Vt vt sit, si de Dauide intelligatur, vel de resurrectione Christi, metaphoricōs est accipiendum illud. *Ego hodie genui te*: Non tamen si de Christi æterna generatione. Nam semper verbum Diuinum à Patre dicitur & gignitur. Semperque est hodie. Qui habitat in coelis. Vide Periphrasim Dei. *Tunc loquatur ad eos, &c.* In destructione, scilicet, Hierusalem per Titum & Vespasianū. *Reges eos in virga ferrea*. Id est, dare tracta bis eos, vt rebelles & indomitos. Minatur duras pro magnis sceleribus pœnas. Despotico dominio Dominus vobis dominabitur. *Et tanquam vas figuli*, id est, nullo negotio. *Apprehendite disciplinā*. Hebraicè est, Nasquesu quod est, adorare, osculari, & capere seu desiderare, & Bar, quod filium & purum, seu purè significat. Ineptè quidam Ecclesiastes ita interpretabatur vernaculo sermone nostro: *Tomad la disciplina y aqotaos*. Accipite flagellum & vos ipsos corripite, aiebat ille. Sed de hoc aliàs latius. Iuxta vulgatam nostram & Chaldeum Paraphrasim breuiter nunc accipimus pro eo quod est, accipite & induite animi puritatem, ab erroribusque munditiem. *Discite eam à Deo vos docente*. *Et pereatis de via iusta*, id est, ob viam iustā dimissam. *Cum exarserit in breui ira eius*, id est, post paululum. Nam multi anni in sacris etiam breue tempus dicitur. *Tempus enim breue est*. Dicebat Ioannes, & loquebatur de tempore vsque ad aduentū secundum Christi. Paululum ergo vocat quod à Christi morte vsque ad destructionem Hierusalem intercessit tempus. Claudicque Psalmum hunc, vt primam epiphonemate, magnam Christianorum foelicitatem explicanti. *Beati*, inquit, *Omnes qui confidunt in eo*. Omnia autem hæc Symbolicè quodammodo dicta sunt cum figuratè, & per tropos, arcanèque dicantur. Psalmo. 3. *Ego dormini per mortem scilicet*. Ait Christus. *Et exsurrexi quia Dominus Pater suscepit me*. Id est, me resurgere fecit. *Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa*. Id est frustra. Psalmo. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*. Antithesis est talis. Illi suis gaudent opibus, & tu mihi spes & solatium.

G 5

Id

Psal. 3.

Psal. 4.

Id enim lumen vultus Dei significat. *A fructu frumenti. &c.* Id est prouentu bonorum omnium abundans & locupletatus sunt qui te non timent. Ex Lindano, sed ex Cornelio Iansenio non ad impios, sed ad pios refertur. *In pace in idipsum dormiam, &c.* Id est simul bonis omnibus perinde ac si affluerem, tranquillus viuum, quod in tua spe habitem constitutus singulari quadam a te mihi data fiducia. Vel de morte obeunda tranquillè explica. Vt cunque Symbolicum est Psalmo. 5. *Mane astabo tibi & videbo.* Id est, matutinotempore ante omnia, &c. Tempus ardorem affectus prodit. Et videbo, id est, videre me facies, vel ad te subleuabo oculos, vt deprecans. Nã ethiopeia est expectantis auxilium Dei. *Neque habitabit iuxta te malignus.* Id est, non diu impune feret improbus, quin vlticẽ tuam experiatur dexteram. *Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Id est, obuallasti nos quadam veluti armatura benignitatis tuæ. Icon est enim à re militari. Psal. 6. *Quoniã non est in morte.* Id est, post mortẽ, *Qui memor sit tui.* In inferno autem, Id est in sepulchro, &c. Vt lauderis à viuo, audi me. Facit enim tibi apostrophe desiderij vehementissimi pro diuino auxilio. Et à versu. 6. vsque ad. 8. Hypotyposis quædam est Euangelicæ & veræ pœnitentiæ. Psal. 7. *Decidam meritò ab inimicis meis inanis,* frustratus, scilicet, spe vincẽdi eos. *Et gloriã meã in puluere deducat.* Id est, annihilat, & interire siue habitare in puluere faciat hostis. *Nã quid irascitur per singulos dies?* Id est absidue. Non equidẽ. *Es supra represada.* *Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit,* &c. Grauis est Hypotyposis, irati armatique Dei, ad pœnam infligendam. *Et in eo parauit vasa mortis.* Id est, spicula mortifero veneno presentissimo infecta, & sagittas, veluti ardentes, ira sua apparauit. Ceu fulmiger pingitur à vate Regio Deus. Psal. 8. *Nomen Dei,* Pro eius gloria capitur. *Super cœlos.* Id est, plusquam cœli. *Super manum dexteram tuam.* (alibi) id est, plusquam manus dextera tua, te Deus sua custodit. Psal. 9. *Perijt memoria eorum cum sonitu.* Id est, cum echo gloriæ ipsorũ, vel vt echus, id est, vocis repercussio. *Quoniam non in finem obliuio erit pauperis.* Id est, non perpetua obliuio. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua,* Id est, votum, & desiderium eorum, quod est, *Iudicare pupillo & humili,* Id est, vt iudices reprobos in exaltationem

nem humiliũ, vt non extollantur pefsimi. Psal. 10. *Palpebræ eius interrogant.* Id est, examinant & explorant animos hominum. Scrutatur enim Deus renes & corda id est, intima & abscondita tenebrarum mentium nostrarum. Psalmo. 11. *Ponam in salutari, fiducialiter agam in ea.* Id est constituam iustos in salute, per quam mani festabo meam virtutem, quod est, fiducialiter agere in ea. *Eloquia Domini eloquia casta,* Id est Sincera, quæ non olent quæstum, sed sunt pura vt argentum purgatum septuplum, id est, nimis depuratum. Ac si diceretur Hispanè. *Muy achrysolada plata.* Psal. 12. *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiã in morte.* Id est, ducatũ tuũ mihi præsta; ne moriar tandem dira morte. Psal. 13. *Qui ingreditur sine macula,* Id est, qui viuit immaculatè. Psal. 15. *Multiplicata sunt infirmitates eorum.* Id est vitia siue idola. Vel cum D. Theodoro ad persecutiones Apostolis occurrentes refer, quibus transfactis cucurrerũt, & inualuerũt de infirmitatibus, in quibus admiranda Deus sua fecit præcepta. *Funes ceci derunt mihi in præclaris.* Id est, Portio mea hereditaria mihi obtigit optatissima. *Insuper & vsque ad noctem increpauerunt me renes mei,* Id est, Tota die vsque ad noctem affectus mei, semper eruderunt me, suggerentes bona & remouentes mala, & veluti increpantes me. *Quoniam non derelinques animam meã in inferno.* Id est, in sepulchro, vel in limbo, ait Christus, non me derelinques, nam & ibi corpori coniuncta erat diuinitas. Nimis sanè longum esset, omnia Symbola Dauidis recensere nam hoc, peculiarem librum, postulat negotium. Vt Wilhelmus Damasi Lindanus artificium Rhetoricę diuinæ in Poesi Dauidis latens expressit optimè, cuius opera & aliorum si vti velis, quàm Symbolis vtatur Dauid videbis.

DE LIBRIS SALOMONIS  
eorumque Symbolis, & primum de quatuor, scilicet,  
Prouerbij, Concionatore, Sapientia,  
& Ecclesiastico.

PRINCIPIVM. 29.

**A** Dijciamus & nonnulla breuiter de Salomonis libris, in quibus de diuina agitur sapientia. Sunt autem numero quinque omnes iam in canone ab Ecclesia recepti. Prouerbia nimirum, quæ ad Philosophiam pertinent moralem, Ecclesiastes ad naturalem spectans, Cantica canticorum ad Theoricam sue contemplatiuam, Sapientia que ad instruenda iudicia, & Ecclesiasticus ad populi instructionem, iuxta Ederi partitionem.

Tametsi quatuor ex eis nobis ad moralem philosophiam videantur potius pertinere: Cantica autem Canticorum, de quibus peculiariter nobis est agendum, ad diuinam Metaphysicam & cœlestium Theoriam, ita ut quatuor libri, merito dici possint, Sacra Ethica. Quò verò fructum ex his elicere scias, illud tibi maximè in animo figendum, quòd D. Hieronymus Ecclesiast. 1. c. te ita docuit. *Parabola, inquit, aliud in medulla, aliud in superficie pollicetur.* Prouerbia quippè, nō hoc sonare, quod scriptū est, etiā in Euangelij edocemur. Quod Dñs in Parabolis sit loquutus, secreto autem Apostolis differuerit eas. Ex quo manifestum est, & Prouerbiorum librum non, ut simplices arbitrantur, patentia habere præcepta. Sed quasi in terra aurum in nuce nucleus, in hirtis castanearum operculis, absconditus fructus inquiritur. Consentit & Origenes in Præfati. homiliarum quatuor in Cantica, & D. Basilii homilia in Prouerbia Salomonis, cuius hæc sunt verba. *Parœmia in libris gentium vocatur popularis ille sermo, quo in vijs maximè utebantur. Unde parœmiam definiunt esse sermonem tritū ac crebrò usurpatum à viatoribus, hæc ad plures similes potest transferri. At vero apud nos est sermo utilis, habens in se aliquid mediocriter absconditum, qui etsi habeat utilitatem in superficie, multo*

D. Hieron.

D. Basili.

*multo maior est, quæ interius delitescit.* Hæc D. Basilii. Ad D. Basil. idem est D. Cyrillus Alexandri. li. 5. thesauri. cap. 4. Ex quo ostendit Sapientiam diuinam non dici creatam, nisi quia caro Verbum factum est, & abusiue. Non ergo in superficie tantum externa accipienda sunt Sapientis dicta, quæ partim parœmiæ, partim parabolæ, siue similitudines partim ænigmata sunt. Sed ostendamus iam, quā multa in quatuor libris reperiuntur Symbola accipiendo Sapientis axiomata, & apophtegmatata, iuxta prædictam Sanctorum Patrum regulam & doctrinam Prouer. 28. cap. Abscondere est non agnoscere. *Qui abscondit scelera sua non dirigitur: qui autem ea confessus fuerit & reliquerit ea misericordiam consequetur* Prouerb. 8. *Quando præparabat cælos aderam. Ait diuina sapientia, Quando certa lege & gyro vallabat abyssos.* Id est vastitatem illā spatij profundissimi quod est inter cælum & terram, de quo dicitur Gene. 1. & tenebræ erant super faciem abyssi. Hanc abyssum gyro, hoc est circulo cælestium corporum vallauit. Non solum erant. Abyssus. &c. Accipitur pro profunditate aquarum & maris. Eodē capite dicitur de eadem diuina Sapientia, vel potius ipsa dicit. *Dominus creauit, vel, Formauit, &c.* Quomodo habent septuaginta & Chaldaus Paraphrastes. Circa quā versionem sic ait D. Hieronymus in epist. ad D. Cyprianū. *Nullum autem debet verbum creationis mouere, cum Hebræo non sit creatio qua dicitur Bara, sed possessio. Ita enim scriptum est. Adonai, Canani, Rescith, Darco. Quod in lingua nostra exponitur: Dominus possedit me, initio viarum suarum. Inter possessionem autem & creationem multa diuersitas est. Possessio significat, quod semper filius in patre, & pater in filio fuerit. Creatio autem eius qui prius non erat, conditionis exordium.* Hæc D. Hieronymus, sequens septuaginta lectionem D. Cyrillus loco iam citato explicabat, hūc. *Celeberrimum est illud Virginis Mariæ Symbolum Prouer. 30. sub voce Halma, nec non & totius vitæ Christi compendium significans sub ænigmate ignotæ quadruplicis vitæ. Prouerb. 11. Manus manui, vel manus in manu, non erit innocens malus. Id est, quātūuis malus se otiosum simulet & innocentē, non erit impunitus. Annæ se ponga mano sobre mano y disimule. Alij exponunt, ad manum, id est statim, subito Amano est a-ra el castigo. Alij vero, pro conspiratione accipiunt. Et eodē capi-*

Prou. 8.

D. Hier.

D. Cyril.  
Prou. 30.

Prou. 11.

- capite, amicus sumitur pro quouis homine. *Simulator ore decipit amicum suum.* Prouerb. 9. *Columnæ populi Israelitici septem,* 31  
 Psal. 74. Dicuntur multi maiores, & magnates populi. Sicut & Psal.  
 Galat. 2. 74. & ad Galat. 2. de quo aliàs. Prouerb. 6. & 10. *Annuens oculis,*  
 Dicitur malignus, & opponitur ambulanti simpliciter.  
 Eccle. 43. Afravocantur, *Militia Dei virtusque exercitus eius* apud  
 Ecclesiasticum cap. 43. *Vas castrorum in excelsis in firmamentū* 32  
*caeli, resplendensque gloriöse.* Græca sic verti possunt. *Apparatus instructio vel armatura castrorum.* Breuis ponitur pro paruo  
 Eccles. 15. Ecclesiasti. 15. & 11. *Breuis in volatilibus est apis.* Benedicere  
 & 11. pro benefacere, siue dare eleemosynam, accipitur Prouerb.  
 Prouer. 11. 11. *Anima quæ benedicit impinguabitur.* & c. Brachium pro armo 33  
 Symbolicè ponitur, Ecclesiastici. 7. *Datum brachiorum tuorū,*  
 Eccle. 7. & sacrificium sanctificationis offeres Domino & initia sanctorum.  
 Datum brachiorum arma dextra sunt, quæ cum pectusculo  
 cedebant sacerdoti in sacrificijs pacificorum. In leuitico autem  
 Leuit. 7. 8. Græce semper armum dextrum: brachium dextrum vo- 34  
 9. catur. Sacrificium sanctificationis Nazæarorum est, de quo  
 Num. 6. Num. 6. Initia sanctorum, idest, decimam decimarum, quam  
 ex omnibus decimis Leuitæ sacerdotibus debebant persol-  
 uere. Quæ ex optimis & ante omnia erat reddēda Numer. 18.  
 Num. 18. *Et de negligentia tua purga te cum paucis.* Idest, si non potes sa- 35  
 crificiū diuitū offerre saltē illa parua & pauca, quæ a pauperi-  
 bus exigitur, offer. *Septies in die cadit iustus,* Idest, multoties in-  
 cidit in tribulationes. Prouerb. 24. Optimè & de peccatis ve-  
 nialibus exponitur. Cornu gloriam significat & potentiam,  
 Eccle. 47. Eccles. 47. & 8. & in alijs sacre Scripturæ locis sæpissimè. 36  
 & 8. Crystallus glaciem omnem notat, Ecclesiastici. 43. *Et gelauit*  
 Eccle. 43. *Crystallus ab aqua.* Vt & Psalm. 147. *Mittit Crystallum suam*  
 Psal. 147. *sicut buccellas.* Contra ire pro elongare se, Prouerb. 14. *Vade cō-*  
 Prou. 14. *tra virum stultum, & nescit labia prudentiæ.* Symbolicum etiam  
 illud est: *Lux iustorum lætificat: lucerna autem impiorum extin-* 37  
 Prou. 13. *guetur.* Ca. 13. de prosperitate vel posteritate, & filiorū succes-  
 sione videtur loqui sapiens. Cingere pro induere ponitur. *Et*  
 Eccle. 45. *cinxit illum tintinnabulis aureis,* & c. Ecclesiastici. 45. Chana-  
 Prou. 31. *næus mercator est Prouer. 31. Cingulum tradidit Chananao.* De 38  
 Eccle. 5. notatio condemnatio est, Ecclesiastici. 5. *Et denotatio pessima*  
 Prou. 16. *super bilingvæ.* Diuinatio pro oraculo diuino sumitur Prou. 16  
 Diui-

- Diuinatio in labijs Regis, in iudicio non errabit os eius.* Sunt enim  
 reges velut oracula audiendi cum iustas leges promulgant,  
 quibus promulgandis peculiariter adest illis Deus, vt & in  
 39 iudicio affuit Salomoni & Dauidi & Moyfi. Peculiaris ergo  
 illa assistentia Dei, diuinatio dicitur. Beda ad Christū referē  
 dum putat, sed hoc est allegorice. Vide Iansenium episcopū. Beda.  
 Gutta pro resina accipitur, quæ est ex frutice Myrrhæ, Eccle- Iansenius.  
 siastici. 24. *Et quasi storax & galbanus, & vngula & gutta,* Ecclesiast.  
 24.  
 40 & c. In æternum pro diuturno Prouer. 29. & alibi. *In manu.* Id Prouer. 29  
 est iuxta Prophetiam, Eccles. 49. *In manu Ieremiæ Prophetæ.* Ecclesiast.  
 Iesu nomen ad totam sacram Triadem refertur Ecclesiastici. 49.  
 41 43. Gigantes sumuntur pro demonibus Prouerb. 9. *Et ignora-* Eccli. 43.  
*mus quod ibi sint gigantes.* Scilicet, in aquis furtiuis, idest, in cō Prou. 9.  
 gressu cū nō sua, vel in praua & in adultera doctrina heretico-  
 rum, vel stultitia iuxta Hebræos; qui & de carnis concupi-  
 scentia locum posse interpretari astruunt. Honestas pro diui-  
 42 tijs vsurpatur Ecclesiastici. 31. *Vigilia honestatis tabefaciet car-* Eccli. 31.  
*nes, & cogitatio illius aufert somnum.* Libanus ponitur pro thu- Eccli. 39.  
 re Ecclesiastici. 39. *Quasi Libanus odorem suauitatis habete, flore-*  
*te flores quasi lilium & frondete in gratiam, & c.* Quorum ver-  
 43 borum allegoriam sequentia, explicare videntur. Non bonū  
 pro eo quod est valde malum Prouerb. 24. Ecclesiasti. 7. *Noli* Prou. 24.  
*mētiri omne mendacium, assiduitas enim illius nō est bona.* Et illud Eccli. 7.  
 Prou. Cognoscere personam in iudicio non est bonum, idest,  
 valde malum. Nouissimum merces operis dicitur, Prouerb. Prou. 23.  
 23. *Quia habebis spem in nouissimo: & prestolatio tua non auferet-*  
 44 *tur.* Lucerna pro illustri posteritate Prouerbiorum. 20. *Qui* Prou. 20.  
*maledixit patri suo & matri extinguetur lucerna eius in medijs tene-*  
*bris.* Vel devita intelligatur. Nam qui honorat patrē & matrē  
 promissam habet in diuinis eloquijs longenitatē super terrā:  
 45 contra verò qui eos in honorat. Habet & Hispanismus quid  
 piā simile: *Acabara se le la candela.* Solemus id dicere de domi-  
 nio & prosperitate & potentia. Obductio calamitas appella-  
 tur Eccles. 2. *Et ne festines in tempore obductionis.* Obductus, ca- Eccli. 2.  
 46 lamitosus est. Ecc. 25. Panis omnia necessaria significat Pro. Eccli. 25.  
 12. *Melior est pauper & sufficiens sibi, quam gloriosus & indigens* Prou. 12.  
*pane.* Et Num. 11. in eodē cap. *Qui operatur terrā suā satiabitur* Prou. 12.  
*panibus. Panis mendacij,* Id est per fraudem & mendacium ad  
 qui-



Prov. 23. quisitus Prouerbio. 23. Et omnia necessaria ibidem quoque  
 significat. Oculus bonus, liberalis, malus, inuidus vocatur Ec  
 47  
 Eccle. 31. cleſtici. 31. *Memento quoniã malus eſt, oculus nequam.* Et cap.  
 Eccle. 35. 35. *Et in bono oculo adinventionem facito manuum tuarum, &c.*  
 Eccle. 50. Thus per Synedochen pro arbore inuenitur Eccleſtaſtic. 50.  
 Et *quaſi Thus redolens in diebus æſtatis. Vox Domini dicitur*  
 Eccle. 43. tonitruum Eccleſtaſtic. 43. *Vox tonitruu eius verberauit terrã.* 48  
 Pſalm. 147 Sic & fortè intelligitur illud Pſalm. 147. *Qui emittit eloquium*  
*ſuum terrã, velociter currit ſermo eius.* Videtur enim currere  
 vox Domini tunc in nubibus delata velociter, tanquam in  
 49  
 curribus. Hæc & alia in libro Prouerb. & Eccleſtaſtic. repe-  
 rires Symbola, vt & in libro Sapientiaẽ eiufdem autoris. Nam  
 in ſimplicitate cordis quærere Deum. Pro eo quod eſt inuocare  
 ſimplici corde Deum iubentur iudices Sapient. cap. 1. *Appa-*  
 50  
*reere autem Deum ijs, qui fidem habent in illum,* Eſt ſeſe quærenti  
 bus illum confidenter offerre. *Corpus item ſubditum peccatis di-*  
*citur.* Non quod fomitem habet, vt omnium hominum habet  
 mortalium corpora, in quibus tamen quandoque habitat Sa-  
 pientia, ſed corpus feruens peccatis. Nam quamuis fomes,  
 51  
 peccatum à Paulo vocetur, non ob id deſinet intrare ſapientia,  
 ſed ob peccata quæ animam cõ inquinant. *Benignus,* Id eſt  
 liberalis dicitur ſpiritus Sapientiaẽ. Pro eo quod interpres ver-  
 tit, benignus, & D. Auguſtinus lib. de mendacio ad Conſent.  
 legit & explicat humanus, Græce habetur Philanthronon,  
 quod amatorẽ hominis proprie ſignificat, vt ita non obſcure  
 52  
 inſinuetur, ſapientiaẽ diuinã ſpiritum cupere ſeipſum imper-  
 tiri hominibus. Simus ergo nos & Philothei, ſeu Philoſophi  
 ide ſt, Dei vel ſapientiaẽ diuinã amatores, ſimusque Theo-  
 ſophi, vel periti Deitatis. Spiritus item per Periphrasim di-  
 citur. *Et hoc quod continet omnia.* Nonque (vt quidam falſo au-  
 53  
 tumant) de orbe intelligitur, quoniã Deum ſuum artificem  
 omnia laudare videntur. Pneuma Græce, ſpiritus dicitur, &  
 neutrum nomen eſt apud nos uſurpatum. Et interpres id ge-  
 nus retinuit vertens, & hoc (ſcilicet pneuma) quod continet  
 54  
 omnia, ſcientiã habet vocis, ideſt, caller & noſcit omnes vo-  
 ces. Quod arbitror in cauſa fuiſſe, vt quidam id, de vniuerſo  
 dictum explicarent, Ambiguitas non fuiſſet, ſi ita vertiſſet in  
 terpres: Et hic qui continet omnia, ſcientiã habet vocis. Red-  
 dite

dit enim ſapiens rationem, quare non effugere poſſit maledi-  
 cus & loquax oculos & manus Dei. Interpretari autem de  
 56  
 orbe non videtur ad rem auris zeli, vel emulationis Hebraica  
 phraſi dicitur, hoc eſt, auris Dei zelofa. *Verborum autẽ eius au-*  
*ditio.* Metaphoricũ eſt, Nec opus eſt legere; Verborũ autẽ eius  
 fama. *Nolite zelare mortem.* Symbolicè, dicitur pro eo quod eſt  
 nolite feſtari cupide ea, quæ mortẽ afferũt. Nam id zelare di-  
 57  
 citur, quod cupidè feſtamur. *Medicamentũ exterminij,* Id eſt,  
 perdens vel exterminans. Hebraiſmus etiam eſt, vt auris zeli  
 id eſt, zelãs. Vox clamãtis, ideſt, clamans, vox Dñi cõfringen-  
 tis cedros, ideſt, cõfringens, & alia id genus multa. Itaque idẽ  
 58  
 eſt ac ſi ſapiẽs diceret: Nõ eſt, inter creaturas à Deo productas  
 creataperditio corrũpens aut corruptio, vel malum corruptio-  
 nis. Pharmaci enim nomẽ (quod in Græco eſt) ex additamẽ  
 to exterminij, in malũ ſumitur. Sũt autẽ multa nomina ſic, in  
 ſacriſ literis, quæ in bonã & in malã accipiũtur partẽ, vt ſacri  
 59  
 ſcriptores adnotarunt. Cõmuniter autẽ ſic explicatur locus  
 ille. Etnõ eſt in illis medicamentũ exterminij, nec inferorũ  
 regnũ in terra. Id eſt, Nõ eſt medicina aliqua, qua immortales  
 reddamur, vel à morte in perpetuũ præſeruemus nos, ſed ge-  
 60  
 nuinus ſenſus eſt iam indicatus. *Exterminium* nanque arcanè  
 & ſymbolicè, pro perditione, & exterminare pro perdere in-  
 uenimus in ſermone abſtruſo. Interlinearis per Antiphrasim  
 magis ad veritatẽ accedens, peccatum à Deo exterminans  
 intelligit. Et ſponſiones poſuiſſe, ad mortem dicuntur im-  
 61  
 pij, id eſt, veluti pepegerrunt foedus cũ illa quã amabãt morte.  
 Vt & Iſaia. 28. vbi eadem dictio eſt, dicãt impij: *Percuſſimus*  
*foedus cũ morte, &c.* Quanquã alio ſenſu. Nam per ironiã id di-  
 62  
 citur ab impijs annuẽtibus, ſe nihil formidare mala à Prophe-  
 tis prædicta. Vide quot qualiaque Symbola in vno ſolo primo  
 Sapientiaẽ capite reperiantur. Capite itẽ ſecũdo dicebant im-  
 63  
 pij Epicurea voce ac nefaria. *Quoniã ex nihilo nati ſumus,* Id  
 eſt, vltro, temerè, fortuito, & ſine Dei cura. Sic enim in ibi eſt  
 Græce. Sequitur. *Quoniã ſumus, afflatus eſt in naribus noſtris, &*  
*ſermo ſcintilla ad cõmouendum cor noſtrũ & extinctus cinis erit cor-*  
 63  
*pus noſtrũ.* Hoc eſt, Vita noſtra (dicũt impij) nõ eſt aliud, quã  
 de ſe ſcintillas, nẽpe, verba quę loquimur, & ſumus ſcilicet, ſpi-  
 ratio-

Eſa. 28.

rationē, vt ignis motus scintillas euomit & fumū. Et quē admodū deficiens ignis scintillas nō emittit, in cinereſq; redigitur cū nō exeritur ab eo fumus, ſic & corpus noſtrū, cū flatus ille, vel cordis motus deficit, incineres reſoluitur. Græca id magis exprimūt, quā vulgata. Quoniā flatus, vel ſpiratio in naribus noſtris eſt fumus, & ſermo eſt ſcintilla in motu cordis noſtri, qua extincta cinis euadet corp⁹. Inutilis dicitur iuſtus ab impijs id eſt, intractabilis, difficilis & incōmodus. Nā id etiam Græca dictio ſignificat. *Filius Dei*, Pro ſeruo Dei ponitur quoq; ab interprete. *Circūuenire*, Itē idē eſt, quod inſidiari. *Honor animarum ſanctarū*, Præmiū earū dicitur. *Creauit hominem in exterminabilē*, Id eſt, in integritate & incorruptione. *In manu Dei eſſe*, Hebraiſmus eſt, iuxta ac Hiſpaniſmus noſter quo dicimus: *Tiene Dios a los buenos de ſu mano*. Cap. 3. Symbolice etiam dicitur illud de filijs adulterinis, *In cōſummatione erunt*, Id eſt conſumentur, Et *Dies agnitionis*, Pro die diſcretionis & iudicij accipitur. Cap. 4. *Caſta generatio cum claritate*, Idē eſt, quod ſterilis cum virtute. *Spuria vitulamina* Græcis Moſechi mata adulterinæ plantationes, vt quidam legunt etiam iuxta Vulgatam noſtram. Sunt verò Moſechymata teneræ plantationes, malleolique vitium. Vocatque ſapiens omnes impios adulterinas plantationes. Vnde Dñs ait. *Omnis plantatio, quā non plantauit pater meus, &c. Fascinare* Item dicitur nugacitas. Perſtringit enim oculos mentis mendaciū ſubſpecie veri. *Cogitatio* pro ſupputatione culparū accipitur, *Venient in cogitatione*, ſcilicet, impij, &c. Cap. 5. *Sol intelligentiæ* vel iuſtitiæ dicitur Chriſtus. *Laffari*, id eſt, impleri in via iniquitatis. *Species* item accipitur pro pulchritudine. *Zelus dicitur vniuerſa armatura Dei*. Accipiet armatura zelus illius, id eſt, pro vniuerſa armatura ſua accipiet zelum ſuum, quo ſe in impios armabit Deus Cap. 6. *Non ſubtrahere perſonam*, eſt nō formidare, de Dño dicitur, qui nulli ob metum cedit. De ſapientia diuina dicitur, quod *Oſtendet ſe illis hilariter in vijs*. Id eſt, quocunque ſe verterint. Occurrere enim poteſt omnibus. Cap. 7. *Periphrasiſ* eſt illud, *Ex genere terreno illius qui prior factus eſt*, id eſt, terrigenæ filius protoplaſti. *Figuratus ſum*, id eſt, ſculptuſ ſum. Sic enim Græce. Accipere communem aerem, pro eo quod eſt attrahere. *Super ſalutē & ſpeciē*, id eſt, pluſquā ſalutem

ſalutē & ſpeciē, ſue pulchritudinē. Sic & alia multa ex libro  
 71 *Sapientię Symbola* poſſemus hic cōgerere, ſicut & ex Eccleſiaſte: Sed non eſt animus percurrere cuncta, ſed quēdā ſolum ſummatim indicare, vt quā affluant Symbolis hi libri manifeſtū ſit: In Eccleſiaſte prof. Et ſunt & multa, quod, vel ex duo  
 72 *Symbola* ferē quot verba. Nā ſic ait iuuenibus Sapiēs, & viris etiam in ſuis nimis viribus conſiſis, & florida ſtate: *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, ante quam veniat tempus affli-*  
 73 *ctonis tuæ & appropinquēt anni, de quibus dicas, non mihi placent. Ante quam tenebreſcant Sol, & lumen ſtellæ, & Luna, & reuertā tur nubes poſt pluuiā. &c.* Quidā hæc de iudicio extremo exponūt, vt Gregorius Neocæſar. in Metaphraſi in Eccleſiaſtē & alij, quidam verò, vt Vatablus, Caietanus, & alij ſequuti Diuum Hieronym. de ſenectute exponentes, omnia hæc ad eius accidentia accōmodant. Vnde iuxta eos, Sol & Luna ob  
 74 tenebreſcūt ſenibus cum iā cæcutiunt, nubefq; reuerſæ poſt pluuiam, caligo ſunt oculorum poſt lippitudinem ſubſe-  
 75 quens & fletum. Progreditur Sapiens in deſcriptione malorū ſenectutis. *Quando commouebuntur cuſtodes domus*. Id eſt quando contremiſcent manus debiles iam & rugis plenæ, *Et nutabūt viri fortiſſimi*, Pēdibus, ſcilicet, ſuſtinere eos non valentibus, *Et otioſa erunt molentes in minuto numero*, Id eſt, dētes molares erunt pauci in ſenio, *Et tenebreſcent videntes perforamina*, Id eſt, vires animæ quæ medijs videre dicuntur oculis; *Et claudent oſtia in platea*, Id eſt, labia nares aures, vel oculos, *In humilitate vocis molentis*, Id eſt, in exiguo ſono, ipſius molituræ cibi, cum non poſſint ſono digerere cibum, *Et conſurgent ad vocē volucris*: ſcilicet, galli gallinacii, quia parum dormiunt ſenes & quilibet ſtrepitus eos excitat. Vel aliter, timebunt multū, quod ſenibus eſt proprium: *Et obſurdeſcent omnes filie carminis*. Id eſt aures vel filiæ vocis, arteriæ nimirum & fibræ vocales, quoniam canere non poterunt, vel quia potius fletū, quā muſicam amabunt, *Excelsa quoque timebunt & formidabunt in via*. Id eſt formidabunt à ſupernis & infernis rebus, & offendent ob debilitatem crurum in via: *Florebit amygdalus*, Id eſt quod Boetius duobus verſibus eleganter expreſiſit, de conſolatione philoſoph. carmine primo.

Eccleſ. 12.

D. Gregor.  
Neocæſar.  
Vatablus.  
Caietanus.  
D. Hiero.

*Intempestiui funduntur vertice cani.  
Venit enim properata malis inopia senectus.*

78

*Impinguabitur locusta.* Pro locustain Heb. est Chagab, pro quo Lyranus ventrem humoribus indigestis tumidum accipit, Diuus autem Hierony. crura podagra laborantia, quarū ægritudinū locustæ impinguatæ, & ventre tumido volare nō valentes, signum sunt arcanum. *Engordara la langosta de modo que no pueda volar ni andar.* Hispanè reddi potest, quoniam fenēs vt in plurimum impeditis sunt pedibus. *Dissipabitur capparim.* Id est, appetitus illē sensitiuus & cōcupiscibilis animæ extinguetur simul cū corpore. Ac si diceret Salomon, neque 79 capparim glutire, & ferre poterit. Verum est quod Hebraicū Autioa, in xta D. Hierony. amorem, desiderium & concupiscentiā denotat, sicut & capparim. Quare potius libidinis extinguendæ videtur Symbolum quod (vt Lyranus prodit) hæc herba libidinem augeat & cōciliet comesta, vtilisq; sit renibus ipsis, qui fontes libidinis esse solent. *Quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ,* Id est, in sepulchrum, vbi vsque ad iudicium habitabit. Vnde & subditur. *Et circūibunt in platea plangentes,* Consanguinei scilicet plangentes mortuum. 80

*Antequam (memento inquam Dei) Rumpatur funis argenteus,* Id est, medulla quæ per dorsum traicitur, hoc est, antequam dorsum incuruetur tuum: & recurrat vitta aurea, id est, membrana illa, quæ cerebrum continet, qua fracta homo moritur est enim illa veluti ruffa & flaua: & cōteratur hydria super fontem, id est conceptacula illa sanguinis superiecur, quia in eo 81 fit sanguis. Sic Vatablus, & confringatur rota super cisternam, id est, caput super cor, à quo haurit vires, vt rota haurimus aquā. Caietanus funem aureū siue vittā animā, intelligit, humorumque cōmensurationem & vnionē per funē argenteū. 82 Fractio autem vrcei super fontem, est defectus cordis iuxta eundē: fractioque rotæ super cisternā defectus respirationis à pulmone dimanantis. Quidam doctus iunior eleganter exponit locum hunc Hispanè, & præcipuè hæc vltima verba. *Antequam rumpatur funiculus argenteus & recurrat vitta aurea. &c.* Quæ omnia significare, dicit, antequam vita rumpatur. Cuius verba non possum non subscribere, quæ talia sunt. 83

Yen

*Y en esto ( hoc est in verbis illis & reuertatur puluis in terram suam) Se entiendo que ya no trata de la semejança en el cuerpo, sino que todo quiere dezir, antes que se quiebre el hilo de la vida. Y esta compara a la cortina de oro que se descuelga y se cae, por quebrarse el cordon de plata, que la tenia: y el oro y plata significan el precio de la vida, o la vida regalada, que al fin se acaba con la muerte. Compara la tambien al cantarero, que cada dia va y viene a la fuente, y al fin se quiebra sobre ella misma. Y de la misma manera compara nuestra vida a la rueda como a noria que se usa sobre los pozos, y las cisternas que anda y anda hasta que se viene a quebrar y desbazer. Hæc ille.*

84

85

Quæ latina nolimus reddere, quoniam sic magis explicant proprietatem Hebraicam. Videntur autem nostri Hispani multum imitari eam. Vides ergo quàm multa sint in quatuor libris Salom. Symbola: iam & de Canticis dicamus Canticorū.

## D E C A N T I C O C A N T I C O - rum eiusque Symbolis.

### P R I N C I P I V M. 30.

- 86 **E**Cce Canticū canticorum nobis innumera Symbola sup-  
peditat: quod ex Origene in Prologo super illud rectè Origen.  
vltimum tenet locum, vt tunc ad eum veniatur cum & moribus  
quis fuerit defœcatis, & rerum corruptibiliū atque in cor-  
ruptibiliū scientiā distinctionēque didicerit, per quæ in nul-  
87 lo possit ex his figuris, quibus sponsæ ad spōsum cœlestis, id  
est animæ perfectæ amor, ad verbum Dei, describitur, ac fir-  
matur, offendere. Eadē est D. Basilij sententia in principio D. Basil.]  
Prouer. Quare Hebræis non licebat ante tricesimum annū  
ad Cantici Canticorū lectionem accedere. D. item Hierony. D. Hieron.  
88 super Ecclesiasten in principio, iam consummatū virum, &  
calcato sæculo præparatum, in Cantico Canticorum sponsi  
iungit amplexibus. Nisi enim reliquerimus vitia, & pompis  
sæculi renunciantes, expeditos nos ad Christi aduentum pa-  
89 rauerimus, non possumus dicere, *Osculetur osculo oris sui, &c.*  
Talis vir qualis depingitur à Beato Hieronymo medita-  
tor Cantici Canticorum, erat Beatissimus Patriarcha no- D. Bernar.

H 3

ster,

ster Bernardus, qui arcana diuina mysteria in hoc epithalamio Salomonis sub crassis prima facie verbis, abscondita altissime referauit; adeo ut Theologorum scholasticorum, facile princeps D. Thomas Aquinas cum in coenobio Cisterciensi Fossæ nouæ, propè Amasenum Campaniæ fluuium, fracta ex continuis studijs stomachi virtute decumberet, rogatus à monachis, qui lectulo eius assidebant, ut Canticum Salomonis ad imitationem sensus, ac spiritus D. Bernardi, sed longe breuius explicaret recusant inquit: Date mihi spiritum Bernardi, & ego vobis expositionem, spirantem Bernardi spiritum exhibebo. Vide de hoc, doctissimum virum Sixtum Senensem lib. 4. suæ Bibliothecæ in Thomæ angelici Doctoris scriptis recensendis. Scripsere & plures ex nostro sacro Cisterciensi ordine in Canticorum Cantica non contemnenda eruditione & pietate referta commentaria. Describiturque (ut docet Lyranus in hunc librum scribens) mutus Dei & populi Israelitici perseverantia in fide, ex mente eiusdem Lyrani & communi Doctorum calculo, Christi intelligitur Ecclesia. Quæ ob fidei puritatem & integritatem, sponsi sui Domini scilicet, ac Saluatoris nostri IESV Christi, sponsa nuncupatur. Nam ut Ederus tradit in suis Partitionibus Theologicis li. 2. tabula. 123. Cantica Salomonis in decem diuiduntur Dramata: in quibus agitur, de peregrinatione Patrû, Thare, Abraham, Isaac, Iacob, cap. 1. in principio. *Osculetur me osculo oris sui, &c.* Vbi erga sponsum desideria sua patefaciebant illi Patres ardētissima eiusque fauorem & auxilium postulabant. Illud idē desiderium ignitum omnia illa sponsi videtur significare, quæ intercedunt vsque ad responsionem sponsi. *Si ignoras te o pulcherrima mulierum.* Id est, si ignoras vbi ego habitem, vbi cubem, &c. De quo alias. Ecce primum Drama. Secundum est de multiplicatione populi, quam quidem innuit Sponsa, dum eam patefacit adolescentulis dicens. *Dum esset Rex in cubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Ecce vocat Regem Christum Dñm, amoris & eius excellentiæ gratia. Hispanis monostrofis solent foemine erga amatores suos huiusmodi epitheto vri, vel erga filios quos impense diligunt. Per odorem autem nardi humilis herbe, odorē multitudinis filiorum Israel ex vno

Abra-

Abraham denotat sponsa. Eadem fortasse phrasi videtur Isaac dixisse ad Iacob: *Ecce odor filij mei sicut odor agrorum pleni cui benedixit Dominus*, Et subdidit, *Det tibi Deus de rore caeli, &c.* Quæ ad eius multiplicationem spectant. Nam quamuis ob vestimentorum illius fragrantiam dixerit Isaac: *Ecce odor filij mei* Genes. 27. Tamen in benedictione ad eius multiplicationem respiciebat: Putabatque eum esse Esau. Ecce secundum Drama. In tertio agit Salomō de oppressione Israel ab Ægyptijs, (est enim liber hic epithome totius diuine Mosaicæ historiæ traditæ Symbolicè & in modum Dialogismi) in versu illo in personæ sponsi ad Israel dicto: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.* Iam inuidet tibi Cencres Pharaō Rex Ægypti opprimitque, bis pulchra es: Tum ob multitudinem filiorum tuorum, tum ob persecutionem quam propter meum pateris amorem. Statimque non ingrata sponsa sponsum laudat eleganter. Ecce tertium Drama. Commemoraturque statim Salomon defensionem sponsi, & apparitionem, quæ facta est Moyfi in rubo sub illis verbis amatorijs sponsæ. *Sicut malus inter ligna Sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem desideraueram sedi.* Ecce fauor diuini Numinis allegoria verborum admiranda designatus. Tali & vsus est suo modo Buccolico Poeta dum Cæsarem fagum vocat patulam, sub cuius vmbra amicus quidam Poetæ sub eius, scilicet, fauore Romæ degebat. Ecce quartum Drama ex Cap. 2. Exitum item Israelis de Ægypto in genere describit Salomon in versu illo *Dilecte mi, eiusdem capitis, Et in specie, depingit egressionem in illo versu: Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea & veni.* Quibus verbis videtur adhortari Deus populum ut exeat de Ægypto. *Flores apparuerunt in terra.* Nam tempus erat vernum. Præcessionem item ponit ipsius Sponsi in nubis columna, sub illis verbis. *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens, &c.* Legislationem quoque in monte Sinai: *Sonet vox tua in auribus meis.* Debellationem denique Amalech in illis verbis, capite nobis vulpes paruulas, quæ demoluntur vineas, vulpiū nomine inimicos Dei designans, & nomine vinearum religionem veram Dei. Nam vineam id signare quandoque nullus ambigere debet secundum illud Sponsæ: *Posuerunt me custodem in vineis.* Id est, ut custodirem aliorum religiones fal-

H 4 fas

fas, ac proinde vineam meam non custodiui. Ecce quintum  
 Drama. Præterea Salomon canit peregrinationem per deser-  
 tum quadraginta annis capit. 3. ibique agit de circuitione  
 quæ fecerūt propter peccatum murmurationis, sub illis ver-  
 bis: *Surgam & circuibō ciuitatem: per vicōs & plateas quæram  
 quem diligit anima mea. &c.* Et capite. 4. vocationem scribit  
 populi nouiter generati, ad ingressum terræ sanctæ, vbi intro-  
 ducit sponsum amasium, sponsæ suæ capillos laudantem: *capil-  
 li tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.*  
 Optimè nanque capillis Israel illa multitudo denuo genera-  
 ta assimilatur, cum capilli adeo sint multi, denuoque semper  
 augeantur, atque crescant, tametsi multoties refecentur. Cō-  
 templationem denique terræ sanctæ Sapiens depingit inui-  
 tationemque Dei, ad eam accipiendam cum sponsus ait: *Veni  
 de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite  
 Aman, de vertice Sanir & Hermō, de cubilibus leonum, de monti-  
 bus pardorum.* Vbi leones & pardos videtur vocare reges illos,  
 qui terram illam occupabant, quam ei vt coronā pro perpe-  
 fisis laboribus, sponsus liberalissime promittebat, vt & dona-  
 uit postea. Ecce sextum Drama. Capite quinto agit Salomō  
 de introductione populi in terram illam promissam & opta-  
 tam. *Veniat & dilectus meus in hortum suum.* Sic inuitabat spon-  
 sa terram promissionis possidens, sponsum ipsum, cuius  
 dono terram acceperat quam Symbolice vocat hortum suum  
 Vbi etiam explicatur quomodo primo caperint comedere  
 de fructibus terræ sanctæ vnde dicitur. *Comedi fauē cū melle  
 meo, &c. Comedite amici,* Id est, vos qui populo Israel associa-  
 mini alijs ex gentibus: Ecce Drama septimum. Deinde sa-  
 piens tractat de delectatione & exaltatione Synagogæ, in  
 illis verbis sponsæ. *Ego dormio & cor meum vigilat,* Vbi spon-  
 sum vocat cor suum, vel affectum nimium erga sponsum ex-  
 primit, vel cor suum magnates & maiores vocat, qui quiescē-  
 te reliquo populo vigilabant super eius custodiā. Atque  
 ibi agit de persecutione & liberatione populi Israelitici sub  
 temporibus iudicum. Vnde ait, sponsa eodem capite. 5. *Per-  
 cusserunt me & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum custo-  
 des murorum.* Quibus eleganter expressit verbis dama-  
 na, quæ ab finitimis hostibus velut domesticis patiebatur  
 sponsa

Canti. 3.

Canti. 4.

Canti. 5.

Canti. 5.

Sponsa. Ac si Hispanismo nostro diceret sponsa: *Capearon me  
 las guardas de la Ciudad:* Ne fortasse & de damno à domesticis  
 à Deo discedentibus agit verbis illis Sponsæ, Salomon. Nam  
 que & capit. 5. & 8. non solum facit sermonem, de clamore po-  
 puli, sed etiam de reuersione eius ad Deum: *Adiuo vos,* in-  
 quit Sponsa, *Filiæ Hierusalem,* Id est quæ habitatis Hierusa-  
 lem, *Si videritis dilectum &c.* Per Deum vos deprecor, vt hoc  
 faciatis, vel *Iuradme de dezerte si le vieredes,* que estay enferma  
 de amores del. O diuinus amor: O felix ægritudo: Cantat præ-  
 terea Salomon eruditionem & sapientiam plebis Israeliticæ  
 illis verbis: *Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta  
 sum coram eo, quasi pacem reperiens.* Quod in euangelica lege om-  
 nino adimpletum est, quoniam quæ antea, vt paruula, non  
 habebat vbera doctrinæ Sponsa, iam multis doctoribus & ma-  
 gistris veritatis abundat. Non est iam sterilis ex Gentibus po-  
 pulus sed multos habet filios sapientissimos. Habet ergo spon-  
 sa vbera sapientiæ altissimæ, & fortissimæ sicut turris. Ecce  
 6 nonum Drama. In vltimo autem sponsa loquitur, de sponsi  
 æterni habitatione, in populo Israelitico relictis cæteris gen-  
 tibus, quod innuere videntur verba illa: *Fuge dilecte mi, & assi-  
 milare capræ, hinnuloque ceruorum, super montes aromatum.* Et  
 sic sui decem pastoralia Dramata clausit Salomon, Cantico-  
 rum primo sane sunt quàm plurima Symbola. Quis enim non  
 videat (vt more nostro ad quædam indicanda speciatim acce-  
 damus) osculum in sacris summæ pacis & amoris esse Symbo-  
 lum? Osculum autem illud suo spiritu, amore, & beneficentia  
 porrigeret vt Deus, optabant illi patres. Quòdam modo  
 anres, os, & oculos, aliaque membra & corpus Deo tribuit,  
 & quo modo, diximus iam ex sanctis Patribus. Adolescen-  
 tulas autem animas esse ex Gentibus congregatas, vel popu-  
 los Hebræorum nationi pacis & amicitiaæ foedere copulatos  
 appellari à Salomone, veri simile est, qui ob gloriam nomi-  
 nis Dei Israel eiusque potentiam veluti oleum siue vnguentum  
 pretiosum diffusam amicitiascum Hebræis inibant. No-  
 men enim Dei in sacris eius notitiam, vel miraculorum fama  
 siue gloriam designare, certum est. Trahe me post te.  
 Vide nimirum amoris affectum sponsæ, quæ trahi post spon-  
 sum desiderat, eiusque vestigia sequi. Si, trahi vis, O spon-  
 sa,

Canti. 5.  
Canti. 8.

Canti. 3.

Canti. 1.

Canti. 1.

H 5 sa,

fa, quo modo post ais: Curremus: Nam qui trahuntur non sponte currunt: Sed nolentes dicuntur trahi, & volentes duci. Magnus plane amoris ardor quo semper cum sponso suo esse desiderabat sponsa. Sic eadem dicebat, Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie. Meridies autem, vel ad tribulationes maximas, vel ad peculiare Numinis auxilium refertur, vel fauorem eximium. Qui verò sint sodales sponsæ, apud quos vaga & errabunda volebat diuagari sponsa, ab ipso sponso post videtur indicari, nimirum pastores alij, in quibus quandoque, imo sæpe euenit error. Solus enim Christus inter pastores nunquam vlllo modo peccauit. Muræ aureæ quæ quid aliud sunt quam præcepta diuina? Nam ut à collo ad pectus pendebant auræ, quo antiquitus (autore D. Hieronymo) mulieres utebantur, ita Dominus Deutero. 6. præcipiebat mandata, ut nunquam eorum obliuiscerentur in membris, quibus sua monilia & ornamenta ponunt mulieres, ligata habere. Ut autem monilia Latine dicuntur, quod admoneant virtutis & honesti, ita & diuina præcepta, quod admoneant monilibus comparantur. Suntque ista monilia in igne fabricata ab artifice Deo in monte Sinai, cum de medio ignis verbū & madata sūt egressa. Exo. 33. Quod autem sponsæ tribuuntur membra, vnde pendeant ista monilia arcanis & Symbolis non caret. Nam umbilicus appetentias significat, circa quas sponsa anima debet tornatilis esse, & ad coelestia volubilis, & perfecta labia conceptus animi significant, quæ sicut vitta coccinea debent esse. Igne & ardore charitatis oculi palcherrimi Palæstinarum columbarum, columbinam (ut ita dicam) conscientiæ denotant puritatem. Capilli vero cogitatum compositionem, dentes, vim spiritalem ad ruminanda mandata diuina lata in monte Sinai. Et sic de alijs membris poteris tu philosophari si sensum spiritalem ex rebus terrenis, illis quodam modo accommodatum & assimilatum elicias. Illud autem tibi est maxime obseruandum ex Cornelio Gandauenſi in psalm. 44. quod, ut in illo Psalmo sub typo Salomonis & filiæ Pharaonis pingit Dauid nuptias Christi & Ecclesiæ, ita & in hoc cantico eius filius Salomon sub suo nomine, & persona sponsæ suæ filiæ Pharaonis, Christi & Ecclesiæ nuptias elegantissime, in modum Bucolici Dia-

D. Hiero,  
Deutero. 6.

Exodo. 33.

Canti. 4.

Iansenius.  
Psalm. 44

logismi depingit. Quare & sponsam Ecclesiam assimilat equitatu Pharaonis, & Christum prædicens videtur dicere: Egredimini filiæ Sion & videte Regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Quod ad Deum ipsum videtur referendum. De quo alias. In hoc ergo Cantico inuenies sponsum & sponsam, & sodales, & vulpes, & pardos, & capras, & ceruos, & hortum floribus & arboribus consitum, & adulescentulas, pastores, gregesque eorum, aues in horto canentes, vineas florentes, muros ciuitatis, custodesque murorum, monilia sponsi, & blanditias mutuas & alia id genus multa. De quibus omnibus spiritualiter sentire debes, si non vis errare. Non tamen velim suspiceris (ut quidam male) quod in cortice, non conueniant epitheta illa, sed dissona sint intellectui, nisi in sensu allegorico, non verborum, sed historiæ accipiantur. Nam id falsum esse ostenderunt viri doctissimi. Tandem in Canticorum Cantico tot sunt Symbola, quot verba. Nam (ut ait D. August. lib. 8. de Gene. ad liter. ca. 1.) oratio huius libri tota est figurata. Et in speculo ex Canticis, *Hic liber, Inquit, Totus amoris sanctos Christi & Ecclesiæ, figurata locutione commendat, & prophetica pronunciat altitudine &c.* Sed iam ad alios Prophetas deueniamus.

Cantico. 1.  
Cantico. 3.  
Cantico. 1.  
Cantico. 2.  
Cantico. 3.  
Cantico. 5.  
Cantico. 1.  
Cantico. 6.  
Cantico. 2.  
Cantico. 5.

D. August.

## DE ESAIÆ PROPHETIA, eiusque Symbolis.

### PRINCIPIUM. 31.

AD est iam nobis sanctus propheta Isaias nobilis & eloquens, atque urbanus, qui in Iudæa & Hierusalem prophetauit, contra vtramque, deinde etiam contra Gentes, videlicet Babylonem & Philistæos, & Damascum. Visio nem vidit contra Ægyptum, contra Idumæam, contra Phalangam Sion, contra Tyrum & contra quadrupedia in solitudine. Exponit & Exodum Sennacherib, & arrogantiam Rapsacis, & vtriusque casum ac perditionem &c. Denique etiam de Eunuchis prophetauit, & Gentibus, & in calce de die iu-

cij,

- D. Atana.* dicij, vt D. Athanasius testatur in Synopsi. Itaque de vtroque 33  
agit regno, idest, decem tribuum Israel, & duarum Iuda &  
Beniamin, nunc commixtim, nunc separatim. Et cum interdum  
ad præsentem respiciat historiam & post Babylonix captiuitatem  
reditum populi significet in Iudæam: tamen omnis eius cura de  
vocatione Gentium. Et de aduentu Christi est. Nam vniuersa Domini  
sacramenta Isaias continet, & tam natus, de virgine Emmanuel,  
quam illustrium patrator operum atque signorum, mortuus ac sepultus  
ac resurgens ab inferis, & Saluator vniuersarum Gentium prædicatur  
ab eo. *Quid loquar* (inquit D. Hieronymus in Proæmio commentar. in  
eum) *De Physica, Ethica & Logica? Quicquid sanctarum est  
scripturarum, quicquid potest humana lingua proferre, & mortali-  
um sensus accipere, volumine illius continetur.* Hinc est, quod  
plusquam propheta videatur (& nisi fallor) dici possit. Nam si  
(vt ait D. Augusti. lib. 18. de ciuit. Dei ca. 29.) à quibusdam  
potius Euangelista dicitur, quam propheta, cur non & plus  
quam propheta fuisse dicatur? Plus enim est esse Euangelista-  
tam, quam prophetam. Quo autem tempore, & quos habue-  
rit Synchronos prophetas, ex eius principio manifestum fiet,  
Si vitam & mores sanctissimi prophetæ aspexeris, speculum  
planè purum & sine macula habebis. Corporis quippe casti-  
gatione plerisque iam superatis, nudus & discalciatus ad ter-  
tium annum ex Origene contra Celsum lib. 7. incessit: tan-  
demque à Manasse rege Iuda, vt Hebræi ferunt ferra lignea  
ferratus, & in duas partes dissectus est. Vnde quod ad He-  
bræos. 11. de sanctorum supplicijs legitur, Serrati sunt, ad  
Isaiam referri solet, D. Hieronymo lib. 15. in Esai. capitul.  
57. autore atque Eusebius interfecto illo Manassem suam  
statuam quinque facies habentem posuisse dicit. Interfectus  
autem fuisse ab Hebræis refertur, teste D. Hierony. in Esai.  
cap. 1. quod dixerit se vidisse Dominum, & non sciebant, vel  
non aspiciabant illi, vt Origenes in Esaiam homil. 1. prodit  
quia duabus alis velauerunt faciem Dei, Seraphim: tum etiam  
quod Principes Sodomorum & populum Gomorrhæorum  
eos appellauerit. Itaque vt impius iudicatus est, quod dicen-  
te Domino ad Moysen Exod. 33. Non poteris videre faciem  
meam ausus sit dicere. Vidi Dominum super thronum excel-  
sum

- sum & eleuatum &c. Prophetia autem eius (iuxta Petrum  
Aureolum, à quo & à prædictis autoribus Ederus multa colle-  
git) diuiditur in duos præcipuos tractatus, in Tragicum, sci-  
licet, & comicum. Tragicus, multifarias continet exprobra-  
tiones, & comminationes, quibus propheta præcipue popu-  
lum Iudaicum perstringit, & a peccandi libidine abstrahere  
studet. 39. capitibus, oraculo tristi & lugubri: Comicus autem  
crebra habet tum exhortationes, tum consolationes, à cap. *Ederus.*  
40. Vsq; ad finem libri. Quæ omnia distincte in Edero inue-  
nies in suis Theologicis partitionibus, lib. 2. à Tabula. 168.  
Vsq; ad. 177. inclusiue. Quæ fere Propheta Esaias tradit per  
Symbola & arcanum sermonem quemdam elegantissimum. *Isaie. 1.*  
41. Nam in principio statim suæ prophetiæ sic incipit, Cælum  
aduocans & terram, *Audite cæli & auribus percipe terra, quo-  
niam Dominus loquutus est.* Vide Prosopopœiam elegantissi-  
mam. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.  
*Cognouit bos possessorem suum, & asinus &c.* Ac si diceret: Bru-  
tis ipsis estis insensibiliores, quæ Dominum qui eis benefa-  
cit agnoscunt, erga que cum suam deponunt feritatem, vos  
autem non agnouistis me, qui vos ab exitu Abraham de terra  
sua, vsque in hunc diem enutriui & exaltaui præ omnibus gen-  
tibus & regnis. Propterea eorum incensum vocat abominatio-  
nem, idest, ac si Deorum cultu me coleretis superstitioso.  
Nam id abominatio in sacro sermone significare solet. Abro-  
gatio ergo fit & euacuatio legis antiquæ, ob multitudinem  
scelerum Hebræorum cap. 1. & 2. & nouæ legis introductio  
symbolice ponitur, nouique gregis electio, cuius dux & ca-  
put Christus, *Mons domus Domini dicitur præparatus in vertice  
montium.* Et tempus aduentus eius *Nouissimi dies* vocantur,  
vel quod omnia tunc facta fuerint noua, recesseruntque vete-  
ra, vel quod id euenire deberet longo, post Esaiam, tempo-  
re. Capite tertio per Symbola ostendit Esaias, quanta, &  
quot aduentura forent mala Israelis populo, ob necem Chris-  
ti, Nam sic incipit: *Ecce enim Dominator Dominus exercituum.*  
(Ecce nomen Domini Symbolicum) quo eius immensa po-  
tentia designatur sabaoth scilicet, de quo iam dictum est, *Au-  
feret à Ierusalem & Iuda validum & fortem, omne robur panis  
& emne robur aquæ &c.* Vbi & auferendam ab eis intelligen-  
tiam

tiam scripturæ sacræ prædicit *Isaias*, cum minans propheta-  
 tat, vt certo, auferendum ab eis prudentem eloquij mystici  
 siue arcani. In tantam deuenietis (inquit) penuriam homi-  
 num, vt non inueniatur qui sit princeps inter vos. Quin & si  
 seruo vestro principatum obtuleritis recusabit dicens: *Non*  
*sum medicus, & in domo mea non est panis.* Non sum ego is qui  
 vestra possim vulnera curare, quæ sunt incurabilia, nullam  
 que medicinam admittentia. Non habeo præterea quibus vos  
 alam. Ecce Regis veri admirandum Symbolum, qui & Chirur-  
 gus & populi pastor debet esse. *Agnitio vultus eorum correspon-*  
*dit eis & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt.* Ac si His-  
 panismo nostro dixisset: *En la cara trahian el sobre scripto de estos*  
*males en el pelage que trahian y malissimo modo de venir.* Quare  
 statim enarrat vitia, quibus seruiebant. *Et dixit Dominus Pro*  
*eo quod eleuatae sunt filia Sion, & ambulauerunt extento collo, &*  
*nutibus oculorum ibant & plaudebant, & pedibus suis composito*  
*gradu incedebant.* Ecce arrogantia mira Symbola, elegantem  
 que Hypotyposim seu mimosim. *Decaluaabit Dominus verti-*  
*cem filiarum Sion &c.* Vsq; ad finem capitis, quæ omnia  
 Symbolice ruinam Hierusalem, eiusque desolationem desig-  
 nant proculdubio. Capite item quarto, eorum poena ostendi-  
 tur, *Germen Domini in magnificentia & gloria promittitur fructus*  
*que terra sublimis, vbi præseruatio à poenis eorum, gregi nouo*  
*Domini, prædicitur. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion,*  
 Id est, si eam purificauerit. Affirmatiue ibi videtur sumi, Si,  
 vt & alibi in fermone sacro, pro eo quod est Sic, vel certè  
 Protectio. Christicolarum illis verbis significatur, *Et creabit*  
*Dominus super omnem locum Montis Sion & vbi inuocatus est nu-*  
*bem per diem, &c.* Alludit nanque propheta ad antiquæ legis  
 dationem in monte Sinai, & ad nubem, quæ Israeli osten-  
 debatur, ex qua Dominus loquebatur. Vnde subdit: *Et super*  
*omnem gloriam protectio.* Idque designant reliqua verba capitis.  
 Cap. 5. poenam illam multiplicem populo comminatam iuste  
 à Deo immittendam demonstrat vates, compositionem  
 canti lenæ de Synagoga merito repudiata introducit in princi-  
 pio capitis: *Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ*  
*sua. Vineæ facta est dilecto meo in cornu filio olei.* Dilectus autem  
 ille Christus optime intelligitur, qui fuit patruelis *Isaiæ.*  
 Nam

Isaia. 4.

Isaia. 5.

73 Nam fuit is frater *Amasæ* regis ex tribu Iuda vel de Israele,  
 vt alij interpretantur, cui carmen hoc lugubre concinit *Isaias.*  
 Ipse autem *Isaias* explicat suam cantilenam, si verborum se-  
 ries elegans attendatur. Quid vero dicam de visione illa Sym-  
 bolica qua *Vidit Dominum sedentem super solium excelsum & ele-*  
*uatum &c.* Quæ ad maiestatem Dei spectat more Hebraico,  
 54 sic enim eis apparebat Dominus, angelis nimirum circunda-  
 tus & gloria resplendente, nube, vel fumo &c. quam quidam  
 putant eandem esse cum Ezechielis visione: nisi quod hæc  
 elegantiam vrbanitatemque verborum, illa vero quandam  
 rusticitatem redoleat? Et mihi sane ita videtur ex parte, quod  
 55 attinet, nempe, ad gloriam Domini repræsentandam. Dice-  
 mus & de hoc cum in Decadibus Ezechielis visionem expli-  
 cauerimus. Sed & impositio officij prophetici, & purgatiola  
 bitorum eius per calculum, quem *Seraphim* tulit de altari (quæ  
 iuxta Hebræum visio prima *Esaia* est) nonne symbolica est  
 & figurata? Calculus ille ignitus Symbolum erat sacri pne-  
 56 umatis, ignis, nimirum, illius, quem Dominus *Iesus Chris-*  
 tus misit in terram & voluit vehementer accendi, quique in  
 Apostolorum corda descendit. Emmanuel vocandus dicitur  
 Christus iuxta id quod futurum erat. Nam quia *Deus* cum ho-  
 minibus versaturus foret, ideò *Emmanuel* eum vocandum  
 prædixit *Esaia* iuxta Hebræorū consuetudinem, qua nomina  
 imponendo, res futuras significabant. Sic que intellige *Esa-*  
 57 *iam* cum dicit, *Et vocabitur nomen eius Emmanuel, vel admi-*  
*bilis, Deus fortis, Pater futuri sæculi &c. Butyrum & mel come-*  
*det Christus.* Quid hoc sit propheta explicuit, *Vt sciat (inquit)*  
*reprobare malum & eligere bonum.* Nam per delicates cibos,  
 admirandum Christi ingenium quodammodo patefecit *Isa-*  
 58 *ias* capitul. 7. Et capitul. 8. de nostra *Maria* Dei matre prophe-  
 tizat, quæ vocat prophetissā antonomastice. Et secundū regu-  
 lā nuper à me adductā nomina illa Symbolica de Christo pue-  
 ro interpretare. Apostolos vocat. c. 4. semen relictum ex *Israe-*  
*le* illis verbis, *Omnis qui relictus fuerit in Sion sicut & clarius c. 1.*  
*Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen &c.* Sic & loqui  
 59 tur *Paulus* Ro. 9 & 11. Sanctusque vocatur ibi verus *Chris-*  
*ticola* vt & à *Paulo*. 1. Corint. 14. & alibi non semel capitul. 1.  
 fornacem *Babylonis* tangit, in qua scoria domus *Israel* ad  
 pu-

Decad. 10.  
Symb. 10.Isaia. 7.  
Isaia. 8.  
Isaia. 4.  
Isaia. 1.  
Rom. 9. &  
11.  
1. Corint.  
14.  
Isaia. 1.



- Isaia. 21.* purumerat excoquenda vt tribulationem arcane innueret futuram Cap. 21. *Annus mercenarij certus & definitus* dicitur. *Adhuc in vno anno, quasi in anno mercenarij & auferetur omnis gloria Cedar.* Et symbolice etiam subdit: *Et reliquia numeri sagittariorum fortium de filijs Cedar imminuentur.* Alludit ad Ismaelem, qui fuit sagittarius, ex Genes. cap. 21. & fortasse Ismaelitæ patris sequebantur artem. Onus autem sæpè in prophetis ingeminatum, malum futurum, arcane portendit. Ca. 16
- Isaia. 16.* *Petram deserti vocat Ruth Moabitidem* iuxta D. Hieronymum
- Isaia. 23.* *Emitte agnum Domine dominatorè terræ &c. Ca. 23. Italiã Cethim*
- Isaia. 24.* *appellat. In Cethim consurgēs trās freta &c. Sicut & c. 24. Vbi pro*
- Isaia. 29.* *Cethim vulgata habet, Italiam, ita dicens Venient in trieribus de Italia &c. Cap. 29. Libanus conuersus in Carmel.* Gentium significat conuersionem, *Et Charnel in saltum reputabitur.* Id est in arbores steriles & infructiferas populus Iudaicus cognitio nem Dei, qui antea habebat eiusque cultum Cap. 60. iustos vocat volantes nubes. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant?* Id est, qui tanta celeritate ad te veniunt, o Ecclesia? Magorum aduentui quadrabit. ca. 14. Homines significantur per bruta, qui moribus, eis assimilantur. *Et ponam eam in possessionem hericij &c.* Hericius autem diuites videtur significare, cum diuitias Dominus Matth. 13. spinis comparet, Hericiusque plenus spinis est, vt constat. *Posuimus mendacium spem nostram* capit. 28. ait *Isaias* voce impiorum, id est, in idolo quod mendacium prophetæ vocant confidimus. Sed videtur melius de mendacio interpretari, quod araneæ telam video vocari. Symbolum in signe etiam illud est, quo draconem vocat *Isaias* Regem Ægypti, Pharaonem videlicet, illis verbis cap. 51. *Nunquid non tu percussisti superbum vulnerasti draconem?* Vt & alibi non semel tantum inuenitur in sermone sacro. Sic & alia multa ad hunc modum poteramus colligere citra multum studium & laborem, per singulaque capita discurrere, Symbolaque plurima indicare tibi, o lector, vt non fuisset difficillimum nobis, sic nec valde laboriosum: sed breuitati indulgentes, his contenti sumus. Ad exploranda ex *Jeremia* Symbola accingamur.

DE

DE HIEREMIAE PROPHETIA, eiusque Symbolis,

PRINCIPIUM. 32.

- 66 **E**CC E Sequitur *Jeremias* Propheta filius *Helkix* Prophetæ & sacerdotis magni, qui legem inuenerat in tempore *Iosif*. Traditioque Hebræorum est, cuiuscunque Prophetæ pater aut auus ponatur in titulo, ipsos quoque fuisse Prophetas. Fuitque Sacerdos ex Sacerdotibus, & in matris vtero sanctificatus, virginitate sua euangelicum virum Christi Ecclesiæ dedicans, iuxta D. Hierony. in prologo, & in Apostologia aduersus *Ruffinum*. Videndus est & D. Augusti. Epist. 57. & D. P. Bernardus in Sermone de Natiuit. *Ioan.*
- 67 Bap. quem alij ascribunt alteri. Accepit autem prophetiam puer, vt patet ex cap. 1. sicut & *Daniel*, ex eius cap. 13. Prophetauitque in *Ierusalem* de futura siccitate, & contra *Genes Ælam*, reprehenditque iniustitias *Ierusalem* in multis. Et de aduentu Regis *Babylonis* ad excidendum terram *Ægypti*, & aduersus *Babylonem* prophetauit &c. Ex D. Athanasio
- 69 in Synopsi. Contextaque est eius prophetia per tempus *Iosif* filij *Amon* Regis *Iuda*, vsque ad annum tertium decimum regni eius, & per dies *Ioachim* filij *Iosif* Regis *Iuda*, vsque ad consummationem vndecimi anni *Sedechiæ* filij *Iosif* Regis *Iuda* ex *Origene* Homil. 1. in *Jeremi*. Videndusque de hoc D. Hieronymus li. 1. in eum c. 1. Qui & in summario sepulturam eius miraculis celebrem prodit apud *Ægyptios*, & S. *Dorotheus* in Synopsi tradit eum vocitare prophetam sanctum, reliquisseque illis mysterium *Virginis Mariæ*, de quo in *Decadibus* dicemus. *Iosephus* libr. 10. capitul. 10. testatur
- 70 Hieremiam cœno fuisse demersum, D. que Hieronymus in argumento siue summario & autor operis imperfecti in *Matthæ*. capitul. 22. homil. 41. dicunt eum post multas iniurias tandem apud *Taphnas* in *Ægypto* à populo lapidibus obrutum occubuisse. Coætaneos habuit *Sophoniam* &

I Ba-

**D. Atana.** Baruch, ex diuo Athanasio in Synopsi sua. Eius liber primum combustus, sed iussu Domini ab eodem restitutus & auctus. Sed indicemus iam Symbola quædam. Distributionem huius prophetiæ, eiusque summam inuenies apud Ederum, qui hæc fere, quæ adduximus præfantes, ex Patribus adnotauit, & plura alia. Habet autem Ieremias duo volumina concionum propheticarum vnum, & Threnarum siue lamentationum alterum, quibus adnectitur Oratio Ieremiæ. Ex quibus non pauca, imo quam plurima possumus hic Symbola congerere. In primis autem elegans illud Symbolum est, quo clementiam Dei, sub figura sponsi contempti, volentis sponsam etiam ipsum spernentem ad se recipere capite. 3, vulgo dicitur, *Si dimiserit vir uxorem suam &c.* Et in sola concione prima, quæ est à capitul. 13, vsque ad. 20. animaduertere possumus metaphoras plures, seu Symbola, quibus propheta ostendit suæ prædicationis illum esse effectum, vt obeam à populo persecutionem pateretur, & pro beneficio iniurias acciperet. Id que ostendit sub metaphoris lumbaris linei quod computruit capitul. 13. Qua parabola dignitatem populi Iudæorum, quem Deus sibi coniunxerat, & eius iniquitatem, qua ab eo recessit, iniquitatisque declarat poenam, vnde ait: *Sicut enim adheret lumbari ad lumbos viri, sic adglutinaui mihi omnem domum Israel. &c.* Adiungit & aliam parabolam lagunculæ dicens: *Omnis laguncula implebitur vino &c.* Qua grauissimam calamitatem, qua afficiendi erant Iudæi, & ceu inebriandi, cuius omnes à minimo vsque ad maximum, erant futuri participes, cuiuscunque status forent. Vbi & illud intermiscet admonitorium: *Date Domino Deo vestro gloriam*, Scilicet respiscendo, & obediendo monitis eius & subdit: *Antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos.* Hoc est, antequam veniat tribulatio. Per montes caliginosos significari Babylonem & Chaldæam, vt. & Isaïæ. 13. *Super montem caliginosum leuate signum*, Ibi ita dicit Babylonem, vocari propter superbiam, alijque propter fortissimos muros, quasi ex allusione ad nomen Babel, quod confusionem significat. Alij intelligunt Ægyptum, in quo fidebant. Alij Hyperbolen esse maximum calamitatum significationem.

79 **79** tiuam. Et capitul. 14. addit metaphoras de sermonibus fictitatis, id est, prohibitionum pluuiarum, & depingit calamitosum illud tempus cum ait. *Luxit Iudæa & portæ eius corruerunt. &c. confusi sunt agricolæ & operuerunt capita sua &c.* Quod iuxta septuaginta sic legitur. *Et opera terræ defecerunt quia non erat pluuia.* Adijcit, & metaphoras Moyfi & Samuelis, qui digni alioqui exaudiri, nunc tamen non audiantur capitul. 15. *Si steterint Moyfes & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.* In Hebr. est, *Ad facies meas.* Caldæus Paraph. *Si steterint ad deprecandum in conspectu meo.* Vbi & mortem vocat pestem, *Qui ad mortem, ad mortem*, Id est, qui destinati sunt vt peste moriantur, ita morientur &c. Et *visitabo super eos quatuor species*: Hoc est, quatuor genera malorum eis immittam, vel eis proficiam iuxta Santem. Nam verbum Pachad, & proficere significat. *Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius.* Id est. Quæ diues erat liberis, orba subito facta est, & præ dolore defecit. *Vacua facta est*, legunt Septuaginta Chald. Paraph. *Deserta est terra eorum absque populo, fuerunt in exhalatione anima.* Nomine eius, quæ peperit septem, terram multorum hominum copia affluentem intellexit vates. Ad eius calamitatem spectat & illud: *Occidit ei Sol, cum adhuc esset dies*, Id est, in medio prosperitatis suæ corruit. Conqueriturque propheta, quod cum nullo commercium habeat circa ea, quæ discordiam gignere solent, vt sunt quæ ad auaritiam spectant, maledictis ab omnibus proscindatur. *Non fæneraui. (inquit) neque fæneraui mihi quisquam &c.* Quod Hispanismo nostro solet dici, *No doy ni tomo con nadie y no me dexan.* Ad idem propositum facit & illud: *Nunquid fæderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs?* Theodoretus ita exponit. Ne fiduciam collocetis in indumentis æreis aut ferreis. Quasi dicat, Non cognoscetur ferrum & æs quo tu vestiris, & in quibus fiduciam collocas, nihil proderit, nihil efficiet. D. Hieronym. Ne doleas quod populus tuus durus sit, te enim duranunciante, non potest te amare, qui durus est. Siue, Babylonij, qui ab Aquilone veniunt, sunt quæ ferrum durissimum, huic populo 85 æreo in moribus & indomito, non poterunt dextras dare.

Ieremi. 7 4.

Ieremi. 15.

Chald. Paraph.

San, Pag.

Cald. Paraph.

D. Theodoretus.

D. Hieron.

Chaldaeus  
Paraph.

Septuaginta ad Theodoretum expositionem accedunt, qui ita legunt. *Si cognoscetur ferrum & operimentum arcum fortitudo tua.* Chaldaeus Paraphraſtes, ita locum elucidat: *Et Rex qui fortis est sicut ferrum ascendet, ut fulciat Regem robustum: sicut ferrum & sicut aes veniet ab Aquilone contra eam, ut conterat eam.* Videturque intelligere de Rege Aegypti ac si dicat, nequaquam Rex Aegypti Sedechiae robusto, auxilium feret, sed Nabuchodonosor, ut ferrum & aes veniet ab Aquilone contra Ierusalē. Ceterum mihi rem hanc consideranti, difficillima videtur, nisi ad Ieremiam quodammodo referatur: cui Dominus immediate ante haec dixerat, *Reliquia tua in bonum*, Id est, bonus erit finis tuus ex meo auxilio, bona erunt nouissima tua, id est, non inuenieris in dictis tuis mendax. Et sic quadrat sententia Chaldaei Paraphraſtae. Verum alij sic exponunt: Ensis Iudaicus ferreus franget ne enses Chaldaeorum ferro & chalybe constantem? Non certe. Viri Iudaeorum ferro purissimo comparant, & Chaldaeorum ferro, quod multum habet Chalybis admixtum, atque adeo validius est. De sua prophetia addit Ieremias: *Inuenti sunt sermones tui*, Id est, reuelasti eos mihi, *Et comedi eos*, id est, locutus sum eos, *& factum est mihi verbum tuum in gaudium*, Quoniam Nabuchodonosorem mihi dedisti propitium, reclamante in initio contra me populo meo. Inuocatum autem esse nomen Dei super prophetam, est, vocatum fuisse prophetam Dei, ex quo vera visa sunt quae dixit. Sic & illud alibi, & nomen tuum inuocatum est super nos, id est, tui vocati sumus. *Ante faciem Domini stare* eodem capitulo, id est, amabo te. Ac si Hispanismo nostro, diceret, *Porne los ojos en ti, mirare per ti.* Hebraica est Phraſis. Chaldaeus paraphraſi aliter. *Coram me ministrabis. Et si separaueris pretiosum a vili, quasi os meum eris*, Id est, si dederis operam ut electos separet a reprobis conuertens eos, vel non te malis adiunxeris, verissima te praedixisse monstrabo, reputaberis quae ut oraculum meum in omnibus, quae dixeris, ex euentu eorum certo: *Et dabo te populo huic in murum aeneum*, Id est, constantissimum, ut non eis quodam vel paruo modo acquiescas. In Cap. 16. ponit Symbola hominis eunuchi & sterilis dicens, *Non accipies uxorem & non*

erunt

92 *erunt tibi filij & filiae in loco isto &c.* Voce Domini. Id enim ei facere prohibebat Dominus, quo non solum verbis, sed etiam factis, calamitatem futuram denotaret: Sicut & infra capit. 32. iubetur agrum emere ab Hananie el, quod significaret, reducendos ex captiuitate, & iterum reuersuros Iudaeos in terram suam. Praedicitem nullo honore prosequendos mortuos, *Et non se incident, neque caluitium fiet pro eis.* D. Hieronymus, morem hunc fuisse apud veteres, & vsque ad suum tempus permanisse in quibusdam Iudaeorum partibus, incidendi se & faciendi caluitium pro mortuis, (luctibus nanque inciduntur lacerti, quod & in lege prohibetur Deut. 14. capit.) testatur, de quo Iob legisse quod idem fecerit. Iuxta ritum Gentium faciebant id Iudaei; sed non facturos praemultitudine ob euntium praedicit Ieremias. Ad idem spectat & illud, de conuiujs mortuorum: *& non fragent inter eos panem lugentium, ad consolandum.* Solennitates item nuptiarum auferendas dicit & nuptias: *Ecce ego auferam de loco isto &c.* loquensque voce Domini de Chaldaeis qui Iudaeos in captiuitatem adegerunt, ait: *Ecce ego mittam pisces multos &c.* De Apostolis mystice exponetur. *Duplices iniquitates* vocat postea patrum & filiorum. *Mendacium & vanitatem* Symbolice vocat idololatriciam inferius: *Vere mendacium possederunt patres nostri &c.* Idcirco ego ostendam eis per vicem hanc manum meam, Id est, vindictam meam. *Esta vez* (solet dici Hispanice) *les hare ver aque ja ben mis manos. Et scient quia nomen mihi, Dominus*, Id est, quod sim omnium rerum Dominus. Cap. 17. adiungit vates metaphoras styli ferrei & adamantini lapidis, dicens: Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo, &c. quibus verbis duo significat, & Iudaeorum obstinatas mentes, & certam praeparatam que neque obliuioni tradendae iniuriae vindictam. Stylo ferreo & stylo adamantino, ait scriptum esse peccatum. Sic transfert Santes, Rab. Kimhi dicit, stylum ipsum vocatum vnguem, quod eo non secus ac vnguibus sculpat. Sed planum est verba quid significant ad duritiam cordis eorum refert, nam ita habet: Peccata domus Iudae, scripta sunt stylo ferreo & vngue adamantino, sculpta super tabula cordis eorum. Ad memoriam Dei idolatriae Iuda spectat illud: Quoniam ignem succendisti in furore meo, vsque in aeternum ardebit. Pro in aeternum, est in

Ieremi. 32.

D. Hier.

Deut. 14.

Ier. 17

Kimhi.

Heb. Holam, à quosunt qui putent deriuatum latinum Olim.  
 Holam autem non semper significat durationem infinitam à 99  
 parte post, sed nimis longum, vt ex sacris constat literis. Po-  
 nere autem carnem brachium suum, est confidere in homine  
 & non in Deo, & sic fidentem, vates maledictum dicit. Et  
 non videbit cum venerit bonum, idest, nil habebit prospe-  
 rum. *No vera mas el bien por su casa.* Solet Hispane dici, Ele-  
 ganti Antithe si comparat deinde virum in Domino confiden- 100  
 tem arbori frondosæ semper & fructiferæ. Probare renes  
 Deus dicitur, idest, explorare affectus, vt & capitul. 11.  
 Admirandum autem est Symbolum perdicis fouentis ova,  
 quæ non peperit, quam & relinquunt pulli ex eis prodeun-  
 tes, quo declarat vanâ fiduciam Hebræorum, qui in diuitijs  
 confidebant, quas breui direpturi forent Babylonij. *So-  
 lium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ.*  
 Ac si dicat: Est qui quærat & qui iudicet, qui cum iniustitia  
 proximi diuitias adglomerant. Venam item aquarum viuen-  
 tium sicut & fontem aquæ viux supra capitul. 2. Deum ve-  
 rum vocat, voce eiusdem. Diem hominis, idest, prosperita-  
 tem siue gloriolam eorum non desiderauit aucupare, vel iu-  
 dicium eorum non exoptauit dextrum de me. Capitul. 18. Ad-  
 necit vates metaphoras de figulo, & contrafacto vase desump-  
 tas, cuius parabolæ intellectus ex illis verbis conijci potest:  
*Nunquid sicut figulus iste, non potero vobis facere Dominus Israel?*  
 Sic & capitul. 19. dissipatione lagenæ emptæ à figulo exci-  
 dium illorum in nuebat Vates quod illi suis peccatis ceu pre-  
 tio emerunt, vnde & fructus adinventionum eorum dicitur.  
 Ecce Symbola multa nimis in sola prima concione Ieremiæ.  
 (Neque vero omnia recensuimus (pariterque & in alijs concii  
 onibus esset inuenire: sicut & in Threnis sunt non pauca. *Nam  
 abijcere caput in terram* Mæroris Symbolum est: sicut & *Sedere  
 in terra & cõspargere cinere capita & cõticerere senes filia Sion.* Cap. 2  
 & capit. 1. *fieri hostes eius in capite,* Idem est, atque in fastigio  
 & in nobliori loco. *Quia Dominus loquutus est super eam,* Idest,  
 eam punire voluit. Et *sordes in pedibus eius,* Idest, contami-  
 nata est in vijs suis, & affectibus. Vel fortasse ita euenerat  
 incolis Hierusalem ob calamitatem, vt nudis incederent  
 pedibus, fordibus subinde plent. *Conuersa autem dicitur re-  
 trorsum*

Jeremi. 11.

Jerem. 18.

Jerem. 19.

Thren. 1. & 2.

*trorsum,* Idest, deiecta. *Ipsa autem* (inquit) *gemens, & conuer-*  
*sa est retrorsum.* Vbi, &, fortasse accipitur pro quia, vt alibi  
 in sacris literis non semel. De quo in Decadibus. *Manum  
 suam misit hostis,* Idest furatus est, & abripuit omnia pretio-  
 sa eius. *Expandit rete pedibus meis,* Hoc est, misit in me iram  
 suam, qua irretita mansi in manu Babyloniorum. Vel rete e-  
 xercitus vocatur hostium. *Vigilauit iugum iniquitatum mea-  
 rum in manu eius. Et, conuolutæ sunt & impositæ collo meo,* Cate-  
 nas & iugum vocans iniquitates suas, quæ eam subiugarunt  
 & in captiuitatem redegerunt. *Vindemia eos,* idest, dele. *Expan-*  
*dere manus* Est auxilium petere ardentem. Cap. 2. *Virginem fili-*  
*am Sion vocat* Symbolice Hierusalem, ob fortitudinem for-  
 tasse suam, vel Symbolo à primæua illa Patriarcharum ætate  
 deducto, de quo alias latius. *Filiam autem Sion* Planum est, ob  
 montem à quo videbatur nasci, vocitatam. Cap. item. 3. *Con-*  
*fringere ad numerum dentes meos,* Idest, ad calculum iuxta He-  
 bræarum, vellapidem minutum, vel arenam, ad amaritudi-  
 nem scilicet, vel dolorem suum, respiciens, eum dolori den-  
 tium ex fractione eorum omnimoda comparauit. Sic & Pro-  
 uerb. 20. *Suauius est homini panis mendacij & postea implebitur os  
 eius calculo,* Hoc est, doctrina falsa in principio dulcis, & in  
 fine amara est & dura. Quoniam autè calculis solemus nume-  
 rare, pro numero calculus accipitur, vel contra potius. 1. sine  
 numero falsa dicit. Sed iuxta Hispanismum nostrum id appa-  
 ret dictum, quo dicere solemus, *Quebrò me quantos dientes venia  
 en la boca,* Quando pugno in ora ferimur, vehementer. *Perijt  
 finis meus,* Idest, victoria mea, potentia, sanguis, robur, &  
 fortitudo, ea enim omnia verbum Hebraicum ibi positum de-  
 notat. *Leuauit se super se.* Vbi, natal, verbum, significat leuare,  
 baiulare, inuoluere. Particula, se, nõ est in Hebræo, quare ver-  
 ti potest, *Leuauit super se,* Iugū, scilicet, Dei. Ne quis cū multis  
 ob illud, se, aliter locū explicet. Ca. 4. mire exaggerat famem  
 Hierusalē dicens: *Sed & lamia nudauerūt māmā,* idest, feræ im-  
 piæ suos alūt catulos, Ierusalē vero nõ pōt suos filios alere. *Et nõ  
 sūt cogniti* (Nazaræi scilicet) *in plateis,* idest, nõ sūt a plebe ijs dis-  
 tincti. Iā enim omnes miseria æquales fecit. Sic & aliamultain  
 uenies in Ieremia Symbola, frequētissime actiones Symboli-  
 cas vsurpāte. Sed iā S. Ezech. nos vocat. De Baruch etiā desumi

Thren. 2.

Thren. 3.

Prover. 20.

Thren. 4.

*S. Epipha.* possunt Symbola, cuius sub nomine Ieremiæ meminit S. Epiphanius Hæresi Ebionæorū quæ. 30. est, & quasi nullā constitans differentiam, qui lamentū siue planctum assumit ciuitatis Hierusalem sub figura genitricis desiderantis reditum captiuorum, & iucundam promissionem, regalem atque diuinam Hierosolymæ mox aduenturam, & de fidelium multitudine, de que Christo & de postremis temporibus pleraque, vt Viues in D. August. de ciuit. Dei lib. 18. ca. 33, adnotauit prædicat. Sed obscurum Ezechielem ad eam us.

*Vines.*

**D E E Z E C H I E L I S P R O -  
phetia, & eius Symbolis.**

**P R I N C I P I U M. 33.**

**S**Ecutus est S. Ieremiam Sacerdotem & prophetam, S. Ezechiel propheta & sacerdos, eundem fere prædicationis cum eo habens scopum. Nam Hierusalē prædicit vastandam, eiusque populum abducendum, indicans huius mali causas, exhortatorio que vtitur sermone ad veram poenitentiam, erga concaptiuos suos. Nam ipse & Daniel in captiuitate Babylonica prophetauerunt. Incepit autem prophetare anno quinto transmirationis Iechoniæ, qui idē annus erat regni Sedechiæ ex D. Hieronymo in Prologo, absoluitque prophetiam. 20. annis, iuxta D. Grego. hom. 13. in Ezechielem. Prophetauitque anno trigésimo ab inuētiōe legis, ex quo & eius nomine & patris figuram Christi fuisse colligit Origenes hom. 1. in eum. Poenituerat autem concaptiuos suos, quod ad Ieremiæ vaticinium se vltro aduersarijstradidissent, vidētes adhuc Hierusalē stare, quam prædixerat ruituram, ac proinde solabatur eos propheta sanctus, visiones suas explicando. S. Gregorius Theologus Oratio. ad Hieronem, admirandum in ter prophetas & subtilissimū eum vocat, & in Apologetico, maiorū inspectorē, & mysteriorū ac visionum interpretem. Difficultatē autem eius traditio Hebræorū demōstrat & probat, qua nisi tricesimū quis attigerit annū, nec principii eius aut finē, sicut nec Cātica cātiorum vel exordiū Geneseos legere permittitur, vt D. Hiero. li. 1. in Procemio super eū refert, Constan

*D. Hiero.  
D. Grego.*

*D. Grego.  
Naz.*

*D. Hiero*

Constantiam vero eius virtutemque admirandā vel illud prodit, quod autor operis imperfecti in Matth. c. 23. homi. 46. super lapides tractū eum, & excerebratum esse, refert. Scatet autē tota eius prophetia Symbolis altissimis. Symbolice namque in primis dicitur data ei frons adamantina, quod dura que ventura forent locuturus esset, Ezec. 3. Vnde & sibi & alijs dicitur fuisse durus. Ex D. Grego. in. 1. Reg. c. 9. li. 4. In capite primo eius, noto notius est esse quā multa Symbola. Nā ad eū dicitur *Verbū Domini factū & manus Domini super eū facta*, Habuitque ingēsoraculū de calamitate Hierusalē proxima. *Vi ditq; gloriā Dei*, Id est, Deū ipsū cū angelorū comitātium maiestate, sicut Hispanismo nostro solet dici, *Vi a la magestad del Rey Philippe* Et tamen non solam eius intelligimus personam, sed & eius comitatum illustrem & præclarū. Visio autem illa ab ipso met Ezechiele dicitur fuisse, *Similitudinis gloria Domini*. Qua propter meo iudicio (de quo latius in Decadibus) Ezechiel vidit Deum in curru quem ferebant quatuor Cherubim, ipse autem Deus in curru ferebatur, quem modo hāc, modo illic, voce de super demissa à Deo ceu ab auriga Israel, & quadruplicis monarchiæ orbis per quatuor animalia (iuxta Lyranum) significatæ. Cherubim illa quatuor mouebant, & ducebant Omnia vero hæc ad maiestatem & gloriam Domini significandam ostensa sunt Ezechieli, & ad destructionem & combustionem Hierusalem, & calamitates ingentes denotandas. Hæc cap. 1. Mittitur deinde cap. 2. & 3. magnumque illi prædicandi munus committitur & iniungitur. Vocatque Israelitas & Iudæos *Filios dura facie & indomabili corde, domum exasperantem, Scorpiones, & irritatores*. Iubeturque *aperire os, & comedere inuolurum librum* (id est eloqui & prædicare) *Et expandit illum coram eo Dominus, in quo scriptæ erant intus & foris lamentationes & væ*. Id est, calamitates futuræ, & consolatio etiam nomine carmini significata, de qua agit a c. 33. vsque ad c. 40. nimirum de reuocatione populi ab exilio, de que structura solennis tabernaculi & noui templi, de quo inde vsque ad finem. *Scriptus autem dicitur liber intus & foris*, Vt multitudinis miseriarum Iudæis imminentium signum daret, quas nisi liber inter & foris scripus minime caperet. Dicemus de hoc alias. Scio enim à diuersis diuersimode locum explicari. *Aperi*

*D. Chryso.*

*D. Grego.*

*Ezech. 1.*

*Ezech. 2. &  
3.*

*Ezech. 33.  
vsque ad.*

*40.*

Polichro. re autē os iubetur id est obedire, vt tibi Polychronius interpretatur. Cibus enim prophetæ debet esse facere voluntatem Dei patris, vt & Christus Dominus suū esse dixit inquit, Cibus meus est, vt faciam voluntatem patris mei. Vel ad innuendam attentionem, & meditationē necessariam prophetæ, id iussit Dominus. Idem enim est, quod inferius dixit: *Fili hominis, omnes sermones meos, quos loquor ad te assume in corde tuo* (ecce comestione) & *auribus tuis audi &c.* Ecce oris apertionem iussam. Ex illo autem loco, *Ingrederere & includere in medio domus tuæ*, Incipit prophetare de captiuitate Hierusalem prædicatque suam clausuram, & alligationem vates, & reticentiam. *Cum autem* (ait Deus) *locutus fuero tibi aperiam os tuum &c.* id est, dabo tibi sermonem & libertatem ad prædicandum eum. Capit. 4. iam incipit prædicere obsidionem Hierusalem describens eam iussu Dei in latere. *Et insume tibi sartaginem ferream & ponas eamurum ferrum inter &c.* Ac si diceret: Quamuis in ista me sartagine frizum esse faciatis, dicam vobis quod debeo iussus dicere. Constantiam ergo significat in prædicendo. Vnde & subdit. *Obfirmabis faciem tuam &c.* Et statim adiungit S. Ezechiel tropos de somno superlatus dextrum, & superlatus sinistrum, quo significaret, per dies, annos, & per vtrumque latus Israel & Iudam, decem ex vna & ex altera parte duas tribus. Dicemusque de hoc forte in Decadibus latius. Deinde prædicat famem magnam in obsidione, & pollutionem eorum inter gentes. Et cap. 5. præostendit captiuitatem & dispersionem populi, & internecionem eorum sub metaphoris capillorum suorum, quos iussus est diuidere in tres partes &c. Omnia verba Ezechielis videtur fulmina mittere. Præmonstrat namque famis mortiferas sagittas & gladium, & contritionem baculi panis, id est, alimentorum, & pestem &c.

Ezech. 5. Cap. 6. & 7. ostendit depopulationem ac desolationem regionis. *Urbes deserta erunt & excelsa demolientur &c.* Oculi fornicantes siue cor fornicans idem est, quod idola colens. *Percute manum tuam & allide pedem tuum & dic. Heu ad omnes abominaciones domus Israel &c.* Egregium sane & affectibus plenum eum constituit, vel instituit prædicatorem. Signa enim illa sunt hominis grauissime obiurgantis. Commemoratque omnes eorū abominaciones, circa idola, vt tantorum ostendat malorum causam

31 fam *Finis venit.* Cap. 7. ait *venit finis, super quatuor plagas terra* Nomine virgæ, iniquitatem tyrannidi fidentem & viribus, intelligit dicens: *Floruit virga, germinauit superbia iniquitas surrexit in virga impietatis.* Fortasse ad virgam Aaron alludit, quæ in signum fuit relicta rebellionis Hierusalem. Timorem eorum maximum egregie describit: *Omnes manus dissoluentur & omnia genua fluent aquis. Et accingent se cilicijs, & operiet eos formido &c.* Prædamque eorum diuitias & bona futura dicit: *Et auertam faciem meam ab eis, id est, non exaudiam, & violabunt arcanum meum &c.* De sanctuario loqui videtur, in quod prophani ingredientur, & diripient illud. Capitul.

32 8. abominaciones & sceiera recenset, quæ fiebant in Hierusalem & in templo. Capitul. 9. & 10. euerfionem vrbis ac templi combustionem. *Appropinquauerunt visitationes vrbis, & vnusquisque vas intersectionis habet in manu sua, Quo scilicet perire debet. Vbi & vidit angelum lineis ad puritatem designandam vestitum, qui iussus est signare Tau in frontibus eorum, qui seruabant legem: nam Tau prima litera est nominis Hebræi, quo vocatur lex. De quo in Decadibus sermo erit. Itaque legem seruantes non sunt occisi. Iterumque vidit maiestatem Dei in curru, & quatuor Cherub. capitul. 10. & aperte ostendit ignem illum, quem vidit capitul. 1. combustionem ciuitatis designare. Maximeque ex isto capite elucidatur primum. Nam apertius loquitur hic Ezechiel. Et quatuor Cherubim, manus & alas tribuit, quadruplicisque animalis aspectum & faciem. *Ipsum est animal* (inquit) *quod vidi subter Deum Israel iuxta flumen Chobar.* Sedebat ergo Deus super Cherubim. *Et intellexi* (ait) *quia Cherubim essent.* Erant igitur plura Cherubim. Capitul. 11. 12. & 13. animaduersionem in Principes, Reges, & Prophetas decantat. Extra urbem perituros gladio docet, quam videtur vocare lebetem, & dicit: *Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio eius in carnes, in finibus Israel iudicabo vos.* Nouum Christi populum primitiuæ Ecclesiæ, quibus erat cor vnum & anima vna, promittit futurum, eisque Hierusalē dandam: *Et dabo eis* (inquit) *cor vnum &c.* Ca. 12. mira de duce capiendo & ducendo Symbola prodit Ezechiel, seq; portentum dicit esse domui Israel.*

Ezech. 7. Ezech. 8. Ezech. 9. & 10. Ezech. 10. Ezech. 1. Ezech. 11. 12. & 13. Et

*Et extendam rete meum super eum, & capietur sagena mea. Ac si Hispane diceret: Cogerele en mi red, y sera llenado y sacado de Hierusalem, qual se suele sacar con la red el pesce palpitando a la ribera. Capitul. 13. Prophetas comparat vulpibus deserti. Metaphorisque de Pariete quem liniebant, Adulatorijs & hypocriticis verbis mendacij, magnatibus populi adulantes, vanamque securitatem & pacem publicantes, casurus qui tamen paries erat, prædicit calamitatem magnam ob hæc illis aduenturam. Additque translationes appositas De cervicalibus cubito suppositis, Id est, de verbis mendacibus & adulatorijs ob quæ tum dictis, quibus somnum in pace & tranquillam vitam prædicabant impijs, & mœrorem immittebant iustis: cum contra futurum esset. Cap. 14. ponit S. Ezechiel omnis consolationis de remedio ferendo exclusionem, vbi dicit Dominus, se positurum siue firmaturum faciem suam super hominem idolatram, & facturum eum in Prouerbum, & in exemplum & alia idgenus Capitul. 15. incipit enumerare peccata populi Iudaici, quibus meruerunt tot mala, tanta que supplicia. Quæ scelera & ingratitude, & sterilitatem bonorum operum, copiamque malorum exponit S. Ezechiel sub Symbolis sequentibus. Sub metaphora vitis igni tradendæ capitul. 15. quam ipsemet vates explicat: *Quomodo lignum vitis inter ligna Sylvarum &c.* Sub imagine sponsæ deformis repudiandæ ob adulterium, vel fornicationem idololatriæ capitul. 16. Vbi enarrat eleganter beneficia innumera à Deo Synagogæ collata à priscis illis vsque temporibus Abrahæ &c. *Vbera tua intumuerunt & pilus tuus germinauit, & eras nuda & confusione plena.* Arbitror, vt caluitium denotat, confusionem in sacris litteris, sic & pilum germinare gloriam. Ita quodammodo habet Hispanismus, *Hare que no os cubra pelo en toda vuestro vida*, malum & confusionem perpetuam denotat, Contra vero: *ya le cubre pelo &c.* Et ecce tempus tuum tempus, amantium: & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Es Dios capa de peccadores porque dissimulas maldades, y aunque le offenden no dexa de hazerles bien. *Qui solem suum facit oriri super bonos & malos.* Enumerator nameta & monilia pretiosa, quæ ei dedit sponsus cœlestis de*

Ezech. 14.

Ezech. 15.

Matthæ. 5.

38

39

40

41

42

43

qui-

quibus & Salomon in suo Epithalamio, & carmine Bucolico & nuptiali. Vt iam tibi non videatur durum, Salomonem sub metaphoris sponsi, & sponsæ, de Deo & populo Israel, & sub metaphoris alijs ex amatoribus desumptis, beneficia populo collata intellixisse, illis decem Dramatis à nobis iam vt cunque commemoratis. Fortasse ad amorem Dei valde stimulareris si caput istud Ezechielis legeris. Humile & abiectum principium Israelis populi ex Chaldæis commemorat vates, vel potius sub tropis Amorrhæi patris & Cethææ matris, maiorum peccata intelligit, parentumque Hebræorum. *Et quando nata es, in die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus, & aqua non es lota in saluem, nec sale salita* (quibus nimirum corpora puerorum confortantur, ac subinde antiquis erat in more) *Nec inuoluta pannis.* Quæ omnia paupertatem & miseriam pristinam denotare videntur. *Et auferetur zelus meus à te, quonempe te zelabam, & in te æmulabar, vt amantissimus tui.* Cap. 17. sub parabola aquilæ grandis, quæ semen seminauit, in vineamque factum est, nimirum auxilio Dei, quæ sterilis reddenda erat, & ad finem capitis per humiliationem ligni sublimis & exaltationem humilis, derelictionem Synagogæ & Gentium vocationem significat. Sic Maria mater Virgo cecinit: *Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles.* Cap. 18. sub parabola *Vua agrestis à patribus comestæ, & dentium filiorum* (iuxta Israelitarum Prouerbum) *obstupescendum*, quasi peccata patrum in causa malorum essent & non sua, ostendit, ob sua peccata puniendos, & si iusti fuerint saluandos, sicut tamen si patres eorum pessimi capitul. 19. proponit parabolam *Leænae & Leonis*, sub qua Regum vitia & calamitates indicat ob tyrannidem, quam in subditos exercebant, & captiuitatem Hierusalem & Regum Iuda & populi Israel: florem, que eius & miseriam pariter ad quam decidit demonstrat Capitul. 20. vbi vitur non semel Hebraismo illo, leuandi manum & iurandi forma, sub parabola *Saltus & nemoris comburendi*, eorum malitiam puniendam dicit, latissime que beneficia eis à Deo impertita enarrat, eorumque ingratitude non sine multis Symbolis & arcanis notis. Capitul. 21. vitur parabola *Gladij elimati, quem eduxit Dominus de vagina potentia sua irrenocabilem.* *Et iubetur ingemiscere in contri-*

Ezech. 17.

Ezech. 18

Ezech. 19

Ezech. 20

Ezech. 21

tionem lumborum, idest, adeo, ac si eius lumbi contererentur pro auditu, idest, pro magno quod audiuit futuro malo, &c. *Loquere* (ait Dominus) *Gladus gladius exacutus est, & limatus. Vt cadat vittimas &c. qui moues sceptrum filij mei*, idest, populi mei, *Succidisti omne lignum non faciens*, scilicet, fructum, nisi malum, si de hominum morte locum intelligamus, vel de lignis saltus & nemoris. Ob tantum malum iubetur plaudere super foemur, quod non solemus facere, nisi in signum ingentis alicuius mali, aut infortunij grauissimi nobis aduentantis. Praecipitur etiam ei *Percutere manu ad manum*, Non plaudere manibus in laetitia signum, sed percutere vt & apud nostrates cum minantur filijs flagella fieri solet a parentibus. Et Dominus dicit se plausurum manibus, quia non impedibit gladium, siue exercitum Babyloniorum, sed veluti gaudebit quodammodo in sua iustitia vindicatiua. Sed secundum Lyranum pro eodem hic accipitur, atque supra percutere manu ad manum ad significandumque timorem, quem incutiet Hierosolymis Dominus aithoc capite, sicut & septimo. *Et super cuncta genua fluent aqua*, a vesica, scilicet, quae, praetimore demittere solet vrinam vsque ad genua. *Aufer cidarim, tolle coronam &c.* cap. 22. sub parabola scoriae, stanni, ferri & aris, Conflandos eos dicit & defaecandos in fornace nimiam ignea eorumque malitiam istis rebus comparat, & terrae immundae & non complutae Israellem comparem facit, & leonirugienti rapientique praedam & lupis principes assimilat, & prophetas, linientibus parietem absque temperamento. Virum qui interponeret sepem & staret oppositus contra Deum, ipse non inuenit, idest, virum iustum qui Deum placaret. Et ita viam eorum in capite eorum reddidit, puniens eos iuxta eorum vitia cap. 23. assumit parabolam, duarum vnus foeminae filiarum, sub qua Samariae & Hierusalem idololatriam exprobrat, quam didicerunt in cubili mammaram lactis illius diabolici, quo idololatrae eas nutrierunt. Quam luxuriam idololatriae carnibus asinorum & equorum fluxu explicat: agitque de malis, quibus amatores earum afficient illas: ita vt portaturas dicat peccata idolorum suorum, & ex eis alias mulieres, idest, ciuitates & prouincias Deum timere, & colere & non relinquere, si semel ei coniunctae fue-

Ezech. 22.

Ezech. 23.

Ezech. 24.

51

52

53

54

55

56

rint. Ca. 24. ponit parabolam S. Ezechiel *Olea anea, & pinguis animalis*, Qua combustionem Hierusalem omnibus notam Deum facturum promittit, vt auferatur rubigo peccatorum eius, qua animali pingui comparat. Inducitque mortem vxoris suae, quam vocat desiderabile oculorum suorum iubetur que non contristari & ad modum lugentis non se habere, sed ad modum gaudentis, quo intelligant Israelitae multitudinem futuram mortuorum tantam, vt non sit locus futurus exequijs. Post haec autem a cap. 26. vsque ad caput. 33. Symbolice etiam praemonstrat excidium Ammonitarum, Tyriorum & Aegyptiorum, Et exinde vsque ad finem libri concaptiuos solatur, reatum ad patriam & reuocationem ab exilio templique noui aedificationem praestendens certo futuram. Primus omnium D. Hieronymus hunc S. Prophetam commentarijs inter Patres illustrauit, eiusque difficultatem aptissima Cretenfis Labyrinthi his verbis, & versibus expressit imagine.

Ezech. 26. Vsq. ad. 33.

D. Hieron.

57  
58  
59  
*Hic labor illa domus & inextricabilis error,  
Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta  
Parietibus textum caecis iter ancipitemque  
Mille vijs habuisse dolum, quo signa sequentum  
Falleret indeprensus, & irremediabilis error.  
Spiritus ipse dolos testis, ambages que reseruat  
Caeca, precor nobis vestigia, te duce, Christe.*

¶ Porro, quod de templo nouo dicit Ezechiel a cap. 40. vsque ad finem non videtur quo modo ad literam intelligatur de templo materiali Hierusalem, multis ex Hebraeis etiam: & ita videtur catholicis: quoniam illud templum tertio non erat aedificandum: Quare catholici ad Ecclesiam militantem Hebraei vero ad coelestem referunt Hierusalem. Sed de

Ezechiele eiusque Symbolis hucusque, iam ad eius Synchronum Danielem transeamus.

Ezech. 40. vsque ad finem.

D E



DE DANIELIS PRO-  
phetia eiusque Symbolis.

PRINCIPIUM. 34

C O Ncaptiuus Ezechielis Daniel etſi paucos annos al-  
ter alterum in captiuitate præceſſerit, de genere  
Dauid, & (vt Hebræis placet) de ſemine regio fuit ad  
huc infans & puſio Babylonem perductus è Iudæa, non fuit  
ſacerdos ſecundum D. Hierony. in Dani. capitul. 2. de cuius  
vita & morte ſcripſerunt multi. Videndusque eſt Epipha-  
nius de Prophetarū vita, & interitu: & D. Chryſoſt. De incon-  
prehenſibili Dei natura hom. 3. & Iosephus libr. 10. de an-  
tiquit. Et D. Auguſtinus de mirabilibus ſacræ ſcrip. li. 2. capit  
30. Et D. Hierony. in Præfatione commentariōrum in eum:  
& ex recentioribus Syxtus Senenſis, Hector Pintus Hierony-  
mianus, Pererius, & alij. Fuit ſanè à regibus Babylonij &  
Perſis valde honoratus, & laudatus, & beatus. Dedit ei Deus  
ſomniorum intelligentiam, & vt aſpiceret futura. De reditu è  
Babylone, euerſioneque eius, de quadruplici imperio, Baby-  
lonico, Perſico, Græco, & Romano, & de bellis exitioſis inter  
Aſſyrios & Ægyptios, vaticinatus eſt, ſed præcipuus eius ſco-  
pus de Chriſto producere, de aduentu nimirum in carne &  
ad iudiciū, de que eius ſacerdotio & regno ſempiterno, & mor-  
te acerbiffima, de veteris legis abrogatione & Euangelio  
per vniuerſas terrarū oras lōge lateque propagādo, de Iudæo-  
rū obſtinatione & perfidia, de Antichriſto, de reſurrectione.  
Habet autem in his myſterijs & rebus alijs propalādīs Symbo-  
la quā plurima ſicut & prophetæ alij. Nā ſucceſſionē quatuor  
monarchiarū & regnorū, ſub ſpecie quatuor beſtiarū prædicat  
& de quinto regno, ſcilicet Chriſti, c. 7. Et deſtructionē reg-  
ni Medorū & introductionē regni Græcorū ſub figura arietis  
& hirci c. 8. Necnō & reductionē Iudæorū ex captiuitate, &  
ibi tādē aduētū, quā de morte Chriſti ſub myſterio ſeptuagin-  
ta hebdomadarū c. 9. agit. Quæ omnia Symbola ſunt nō aſper-  
nāda, ſed magni faciendæ c. 4. Quietus accipitur pro ſœlice, &  
diuite ſiue abūdāte. *Quietus erā in domo mea.* In Chaldæo eſt ver-  
bum,

D. Hiero,  
S. Epipha.  
D. Chryſoſt.  
Iosephus.  
D. Auguſt.  
D. Hieron.  
Sixtus.  
Senenſ.  
Pintus.  
Pererius.

Dan. 7.

Dan. 8.

Dan. 9.

Dan. 4.

62

63

64

65

66

bum veſte quod ſignificat id ipſum. Cap. 5. nonne Symbolicæ  
erant literæ vel diſtiones illæ, *Mane, teſel phares*, quibus per  
ditio Regi ſerio ſignificabatur? Cap. 7. *Ecce quatuor venti cæli*  
&c. Sumiturque eolum pro aere, vt alibi ſæpe in ſacris literis  
*Prima beſtia erat quaſi leona & alas habebat Aquila.* Ex Chaldeo  
transfertur à quibusdam, leo, & ſignat Nabuchodonoforem  
qui & per aurum ſignificatus eſt in ſtatua. Sic Iere. 14. Et leo  
in ſacris principem vel hominem crudelem & ſauum deſig-  
nat Ezechie. 17. vocaturaquila grandis ob eius ſuperbiam &  
dominatum. Aliquando autem Rex dicitur leo & aquila in bo-  
nam partem. Debet enim eſſe leo in fortitudine, aquila in re-  
bus agendis celer, ſcilicet, & ingenioſus, boſ in laboribus fe-  
rendis conſtans, homo ob clementiam & humanitatem. Id pu-  
tat Gaufridus noſter ſignificari quatuor Ezechielis animali-  
bus, apud Hectorem Hieronymianum alæ aquilæ potentiam  
eius ſignificabant, quæ & auulſæ ſunt: & ſublatum eſt regnū  
Babylonicum de terra. *Beſtia illa ſimilis vrfæ* Regnum Perſa-  
rum, ob duritiem & conſtantiam in tolerandis laboribus, de-  
monſtrabat. Animal eſt forte, & in victu parcum, minusque  
quā leo generoſum, vrfuſque in ſuo ortu deformis & ſine ocu-  
lis, ſine pilis ex Plinio eſt, at mater eum lambendo perficit,  
quale fuit illud regnum in ortu ſuo fordidum & abiectum, &  
omnia illa Perſis congruebant & Medis, vt apud Trogū Pom-  
peium & Xenophontem alioſque hiſtoricos videre licet. In  
*parte ſterit*. Ideſt, aduerſus vnā tantum partem ſe erexit, ſo-  
lum in Babylonios irruens & non in Iudæos. Vel amiſſis alijs  
regionibus, in vna ſolum remanſit. *Tres ordines dentium in*  
*ore eius*, Tria quæ habebat ſignabat imperia, Perſicum, Me-  
dicum & Babylonicum, quæ ad vnum fuere redacta. *Surgere*  
*ad carnes plurimas comedendas*, Ideſt, ad magnam cædem fa-  
ciendam, & ad Iordanem tranſeundum: quod eius famuli  
crudeles, ſuadebant. *Cara enim per Synedochen ſumitur pro*  
*homine, vt Ioannis. 1. Verbum caro factum eſt.* Et pro muliere.  
*Nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri: ſed ex Deo nati*  
*ſunt.* Ita quidam vir doctiſſimus interpretatur. Sed voluntas  
carnis appetitum ſenſiuū fortalle rectius ſignificare dicitur.  
*Et ecce alia quaſi pardus*, Regnum ſcilicet Macedonum, ſiue  
Græcorum, quod optime velociſſimo animali comparatur,

Danie. 5.  
Daniel. 7.

Iere. 4.  
Ezech. 17.

Gaufrī.  
Pintus.

Plinius.

Trogus.  
Pompeius  
Xenoph.

Ioan. 1.

K

quod

quod præceps fertur ad sanguinem, maculosumque est ob id que varias regiones forte significabat, quas brevissime occupavit Alexander magnus *Quatuor capita* Quatuor reges qui ei successerunt nempe Ptolemæum, Seleucum, Philippum, & Antigonum signant. Pardus à quibusdam idem putatur, ac panthera, cuius fœmina vocatur pardalis. Panthera sane animal est pulchrū, quem ob id alia sequuntur, & ea dilaniat. Tale erat regnū Græcorum ex historijs præcipue tẽpore Alexandri. De Panthera vide Pieriū, quale esset apud Ægyptios Hieroglyphicū. Et potestatem dicit Daniel, datā ei, vt insinuet, voluntate Dei regnū obtinuisse, qui transfert regna, mutatque tempora. *Et ecce bestia quarta terribilis*, Apparuit Danieli in visione quadā imaginaria per somnium, Imperium nimirū Romanorum, terrorem quod omnibus incusserit: *Eratq; bestia mirabilis* Ob virtutes Imperij, *Et fortis* Ob excelsi animi altitudinem, & laborum contemptum ob gloriam parandam *Dentes ferrei*, Potentia magna, cornua decem, præcipua decẽ regna. *Cornu paruum de medio eorum*, Antichristum communiter omnes cū D. Hiero. interpretantur. Deceptus est Porphyrius ignorās historias, ac propterea dixit Atiochū Epiphanem per cornu designari, qui quidẽ Ptolemæum Evergetem, & Ptolemæum Philometorẽ, & Artaxarxiam regem Armeniæ interfecit, nā illi duo Ptolemæi prius quam ille nasceretur mortui sũt. Per oculos quasi hominis magna humana eius perspicacia, per os loquens ingentia verba, superbissima, significantur. Vidit & poni Thronos & antiquum dierum, idest, æternū sedisse ad iudicium, nimirum, cum iusti monachi cū Apostolis sedebunt, & Paulus eiusque imitatores approbabunt sententiam Dei, Angelos etiā (vt ipse dicit) iudicantes. Describit enim iudicium Daniel vniuersale. De quo Apocalyp. 20. cap. Hebræi per hostronos, Dei & Messiæ duas sedes intelligunt. Vestimentum candidum puritatem, sicut & capilli eius quasi lana munda iudicis denotat, Thronusque vt flamma ignis eius lucem, quam inhabitat inaccessibilem, fluuius igneus rapidusque egrediens a facie eius ad idem videtur spectare, vel ad verba ignita contra malos, terribilitatemque iudicis denotat. Ite (inquit) *in ignem æternum*. Fluuium vocat, & igneum sententiam, *Vide aquæ fortitudinem*, & ignis, vt ad alia

Pierius.

D. Hieron.  
Porphy

Apocal. 2.

80 lia ex his assurgas altiora. Describit & Daniel myriades ministrorum iudicis supremi. *Millia millium &c.* Vt Dauid pfa. 67. *Currus Dei decem millibus &c.* Deinde vidit iudicem sedere librosque aperiri, idest, malefacta aut benefacta omnibus parte fieri & iuxta allegata, vt dicitur & probata condemnari reprobos, & bonos assumi ad gloriam. Aspiciebat & sermones grandes, idest, superbos Antichristi, & ablata esse illa tria imperia, & tempora vitæ eis constituta fuisse dicit à Deo, & ea non præterierunt, sed omnia ante secundum Christi aduentum fuisse consumpta. Et statim vidit filium Dei venientem in nubibus coeli. Nam hætenus de Deo Patre locutus videtur ad quem vsque, idest, ad eius æqualitatem filius peruenit: Regnumque illius & potestatem æternam & incorruptibilem commemorat. Horruisseque dicit Daniel spiritū suū ob magnitudinem visionis. Symbolicum præterea illud est, *Visiones capitũ meũ conturbauerunt me*, idest, ea quæ in somnis vidi me per turbauerunt. De in de enarratur ab Angelo Danieli visio. Quicquid autem subter omne coelum est, idest, omne quod coeli ambitū continetur conducturum dicitur, ad gloriam sanctorum. Ecce in cap. 7. quot Symbola inuenimus. Cap. 8. similiter sunt similia. *Leuani oculos meos*, Ait Daniel oculos nempe mentis, idest, *Attendi & vidi* Intellectu. *Ecce aries vnus stabat ante portam*, idest, ante portam Vlai, antequam erat palus quædam, à qua & nomen porta habebat. Alij transferunt pro porta Vlai apud fluum Eulæum: qui ex Plinio libr. 6. capitul. 27. est in Susa regia Persarum, arcem circuens: qui forte vocatur Vlai Hebræice, iuxta quem erat Daniel, vt Ezechiel prope Chobar, iuxta hanc igitur portam vidit Daniel arietem cornibus ventilantem contra occidentem, idest, Medorum & Persarum regnum, se ipsum ad occasum, & Meridicem & septentrionem fundentem potentia sua. *Ecce autem hircus caprarum*, Vel filius capræ, idest, iuuenis Alexander, nimirum, qui ob breuitatem, qua tot ac tanta subiecit, dicitur quod terram non tangebatur. Hic est & illud *Cornu hirci, quod insigne inter oculos* Dicitur ob eius mentis forte aciem egregiam ingenijque maximi insigni perspicacitatem, & doctrinam: nam fuit Aristotelis principis philosophorum discipulus. Sicque debent principes

Psal. 67.

Daniel. 8.

Plinius.

Ezech. 1.

potestatem habere inter oculos: vt velut Hispanismo dicantur, inter oculos portare quæ faciendæ sunt. Vel solum ad eius excellentiam maiorem, quam fuit suorum maiorum denotandam, id dictum est. Cûcurrisset autem vidit Daniel ad Darium fortitudinis impetu, id est, magno exercitu, & hircum caprarum factum esse nimis magnum, Græcorum scilicet imperium. *Et cum creuisset* In gloria nempe & potentia *Fractum fuit cornu illud magnum*, Eiusque potentia extincta, morte demum illum opprimente magnum Alexandrum. *Orta* que dicit post eum quatuor cornua, de quibus iam significatum expressimus, quatuor quippe eius fuerunt successores. De cuius vno *Egressum est cornu modicum* Id est, Antiochus Epiphanes, in initio exiguus in potestate. Qui erat illustri nomine, factis minime. Nam iuxta Athenæum libr. 16. capitul. 12. bibax erat, Polybiusque lib. historiarum. 26. eum insanum appellat & non illustrem. Qui dicitur tetendisse *Contra Meridiem*, Id est, Ægyptum: *Contra Orientem*, Hoc est, contra Persidem, *Et contra fortitudinem*, Hoc est, Hierosolymam, vbi Deus fortis colebatur. Vel ob Deum dicitur Ierusalem fortitudo, in quo fidebat, vel ob muros fortissimos arcemque Dauidis. Sicque magnificatum est vsque ad fortitudinem cœli, id est contra Deum in quo fidebant Hebræi. Theodotio habet, vsque ad militiam cœli. Fortasse ad multitudinem exercitus id referens, qui vt militia cœli multus videbatur. Sed simplicius est primum, id est, contra Deum intumuit. Iudæi autem vocantur fortitudo, & stellæ à Daniele. Erant enim tunc vt stellæ, cum quibus & Moses Deut. 1. eos comparauit. *Et vsque ad Principem fortitudinis*, Iam id expressius dicit, id est contra Deum, qui erat Hebræorum, & Ierusalem antesignanus, contra quem a deo infurrexit, vt intermittere cogerebantur sacerdotes sacrificia, *Et deiceret*, Id est, violaret *Locum sanctificationis eius*, Id est, templum in quo, vt sanctus colebatur, & se sanctum ostendebat: *Et prostraretur veritas* Id est, verus Dei cultus *In terra*, vel prosterneretur. Vespera & mane vocat Symbolice diem naturalem: *Diesque duo milia trecenti*, Anni sunt sex, mens tres, dies viginti. In tempore autem finis complendam esse dicit visionem, Id est, expleto definito tempore cessabit hæc sub Antiocho calamitas, cui

Athenens.

Dem. 1.

93 cui succedet foelicitas. Deinde Danieli explicatur visio. *Ecce cap. 8. quot quanta que Symbolice prædixerit Daniel. Cap. 9. Non pausa habet Vno anno regni eius* Dixit, primo, more Hebraico, de quo alias. Primo ergo anno Darij dicit se intellexisse in libris Ieremiæ numerum annorum exilij Babylonici, *Et posuisse faciem ad Dominum Deum*, Id est, ad Deum deprecandum respexisse in cœlum, describitque arcane & symbolice deprecandi modum. Et inter alia, *Ostende faciem tuam super sanctuarium tuum*. Ac si Hispanismo nostro dixisset, *Mirad le señor con buenos ojos*: Intuere illud benigna facie & aspectu, Phrasis est Hebraica non parum vsitata in sacris. *Et ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum* Id est, in qua nomen tuum 95 & non pseudodeorum inuocabatur, benigne aspice. Nec dum Daniel preces absoluerat, & Gabriel ei ostendit visionem *Ab exordio precum tuarum egressus est sermo*, Id est, cû orare inciperes, exijt ab ore Dei sententia rerum futurarum quam ego veni enarraturus tibi, quia vir desideriorum es, id est, magna 96 arcana ad laudem Dei desideras agnoscere. *Septuaginta hebdomades abbreviate sunt*, Hoc est, quadringenti & nonaginta anni constituti sunt & præfiniti, & diuinitus præordinati. Accipitur autem hic, vt & Leuitici. 25. hebdomada annorum septem non autem dierum, vt Leuiti. 23. In vltima autem harum septuaginta hebdomadarum futuram esse mundi redemptionem 97 per Christum accepit Daniel, & pereum consumendam præuaricationem, & finem accepturum peccatum, eiusque regnū, adducendamque per eum iustitiam sempiternam, quæ hic inchoatur & perficitur in patria beatorum, implendamque visionem & prophetiā omnem de Christo, eumque vngendū, oleo nimirum lætitiæ, præ alijs, qui vncti sunt ante eum. Nā Deus 98 est Christus, *Ab exitu sermonis*, Id est ab hinc *Vsque ad Christum duces*. Vide Christi admirandum Symbolum quo duces eum vocat. Prædicatque *Vir Gabriel Archangelus*, nempe rursum ædificandam plateam & muros Hierosolymæ in primis, vide licet, septem hebdomadis, sed futurum in angustia temporū, 99 id est, in calamitosis temporibus, quibus vt ex Esdræ. 1. c. 3. & 4. & lib. 2. cap. 4. Constat, ab vicinis populis molestijs, & arūnis Iudæi affici ebatur. Et post hebdomadas sexaginta duas oc- 1. Esdræ. 3. & 4. & 1. 2. cap. 4. eidem ait Christū scilicet additis alijs septem, quæ omnes. 69 effici-

Daniel. 9.

Leuit. 25.

Leuiti. 23.

efficiunt, post quas in 70. occidendus erat Christus nam in medio vltimæ hebdomadæ fuit pro nobis occisus. *Et non erit*, Inquit, *Eius populus qui eum est negaturus*. Ecce miseram Iudæorum deiectionem, ac e loco suo honoratissimo deturbationem. Prædicatque euersionem Hierosolymæ perducem Titū Vespasianum faciendam, & finem eius futurum vastitatem sicut & templi, nam vt & vrbs vastabitur igneque flagrabit. *Et post finem belli statuta desolatio*, à Deo scilicet præ finita: *Qui confirmabit pactum multis hebdomada vna*, Nemp̄ legem Evangelicam multis donabit, licet non omnes eum admittent, nam *In propria venit, & sui eum non receperunt*. In medioque hebdomadæ, Mortuo nimirum Christo *De faciet hostia & sacrificium*, Idest, noua fient omnia, veteraque cessabunt, & recedent, quæ umbræ erant solum & figuræ. *Eritque in templo* Abominatio desolationis, tunc qui in Iudæa sunt &c. (aitbat Christus Matthæi. 24. Marci. 13. Lucæ. 21.) & suadebat fugere ad montes, quoniam futura erat tribulatio magna qualis nunquā fuit. Nam nisi hæc nulla alia fuit perpetua. Vnde dixit Gabriel, *Vsq̄ ad consummationem & vsque ad finem* Per seuerataram. Neque enim postea templum illud instauratum est ob id que ab Aggæo ca. 2. *Nouissima domus* Appellatur. *Magnū erit* (inquit) *gloria domus istius nouissima, plusquam primæ*. Vbi autem, siue vnde inceperint istæ hebdomadæ numerari, multi circa hoc multa dixerunt. Doctissime rem persequitur haec Pater Suarez in commentarijs ad tertiam D. Thomæ partem to. 1. in præambulis quæstionibus. Non multum sanè ad rem vnde inceperint, dum ex enumeratione earum, vt certo certius Christum iā venisse cōprobetur, cuius vaticiniij tanta est vis, vt illa conuictus Rabbi Samuel in sacris nō vulgariter (vt apparet) eruditus, in epistola quadam ad Rabbi Isaac, quā adducit D. Antoninus in suis historialibus in Latinum ex Arabico versam, ingenue fateatur, iuxta has hebdomadas Christum iā venisse. Vidi ego epistolam, & est lectu dignissima. Fortasseque (vt sentit Hector Pintus) in ea fuerunt sententia Iudæi illi, qui miserunt ad Ioannē sacerdotes & Leuitas, vt interrogarēt eum an ipse Messias esset. Nō enim id fecisset, nisi tempus aduentus Christi iam aduenisse suspicarentur. Sic & c. 10. Symbola inuenies notatu digna, Nam in principio exactā suā descri-

Ioan. 1.

Matt. 24.  
Marci. 13.

Suarez.

R. Samu.  
R. Isaac.

D. Antoni.

Pintus.

Daniel. 10.

describit poenitentiam Symbolis sacris, *Panem desiderabilem*, Idest, cibum suauem se non comedisse dicit. *Neque vnguentum vtilium fuisse &c.* Tremoremque suum in visione conceptum illis verbis explicat, *In visione tua*, Idest, cum vidi excelsitudinem tuam, & fulgorem, spiritus vitales ad cor fugerunt cum sanguine. *Dissoluta sunt compages meæ*. Porro ex ca. 12. habes Symbolum quo *Tempus* annum significat *Et dimidium temporis* Dimidium annum, & *Tempora* Duos annos, vt & Apoc. 10. & alia id genus multa Symbola diligens comperiet lector. Verum de maioribus Prophetis hæc tenus, nunc de minoribus dicamus.

7

Daniel. 12.

Apoc. 10.

## DE OSEE PROPHETIA eiusque Symbolis.

### PRINCIPIVM. 35.

TRANScurrimus iam vt cunque maiores prophetas, non nulla ex innumeris breuiter indicantes Symbola, id ipsum & in minoribus facere studeamus. Inter eos veroprimum obtinet locum Osee, qui ante captiuitatem & post eam vaticinatus est, & in emendationem Iudæa retexit præteritam, vt vel ex hoc constet (secundum D. Hieronymum in 1. eius caput) eo prophetante regnum decem tribuum finitum fuisse, quod à primo Rege Hieroboam vsque ad vltimum Osee permansit annis. 250. Prædixit aduentum Christi, cæterum hoc solum indicium eius: *Si quercus illa in Selon findatur à se ipsa, in portiones bis senas, & fient totidem quercus, & accidit ita*, Epiphanius teste in eius vita. Qui & addit Osee vitam cum posuisset in pace propria fuisse terra humatum, in eius prophetia multa sunt profecto Symbola. Nam modo futura prædicit de se sub persona vatis, modo iudicem inducit, deinde præconem, post vero patrem, & demum amicum. Capitul. 1. de se prophetans, vatis personam induit, *Vxorēque sumere fornicariam iubetur*, Sub hac figura idololatriam populi recedentis à Deo denotando, vocationem que Gentium, quæ alias erant fornicariæ, idest, idolis seruientes. Hebræis autem placet, hæc omnia per visio-

9

10

11

D. Hieron.

S. Epiph.

Osee. 12

nem acta & quod re ipsa non duxerit scortum, sicut nec Isaias re ipsa per triennium nudus & discalciatus inceserit, & de somno Ezechielis super vtrumque latus alternatim idem dicunt. Sed tamen sunt qui putent vere hoc ita fuisse præceptum iniunctum & impletum, non tamen peccasse, quoniam Deo paruit, sicut nec Israel in accipiendis rebus ab Ægyptijs, nec Abraham involuntate occidendi filium. Cæterum melius cum  
 13 D. Theo. 13 Theodoro dicemus, prius Osee eam in uxorem duxisse & postea ex ea filios procreasse. Nomina autem, quæ ex mandato Dei imposuit futura præsignabant. Ait enim Deus *Voca nomen eius Iezrael, quoniam adhuc modicum & visitabo sanguinem Iezrael super domum Iehu.* Nomine autem Iezrahelis Samaria intelligitur, nam fuit metropolis Samariæ, in qua fuit occisus iustus Naboth. Fuerunt & multi idolatræ ab Iehu bono zelo in  
 14 terfecti, verum nec ipse omnino sibi ab idololatria temperavit, & præterea dicunt quidam non animo obsequendi Deo, vltum fuisse Naboth, sed ambitione regni motum. *Contrariam arcum*, Id est, robur seu fortitudinem. Triplex ille partus, successus rerum Symbolum fuit. Nam primo sub Hieroboam  
 15 minæ factæ sunt, breui Deum dissipaturum regnum, & in filio eius Zacharia diminutum est. Alij secuti sunt reges inferiores, & foemellæ regnum assimilatum est. Sellum enim vnum solum mensem regnavit. Tandemque Deus omnino extirpavit regnum Israel. Domum Iudae dicit Dominus miseraturum quia respicebat castigata, *Et salvabo eos in Domino Deo suo*, Id est, vt Dominus eorum Deus, vel in Domino Deo  
 16 Christo, si ad eum mystice referatur. *Magnus dies Iezrahel*, Id est magna vltio eius. Cap. 2. induit personam iudicis contententis cum eis contra quos prophetabat. *Dicite (inquit) fratribus vestris, Populus meus, & sorori vestrae, Misericordiam consecuta.* Quo insinuat, si conuertantur ad Christum colligendos esse  
 17 Hebræos, etiã si dispersi sint, & misericordia reputati indigni & populum Dei futuros. Nam filios scorti vocat fratres. Ob idolorum cultum dicit: *Obiurgate matrem vestram, vel iudicatur id est, Scortum*, Quo significat idolatriam eius. *Auferat fornicationes suas &c.* Ad idem spectat, *Ne forte relinquam eam nudã, vel expoliẽ eã nudã, & ponã eã secundũ diẽ natiuitatis suæ.* Vide Hispanismũ nostrũ hic, Ezech. c. 16. describit pulchre qualis gēs fuerit

Osee. 2.

Ezech. 16,

rità principio. *Lactabo eam*, Id est pelliciam verbis. Hispanimo nostro dicitur, *Dare le papillas.* Et cum aliquem nõ simplicem omnino volumus ostendere dicimus. In tromitte ei digi  
 18 tum in os ironice. Vere autem immisit Deus digitum in os Israelitici populi, & lactavit eum, cum in captiuitatẽ abduxit & post reduxit ad patrias possessiones. *Habitabitque vallẽ Achor, Pro spe*, id est, solitudinẽ pro spe, sicut illud Esaiæ. 65. *Vallis Achor incubile armetorũ.* Sic ergo illud intellige. *Et vallẽ Achor ad aperiendam spem, & canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ &c.* spõ  
 19 fabo te mihi in fide &c. Id est, vt serues mihi mutuã fidem, quod propriũ est coniugij, sic per fidem Christi Deus despõsavit sibi populũ. *Exaudiam cœlos &c.* Vide elegantissimã metaphorã, & tropum mirabilẽ, quo cœlos dicit rogaturos Deum pro hominibus. Nã tunc omnes creaturæ cupient seruire iustis, vt  
 20 in fine mundi omnis creatura armabitur pro creatore suo grauissime offenso. *Et illi exaudient terram*, Id est, ipsi dabunt terræ temperiem, & nascentia virgulta eius à cœlis id videbuntur postulare. Ca. 3. iubetur vates adhuc diligere mulierẽ dilectã  
 21 amico & adulteram, quo Symbolice denotet ipsum à synagoga ob idololatriam sperni, & ob vinũ vuarũ, id est, ob ebrietatẽ Dies multos sessurã dicit, vt lugentem & orbatam viro plebẽ  
 22 illã, neque accessurũ ad eam, id est, eam consolaturũ. Vnde & subdit, ea quæ ad acephalicũ regnum spectant, & sacerdotiũ per dies multos auferendũ, quod post captiuitatẽ Babylonicã est impletũ, nã ex tunc vsq; ad Christũ, caruere legitimo rege  
 & legitimo sacerdote (iuxta Clarium) nã Machabæi non erãt de tribu Iuda, sicut neque Herodes, & sacerdotiũ passim fiebat  
 23 venale. Tamet si hoc quod ait Isidorus Clarius, indigeat ampliori explicatione. Videturque dicendum, vsque ad Herodem nunquã renuntiasse iuri, quod habebant Iudæi ad regnum, vt  
 Caietanus astruit in Genes. quãuis de facto rege caruerint legitimo. Sed & hæc oportet, magis postea perscrutari. *Theraphim* autem imagines erant quas consulebant pro futuris vt  
 potest colligi ex parte, ex cap. 17. Iudicũ, vbi idola vocantur. *Et querent Dominum Deum suum & David regẽ suũ*, Id est Christũ, *Et pauebunt ad Dominũ & ad bonum*, Id est ad templũ iuxta  
 Hebræos, nos de Christo exponimus, qui per essetia bonus est  
 Ca. 4. *Sãguis sãguinẽ tetigit.* Ac si Hispanice dicerem, *vna muerte*

Osee. 3.

Clarius.

Caieta.

Iudic. 17.

Osee. 4.

alcanço a otra. Assidue adeo fundebatur sanguis. Adhuc agit va-  
tes personam iudicis. *Lugebit terra &c. Sterilis erit. Peccata po- 24*  
*puli* Vocat oblationes. *Sicut populus, sic sacerdos*, Id est, iisdē pec-  
catis inuoluebatur. Prouerbiū est. Auertere autē cor, est au-  
ferre intellectu. *Fornicatio & vinū & ebrietas auferūt cor.* Et in-  
fra eodē. 4. c. Separatū est conuiuiū eorū iuxta vulgatā. *Corrup- 25*  
*tū est vinum eorum* Iuxta Heb. ex Clario, Hispaniſmus similis  
est *Pregonā vino y vēdē vinagre.* Id est, corrūpuntur muneribus.  
*Bethanē* Vocat Bethelē quasi diceret, iā est domus iniquitatis  
Id enim Bethauen significat. Fortasse enim muneribus corū  
pebatur, & a Deo auertebatur, id quod ex superioribus colligi 25  
potest. Vel aliter: *Corruptū est vinum eorū*, Id est, vsq; ad vomitū  
potarunt, vnde alius vertit: *Fætūsus factus est potus in ore eo- 25*  
*rū: afferte*, Inquiūt, iudices, scilicet, munera, in magnā ignomi-  
niā suā, *Protectores eorū*, Id est, iustificātes iniquas causas. *Liga- 25*  
*tusq;* dicitur *populus* in alis, dæmonis & spiritus mali. Alius  
vertit, *ligavit illa vētum in alis suis*, Id est, inueste voluit detine-  
re vētū, inane quid fecit, idolis seruiens. Cap. 5. sacerdotes &  
magnates & iudices dicūtur facti laquei, pro specula. *Et sicut 26*  
*rete expansum super Thabor.* Qui docere iustū debuerāt, iniusti-  
tiā docēt & faciunt. Eadē metaphora videtur vsus Dauid, licet  
aliorū spectās *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venā- 26*  
*tium &c. Qui prädicas nō furādū furaris, aiebat Paulus*, Sed hi præ-  
dicabāt falsum & furabatur. *Victimas declinare*, Profundo decre-  
uerūt actu & cōsilio, Deo debitas. *Filij alieni*, Vel sunt ex Ido- 27  
lolatra muliere, vel in idololatria educati *Denorareq; eos mēsē*  
est tēpus instare vt cōsumātur. *Post tergum Bēiamin* Dicuntur  
imminere hostes. *Ostendi fidem*, Id est, Ostēdā veritatē an me  
sequātur necne. *Assumere terminum*, Est diripere aliena. *Fractū 27*  
*esse iudicio*, Duro scilicet, id est, magna punitione, *Quoniā cœ- 28*  
*pitabire post sordes*, Id est, post mādātū Hieroboā. Nā Hebræa  
habēt, *Post mādātum*. Ca. 8. incipit agere præconē, vel imita-  
ritubā. *In gutture tuo sit tuba* (ait Dominus) clamareque iube-  
tur Osee, *Quasi aquila super domū Domini*, Id est, velocissime &  
citius disto veniēt hostes. *Proiecit Israel bonū*, Hoc est, Deum.  
Sed nō possumus modo singula persequi. Symbolice pertrac- 29  
tat & sub portētis multa. Nā cæcitatē Iudæorū, Symbolū illud  
filij dicti, *Nō popul⁹ me⁹ vos*, Significat, & reliquiarū illumina-  
tionem

Osee. 5.

Psal. 123.  
Rom. 2.

Osee. 8.

tionē. Apostolorū & Hebræorū fidelīū arcane docet ca. 1. & 2.  
& c. 3. aperit vltimā cōuersionē Iudæorū sub portēto adulterę.

DE IOELIS PROPHECIA  
eiusque Symbolis.  
PRINCIPIUM. 36.

29 **D**E Ioelē etiā aliquid dicamus breuitate, quam nostrum  
postulat institutum. Prophetavit eodem tēpore atque  
Osee & sicut Osee sub nomine Ephraim ad Decem tri-  
30 bus vaticinatur, quæ vel Samaria vel Israel sæpe memoratur,  
sic in hoc propheta omne quod dicitur ad tribū Iuda & Hieru-  
salem extēdendum est solum & nō ad Israelē ex D. Hiero.  
31 in. 1. ca. eius describit terrā duodecim tribuū, æruca, brucho,  
locusta, rubigine vastatā & consumptā, & post euerſionē prio-  
ris populi effusionē Spiritus sancti in nouū populū futurā præ-  
dicit in coenaculo Siō, in quibus nō aspernāda sed magni pon-  
deris intermiscet Symbola. Nā c. 1. calamitatē populi eiusq;  
32 deuaſtationē indicās ait: *Bene enim ascendet super terram meā,*  
*fortis & innumerabilis, dētes eius, vt dentes Leonis. &c.* Qua figu-  
ra iuxta Heb. intelligitur, examē vermium & locustarū. Sed  
melius ex nostris quidā ad Babylonios Persas, Græcos & Ro-  
manos illius populi deuaſtatores, referūt. Ca. 2. *Canite tuba*, Id  
33 est, vocate coetum, sic enim olim vocabatur. *Quasi mane expā-*  
*sum*, De subito venturā calamitatē subitanē dicit. Nā pri-  
mo lux mōtes illustrat *Vnusquisque fratrem suum non coarctabit*,  
Id est, cōcordia erit. *Dare Dominū vocem* Est iubere. Et ab illis  
verbis, *Effundā spiritū meum &c.* Aduētum describit Spiritus sā-  
cti, & post eū destrūctionē populi Iudæorū, per lunā in sangui-  
nē cōuersam, Symbolū occisionis eorū, & per solē intenebras  
cōuersum, Symbolū maximæ vastitatis, per ignem, ciuitatis  
incēdiū, vbi & fumus nō deesse debebat. Et Iudæi ad tēpus  
Messiæ referūt. *Antequā veniat dies Domini &c.* Ecce secun-  
34 dus Christi aduentus, ante quem illa prodigia sunt futura, li-  
cet de primo etiam exponetur in Decad. D. 10. Symbol. 2.  
Et reliquæ promittuntur seruandæ cum dicit: *Et in residuis*  
*quos Dominus vocauerit.* Ca. 3. mētionē facit vallis Ioiaphat &

Iobel. 1.

Iobel. 2.

Iobel. 3.

de

de iudicio in ea faciendo fufius, quam antea loquitur. Neque enim ad bella aliqua vel victoriam de inimicis Domini à fidelibus reportandam referendus est locus *Quos disperferunt in nationibus*, Verba sunt ad Apostolos à Iudæis persecutos spectantia. Nomine *Tyri & Sidonis*, Omnes Iudæorum finitimos intelligit, qui eorum suggestione sæuiebant in Dei sanctos. *Quid mihi & vobis?* Id est, non mihi nocere poteritis, & si eis datum inferatis vltionem meam experiemini. *Vendere autem filios* dicuntur qui excludere nisi sunt Apostolos à patria sua. *Hæbræi & proscipere illos Sanctificate bellū*, Id est paramini ad illud rebelles. *Mittite falces*, Ad Angelos loquitur Deus. Sed de Iohæle hucusque.

## DE AMOS PROPHETIA eiusque Symbolis.

### PRICIPIVM. 37.

ASSVMptus est Amos de post foetantes, cum non esset propheta filius ad prophetæ munus, vt & Dauid ad regium sceptrum, & è piscatoribus Apostolivo cati sunt in alphabeti, & rudes homines, ad tale tātūq; munus, quia quæ stulta sunt mūdi, elegit Deus. Taxat tamen rusticanus diuinus peccata, hortatur ad poenitentiam, & de regno Christi promittit. Primumque contra populos Israeli vicinos, deinde cōtra decem tribus, & tertio contra regnum & tribum Iuda, & contra templū ipsum agit. Hunc Amasias sacerdos frequēter plagis afflixit, tandē filius eius Ozias veste per tēpora transiit. Post hæc semiuiuus in terram suam euectus, post dies aliquot, dolore vulneris expirauit, sepultusque est cum patribus suis, ex Epiphano in eius vita. *Quamuis sermone imperitus, non tamen scientia* (Vt D. Hieron. ad Pammachium ait) habet non nulla Symbola adnotatione valde digna. Nam Capitul. 1. symbolice dixit, *Dominus de Sion rugiet*. Et illud: *Et conteram vestem Damasci*, Id est, fortitudinem eius. Sic etiam & illud: *Super tribus sceleribus Damasci &c.* Id est, pro eo, quod sæpenumero peccauerunt & dissimulaui, nam ter

S. Epiphan.

Amos. 1.

&

& quater est sæpius, Similisque loquendi modus est *Prouer. 30.* Et Poeta dixit, *Orrerque quaterque beati &c.* Id est, o millies beati &c. *Triturasse autem in plaustris ferreis Galaad* Metaphora est, qua innuitur, Damascenos maxima crudelitate vfos cum deuastabant Galaad. Cap. 2. *Accubare ad altaria Deorum*, Id est ab ipsis somnia expectare *Et super pallijs pignoratis*, Quod prohibitum erat *Deut. 24.* Nam ibi habetur quod *Pignus ante solis occasum restituatur. Stridere ante m Deum subter peccatores* Vel est, arctum reddere eorum iter & impeditum, vt non fit quo effugiant, ire: vt impeditum est plaustrum onustum nimis: vel est idem ac si dixisset: *Ecce ego angustiam suscito in loco vestro, sicut plaustrum, quod maceratur, quando plenum est manipulis, vt vertit alius, aliter & nos supra exposuimus.* Cap. 3. *Cognoscere aliquem Deum*, Est eligere & diligere præ cæteris. Quo *Hebraismo* vtitur & Paulus cum ait: *Cum cogniti sitis à Deo.* Conuenire autem eis, est, inter eos conuenire. Simili loquendi Phrasi vsus est Petrus in Actibus cap. 5. ad Saphiram: *Quid conuenit vobis tentare Spiritum Domini.* De inde similitudinibus incutit terrorem magnum, *Nunquid, rugiet leo in saltu &c.* Et concludit, *Si erit malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus?* Id est, si hæc minuta causas habent, malum istud nonne erit à Domino vt plagam immissum? *Non faciet Dominus* id est, facere non solet. Ca. 4. *Vaccas pingues Bassan, ad arandum valentes nihil, sed ad mactandum* Vocat diuites & nobiles Samariæ. *De fermentato laudem sacrificare*, Est Deū irridere & prouocare. Nam prohibitum erat. *Mundities dentium*, Symbolum est, magnam famem & penuriam significans. *In Armon siue Armeniam, ire* In longissimam terram intelligit. *Venite ad Bethel*, Id est, ad idolorum cultum, ironia est. Ca. 5. *Faciens arcturum Deus est.* Ad monuimus iam Hebræis esse nomina, quibus proprie hæc significantur, & non ex allusione ad fabulas. *Vocans aquas maris ad diluuium immittendum* Deus est. *Robur tribuere vastator ex Clario* est illum excitare, *Et depopulationem super potentum afferre iuxta vulgatam* vel subridere vastitatem super robustum & sic alia multa. Ad Abdiam accedamus.

Prouer. 30.  
Virgilius.

Amos. 2.

Deut. 24.

Amos. 3.

Galat. 2.

Actuum. 5

Amos. 4.

Amos. 5.

Clarius.

De

DE ABDIÆ PROPHETIA  
eiusque Symbolis.

PRINCIPIUM. 38.

**H**abet & sua Symbola Abdias, visionem annuncians contra Idumæam & finem eius & contra gentes, quæ Israeli inultabant ex D. Athanasio in Synopsi. Inuehitur enim in Idumæos, propter eorum superbiam, scientiamque vanam & mundanam, & inuidiam & malitiam contra fratrem suum Iacob, (nam ab Esau sunt Idumæi) promittitque quantum ad tribum Iuda, filijs Iacob, durationem perpetuam, & Iesu Christi Saluatoris præsentiam in monte Sion, cum ait, *Et in monte Sion erit saluatio &c. Auditum au-*  
*diuimus*, Vel est vox prophetarum, vel vox populorum, qui accincti sunt ad prælium. *Ecce paruulum dedi te in gentibus*, Id est, dabo te, & contemptibilem faciam. *Scissura petrarum* dicuntur loca arte & natura munita, vbi securi sibi videbantur. Per metaphoram furum & vindemiarum, eam omnino desolandam regionem & non ad modum furti, quod non omnium rerum est, sed quarundam, dicit *Nunquid saltem*, Id est, nonne saltē. Aspicere sumitur pro non iuuare, & ociosum esse *Non aspicere debueras &c. Usque ad terminum miserunt te*, Id est, parum defuit, quin omnino è regione tua expellereris, vel (si mauis) vsque ad terminum, idem fit, quod ex tota regione. *Subter te*, accipitur pro eo quod est, in terra tua. *Esse quasi non esse res illius*, Id est non prodesse, vel non vti illis, videtur significare. *Saluatio*, Sumitur pro saluatore. *Et erit domus Iacob ignis*. Videtur in die Pentecostes impletum & de regno Christi longe latequè fundendo statim. Sed hæc de Abdia.

(.?.)

De

DE IONÆ PROPHETIA  
eiusque Symbolis.

PRINCIPIUM. 39.

**A**C Cedit & ad prædictos Ionas, filius Amati prophetae, filiusque iuxta Hebræos viduæ Sareptanæ, quem Helias propheta mortuū suscitauit. Quo tempore prophetauerit. 4. Reg. c. 14. proditur. Traduntque Hebræi eum Esaiæ, Osæ & Amos fuisse cōtemporaneū. Descripsitque Ionas se ipsum Domini Imperio resistentem, & ob id in mare proiecctum, magnoque miraculo de vtero ceti prodeuntem, & tandem diuino imperio & mandato obedientem, & de non impleto oraculo erubescens. Describit præterea Regem & populum Niniue, à Iona suasos egisse poenitentiam, & Dominum sub quodam portento & prodigio demulcentem & delinientem, sub Symbolo, scilicet, *Hedera viridis quæ percussa exaruit*. Cap. 2. *Terræ vestes* Videtur appellare, profunda eius *Vanitates*, Vocat idola Ca. 3. *Ciuitas magna Dei ex Heb.* Hebraismus est, pro eo quod est vehementer magna, vt dicitur, *ce-*  
*drus Dei, mōs Dei. Clamare autem & dicere ex ore regis & principum eius*, Ad officium alludit præconis. Clarius Isidorus ita explicat: Hoc est, fecit præconē clamare & dicere. Et alia id genus. Verū illud nō omittendū hūc prophetā fuisse figurā & typū resurrectionis Christi, vt ipsemet pro signo dedit Mat. 12. & Lucæ. 11. Sed de Iona iā dixim⁹ paulisper Michæā euoluam⁹.

DE MICHÆÆ PROPHETIA  
eiusque Symbolis,

PRINCIPIUM. 40.

**M**ichæas iam se se offert Morasthites, de tribu Ephraim qui tāto ardore cōplexus est suos, vt anathema esse optarit pro fratribus suis, vt D. Hieronymus docet libr. 1. in eum capitulo. 2. Synchronos ijs qui prophetarunt sub Ozia vt



- vt sunt Osee Amos & Esaias. Contra Hierusalem prophetas & Samariam, contraque pseudopphetas & Achab, ac pro inde in maxillam percuitur ab Sedechia filio Canaan. 3 Reg. 22. præcipiturque ab Ioram filio Achab. De quo videndus est Epiphanius de vita & interitu prophetarum. Habet non pauca Symbola, dum agit de comminationibus, quibus comminatur Deus filijs Israel propter peccata, Idololatriæ commissæ contra Deum, calumniæ & iniustitiæ contra proximum, incredulitatis & contumaciæ contra cœtum prophetarum Cap. 1. & 2. culpam Principum & imposturas & seductiones Pseudopphetarum, communiaque delicta tam Principum quam Prophetarum atque sacerdotum Ca. 3. ita concludens. *Propter hoc causa vestri Sion quasi ager arabitur & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa sylvarum.* 55
- Mich. 1. & 2.* Mich. 1. & 2. culpam Principum & imposturas & seductiones Pseudopphetarum, communiaque delicta tam Principum quam Prophetarum atque sacerdotum Ca. 3. ita concludens. *Propter hoc causa vestri Sion quasi ager arabitur & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa sylvarum.* 55
- Mich. 4.* Mich. 4. Cap. 4. iam incipit agere de salute vniuersali per Christum c. 5. de nobilitate eius, capitul. 6. de suauitate legis eius & cap. 7. de scandalo & obscuratione Iudæorum. Tradiditque ista Michææ, vt alij vates per Symbola. Nam ca. 1. per *Egressum Dei de loco suo*, idest, de Hierusalem, *Et per liquescentiam montium* Adiram eius, & per hoc, quod iubet *Iungere quadrigæ ve redarios*, Ad celerem, scilicet, transmigratiōem & per *Dilatationem caluitij* (Sicut aquila caluescens in senectute sua) miseriam magnam denotat, & quod Deus illum erat derelicturus populum. Cap. 2. *In luce matutina*, idest, statim atque surgunt quæ noctu cogitauerant in proximos faciunt, ob idque canticum de eius transmigratiōe cantandum dicit, *Pars populæ meæ*, idest, populus meus, *Commutata est*, idest, ab hostibus trāslata. Nam *& mulieris populæ meæ*, idest, pauperum, Symbolice vocat, *laudemque matrimonium*, quod ad honorem Dei est, *Congregatione congregabo Iacob*. Hebraismus est, quo de regno Christi agit iā, & tantā multitudinē filiorū Dei prædicat futurā, quod *Tumultuabitur*, Vt muros nimirū nouæ Hierusalem frangi oporteat & habitare eā absq; muro vt etiā clarius habetur Zachar. 2. Cap. 3. *Sāctificare super aliquē praliū*, Est minari vel parare. *Operire vultus* Confusio est. *Ædificare Sion in sanguinibus*, Quod est eam locupletare ex rapinis *Super Dominū* requiescere est de Domino plus nimio fidere Ca. 4. *Mors præparatū in vertice montū*, Inducit idest, Christū tēpūsq; gratiæ euāgelicæ 59
- Zachar. 2.* Zachar. 2. Cap. 3. *Sāctificare super aliquē praliū*, Est minari vel parare. *Operire vultus* Confusio est. *Ædificare Sion in sanguinibus*, Quod est eam locupletare ex rapinis *Super Dominū* requiescere est de Domino plus nimio fidere Ca. 4. *Mors præparatū in vertice montū*, Inducit idest, Christū tēpūsq; gratiæ euāgelicæ 59
- Mich. 3.* Mich. 3. *Propter hoc causa vestri Sion quasi ager arabitur & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa sylvarum.* 55
- Mich. 4.* Mich. 4. Cap. 4. iam incipit agere de salute vniuersali per Christum c. 5. de nobilitate eius, capitul. 6. de suauitate legis eius & cap. 7. de scandalo & obscuratione Iudæorum. Tradiditque ista Michææ, vt alij vates per Symbola. Nam ca. 1. per *Egressum Dei de loco suo*, idest, de Hierusalem, *Et per liquescentiam montium* Adiram eius, & per hoc, quod iubet *Iungere quadrigæ ve redarios*, Ad celerem, scilicet, transmigratiōem & per *Dilatationem caluitij* (Sicut aquila caluescens in senectute sua) miseriam magnam denotat, & quod Deus illum erat derelicturus populum. Cap. 2. *In luce matutina*, idest, statim atque surgunt quæ noctu cogitauerant in proximos faciunt, ob idque canticum de eius transmigratiōe cantandum dicit, *Pars populæ meæ*, idest, populus meus, *Commutata est*, idest, ab hostibus trāslata. Nam *& mulieris populæ meæ*, idest, pauperum, Symbolice vocat, *laudemque matrimonium*, quod ad honorem Dei est, *Congregatione congregabo Iacob*. Hebraismus est, quo de regno Christi agit iā, & tantā multitudinē filiorū Dei prædicat futurā, quod *Tumultuabitur*, Vt muros nimirū nouæ Hierusalem frangi oporteat & habitare eā absq; muro vt etiā clarius habetur Zachar. 2. Cap. 3. *Sāctificare super aliquē praliū*, Est minari vel parare. *Operire vultus* Confusio est. *Ædificare Sion in sanguinibus*, Quod est eam locupletare ex rapinis *Super Dominū* requiescere est de Domino plus nimio fidere Ca. 4. *Mors præparatū in vertice montū*, Inducit idest, Christū tēpūsq; gratiæ euāgelicæ 59
- Esai. 2.* Esai. 2. *Mors præparatū in vertice montū*, Inducit idest, Christū tēpūsq; gratiæ euāgelicæ 59

gelicæ, *Nonissimū dierū* vocat de quō & Esai, 2. c. *Vsq; in lōginquū Christū* dicit correpturū, quod Ionathas ita expressit. *Ipse arguet reges fortes vsque in sæculum*, Hoc est, præsidebit omnibus potētibus huiusmūdi, vsque ad finē eius. *Claudicantē*. Idest, gētium Ecclesiam, vel quæ infirma sunt mundi in reliquiis se positurū Dñs dicit, id est, electurū. Et de Michæ ahaftenus.

## 60 DENAHVM PROPHETIA eiusque Symbolis.

### PRINCIPVM. 41

- D**eu enim ad Nahum, idest, consolatorem, qui autore Epiphanio, ortus in oppido Elkefi trans Iordanem fluiuium versus Begabar de tribu Simeon, vel ex Helchæo prodijt (patre & vate iuxta quosdam) qui viculus erat in Galilæa dirutus secundum D. Hieronymum. Hic post Ionam vaticinatus est, de subuersione Ninive, totiusque regni Assyriorum, à Nabuchodonosor (vt putatur) anno primo imperij sui facta postea. Contemporaneus autem fuit Michæ, & in tempore Ezechia prophetauit. Habet symbola non pauca. Nam in ipso limine operis Symbolo *Oueris* incipit, quod grauisima mala minantur prophetæ. Quatuor enim ex duodecim minoribus prophetis nomine *λμμ* quod pondus significat in titulo vtuntur Nahum, scilicet, Abachuch, & Malachias. Et Zacharias in medio & circa finem bis habet hunc titulum, vt adnotauit Hierony. in Prolog. in prophetam Abachuch ad Chromatium. Scripsit in hunc prophetam Cyprianus noster Huerguensis nitidum commentarium. *Dominus in tempestate*, Id est, in ira. *Veniet & omnia flumina ad desertum deducens. Montes commoti sunt ab eo &c.* Vide, vt Symbolicè pingatur iratum Deum elegantissimè cap. 1. *Consummationem ipse faciet & non consurget duplex tribulatio*, Hoc est, prima oppugnatione ita vos euertet, vt altera non sit opus. Vel iuxta Theophylactum, ad Hebræos hæc referantur ad hunc modum: Permittit Deus decem tribus destrui à Salmanasare & in captiuitatē redigi, sed non permittet, vt à Sennacheribo duæ reliquæ tribus
- S. Epiphano.  
D. Hiero.  
Nahum. 1.  
D. Hiero.  
Cyprianus.  
Nahum. 1.  
Theophila.

- bus in Assyriorū ditionē veniēt. *De*struct enim Deos Assyrios. Comparatque *Spinis* conuiuas eorum, qui ardebunt in igne colligatis spinis similes. *Perfectos* vocat *Fortes*, sed & *Attondendos*, Id est occidendos predicat, vna nocte. *Attonso* enim id significat, vt *Isaia*, cap. 7. *In die illa radet Dominus nouacula conuulsa, &c. Virgam de dorso populi Hebraei conterendam*. Id est, auferendam dicit potentiam Sennacheribi, ad flagellandum eum, Ad regem Assyriorum se conuertens ait: *Et præcipiet super te Dñs. Ac si Hispanismo nostro dixisset. Dara mādamiēto executorio, o el fallo de la muerte de tu exercito al Angel. Non seminabitur ex nomine tuo amplius*. Id est non habebis posteritatem. *Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem*. Iam describit victoriæ ab eo partæ bonum nuncium ab Ezechia missum. Porro pax omnia læta & prospera Hebræis signifiat. *Belial*, Autem vocat Sennacheribum, & eos qui eū colebant. Cap. 2. elegantissime depingit Nabuchodonosor exercitum, in Niniuen aduentantem, vocans eum disperforem, *Vel dissipatorem, clypeosque ignitos siue sanguine rubricatos, vel splendentes, & purpura indutos milites & currus eius ferratis rotis ignem de lapidibus excutientes, & hastas abiernas pingit*, Comparatque Niniuen in flore piscinæ, quia ita abundabat opibus vt piscina piscibus & *Habitaculo leonum*, quia ibi erat sedes regia, *catulosque*. Appellat regum sobolem, quæ ex ea veluti ex latibulis & speluncis ad deuaftanda oppida prodibant extera, & regiones alias cap. 3. *Ciuitatem sanguinum*. Niniuen vocat ob scelera sua & crudelitatem. Nunquid tu melior es Alexandria. Et ipsa vastata est. *Inebriandam* que dicit poculo calamitatis. Munitionesque eius inanes fueras significat, & irridet comparans eas *Ficibus cum grossis suis, quæ si concussa fuerint cadent in os comedentis, eamque* appellat *Bruchum expansum*. Qui deuaftatis multis auolauit, & id genus alia adducit, sed Nahum hic maneat.

DE

DE ABACUCH PROPHE-  
tia eiusque Symbolis,

PRINCIPIUM. 42

- 70 S Anctus Abacuch est subsequens, cuius profapia ex sacris non constat, sed Hebræi, eum coætaneum Ioheli, & Nahum sub impio Manasse faciunt: Epiphaniusque è tribu Simeon & ex agro Bexcobar oriundum. Prophetavitque cum Iuda, scilicet, duæ tribus in captiuitatem ductæ erant vt constat ex *Daniel*. 14. Vtque Nahum vaticinium habuit contra Niniuen & Assyrios, qui decem tribus vastarunt, quæ vocabantur Israel, ita Abacuch aduersus Babylonem & Nabuchodonosor, à quibus Iuda & Hierusalem, templumque subuersa sunt, habet Prophetiam, teste locuplete Hieronymo in eius prologo. Habetque Symbola mysterijs plena. Nam postquam à Deo quæritur cur malos sinat præualere Babylonios, responsumque refert diuinum & luculentum, ponit gratiarum actionem in Canticò, toto capite, 3. comprehensam, in quo prædicit Symbolicè incarnationem & prædicationem Christi, assignans tempus cum ait, *In medio annorum notum facies, &c.* Locumque ad Austrum futurum illis verbis, *Deus ab Austro veniet*. Modumque cum subdit, *Operuit celos gloria eius & laudis eius plena est terra*. Quod ad Magorū stellā, angelicosque cantus videtur referendū. Deinde de passione prophetiā texit, dicens: *Splendor eius, vt lux erit; cornua in manibus eius*. Quibus nimirū manibus conclauatis diabolus deuicit, vnde & mortem destructam dicit, *Ante faciem eius ibit mors*. Inferniq; spoliatiōē annectit dicens: *Egredietur diabolus ante pedes eius: & conuersionē Gentium; Aspexit & dissoluit gentes, &c.* Et de iudicio loquens ait: *Suffertās suscitabis arcum tuum, &c.* Deinde verò de liberatione agit populi à captiuitate Chaldaica, ob venturum Christum, & de Babylonis destructione vaticinatur. Tandemque de nomine & titulo Christi. *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.*
- 75 Sic ferè Canticum illud explicari solet. Cæterum aliter exponi

L 2

poni

poni etiam video & rectè. Et in titulo Symbolum ponit pro  
ignorantijs, id est, pro peccatis. Nam *omnis peccans est ignorans.*  
Vnde Hispaniſmo nostro homo ignorans vocatur peccans.  
*Anda que ſoys vn peccate.* Sic & Dauid. *Delicta iuuentutis, mea*  
*& ignorantias meas.* &c. Referturque oratio Abacuch ad cõ  
ſolationem populi captiui, & commemorationem beneficio  
rum, quæ Deus exhibuit populo ab initio dierum antiquo- 76  
rum. Nam sic ait Propheta. *Domine audiui auditionem tuam,*  
*&c.* Id est, audiui captiuitatem & mala populi. *Domine opus*  
*tuum.* Id est, populũ tuum viuifica, & libera in medio horum  
temporum calamitoſorum. *Deus ab Austro.* Siue, de Theman  
venit. Daturus legem Deus apparuit de monte Theman,  
qui est Seir mons, & de monte Pharan de quo vide Deutero.  
Deuter. 33. in principio. *Splendor eius vt lux erit.* Ad dationẽ legis hec  
referuntur, ita vt præ luce cornuta eſſet facies Moyſi, de po- 77  
tentia Dei deriuata. *Ibi abscondita est fortitudo eius,* Donec ſci  
licet, poſt conuicti inimicos. *Et ſtetit & menſus est terram,*  
Hoc est diſtribui fecit terram. *In ſuniculo diſtributionis: & con*  
*triti ſunt montes ſæculi,* Id est, Reges qui multa ante tempora  
radicati erant & nimis in regno firmati. Quamuis alius legat,  
*Habet enim veſtigia æternitatis.* Quomodo ad Daum poſſe re- 78  
ferri videtur. *Pro iniquitate vidi tentoria Ethiopia &c.* Com  
memorata alia beneficia, de quibus iudicium, 3. & cap. 6. & in  
mari Rubro ſtragem factam. *Suſcituans ſuſcituabis arcum tuum.*  
Id est, potentiam tuam exeres, ſecundũ iuramenta terræ no-  
ſtræ exhibita. &c. patribus noſtris. *Iusiurandum, quod iura*  
*uit, &c. Sol & Luna ſteterunt,* Scilicet, tempore Iosue de quo in 79  
Iosue. 10. *In luce ſagittarũ, &c.* Id est quod Hebræis luxera-  
rat, hoſtibus erat haſta & ſagittæ vaſtantes. *Egreſſus es in ſalutẽ*  
*populi tui, &c.* Iam ad Chriſtum ſermonẽ vertit. Id est, vt an-  
tea eſt egreſſus, ſic & mittes Chriſtũ tuum. Nam & Hebræi  
ad Chriſtum referun. Vides quam Symbolis abundet S.  
Abacuch. Alia & multa tu inuenies in præcedentibus.

eius capitibus: ad Sophoniam iamacce  
damus.

DE

80 DE SOPHONIAE PROPHE-  
tia eiusque Symbolis.

PRINCIPIUM. 43.

80 S ophoniam præ nianibus habemus, genealogiam & pro-  
phetia tempus non opus eſt oſtendere, cum initio libri  
eius ſtatim enarretur. Coæuus fuit Ieremiæ, eademque  
prædixit Laconica quadam miraque & luculenta breuiate.  
Nam & Ierusalem, & Iuda vaſtationem & totius populi He-  
braici exterminium prædixit, & tandem ſubneſcit conſola-  
tiones in Chriſto. Habet miranda Symbola in his futuris præ-  
dicendis. *Congregare Naque ſumitur capite,* i. pro abducere  
& perdere. *Silere eſt quieſcere vt noſiolemus dicere,* Tace  
& videbis. *Sanctificare eſt preparare, & vocatos Domini.* Vo-  
cata ues cœli & beſtias agri ad lanianda corpõra à Deo conuo-  
cata: *Veſtem peregrinam,* vel alienam, vel ſingularem & ad hy-  
pochriſim factã, vel ſuperbam intelligit veſtem. *Viſitaturum-  
que dicit Dominum & puniturum eum,* qui *alacriter iranſiit*  
*domum in die illa.* Id eſt, eum qui potentem Adamum ſuum,  
ex opibus pauperum ditat. *Domum ſecundam regiam nuncupat*  
*colleſque,* nobiliorũ domos & iuxta Hebrẽũ per Machus Iona-  
thas intelligit torrẽtem Cedron, locum Hieruſalem de miſſio-  
rem. *Scutari Dominum Hieruſalem in lucernis,* Eſt nullum lati-  
bulũ prætermittere. *Angulos excelfos.* Turres vocat, vt & alius  
vertit. Non pluriſque nuntiat futurum ſanguinis hominem,  
atque humum, ſiue puluerem. Porro calamitatem futuram.  
*Diem ira & tubæ & caliginis, &c.* Dicit cap. 1. ad iudicium vni-  
uerſale, video referri verba hæc. Cap. 2. *Adorare Deum viros*  
*de loco ſuo,* Eſt Hebraiſmus quo Deum omnes adoraturus ſig-  
nificatur. *Beſtias gentium,* Vocat facies gentium, quæ potius  
dicendæ ſunt beſtiæ quo ad mores. *Vox auis vel cantantis in fe-  
neſtris,* Magnę Symbolũ eſt vaſtationis. Ca. 3. Symbolice. Di-  
cit ciuitatẽ & gentẽ ſuã, *Fœdã, & conſpurcatã, cinitatẽ calũnia-  
tricẽ.* Pauperũ, ſcilicet, ſanguine foedatã multiſq; cõtaminatã  
vitijs & indocilẽ. *Iudices,* *Lupis in veſpere cõparat, quærenti-  
bus prædã.* Non faciet iniquitatẽ, id eſt, iuſte vos puniet, quãuis  
acriter. *Manẽ manẽ,* id eſt, ante faciẽ omnium populorũ expe-  
ctari ſe petit Dominus venturum, &c. Aggæum ad eam.

L 3

DE

DE AGGÆI PROPHETIA,  
eiusque Symbolis.

PRINCIPIUM. 44

**E**ccè Aggæus re & nomine lætus & festius, iuuenis ad huc ad propheticū vocatus munus, qui in fine captiuitatis cum Zacharia & Malachia prophetauit, anno secundo imperij Darij (qui ab Hebræis putatur filius fuisse Assueri & Hester) impletis septuaginta annis à destructione Hierusalem, hortatusque est Iudæos etiam minas adhibens ad templi constructionem, quam antea moliti fuerant, sed frustra. Sed de occasione huius prophetiæ lege lib. 2. Paralipom. **86**

*Parali. 2.* Accesserat autem iam tēpus, quo Ieremias templum reædificandum esse prædixerat. Agitque in summa de ijs, quæ vel pertinent ad reuersionem populi, vel ad ædificationem templi, vel inuocationem ciuitatis, vel obseruatiam sacerdotum, vel denique ad interitum regnorum gentium exterarum. In his autē prædicendis & docēdis nō paucas interferit arcanas notas. Nam cap. 1. Ponite, inquit, *corda vestra supervias vestras.* **87**

*Aggai. 1.* Id est, recogitate quemadmodum versamini, & inuenietis ob vestra peccata, & ob desidiam præcipue in ædificando templo. *Quod seminastis multum & comedistis parum. Respicereque ad amplius, est ambire multa, & assequi pauca. Legationem Domini, suas conciones propheticas vocat, quas Dei iussu prædicat. Cap. 2. Aceruus viginti modiorum. Dicitur ille, vnde sperantur viginti modij: Adbuc vnum modicum est & ego commo-* **89**

*Heb. 12.* *uebo cælum & terram &c.* Citatur locus ad Heb. 12. qui est de **90**

*Genes. 49.* Christo qui vocatur, *Desideratus cunctis gentibus.* Vnde & à Iacob vocatus est, *Expectatio gentium.* Facta est autem commotio in Epiphania, & in morte Domini. Itaque locus est de vocatione gentium quæ in Christum crediderunt, nam & maritimi, & qui in solitudine erāt crediderūt. Promittitur præterea successus bonus, rerūq; abūdātia si templū instaurarent. **91**

*Ex die, inquit, ista benedicam. Promittitur item Zorobabeli Christus ab eo descensus, illis verbis, Assumam te Zorobabel, &c. & ponam te quasi signaculum, &c.* Verum hæc de Aggeo. **DE**

DE ZACHARIÆ PROPHETIA,  
eiusque Symbolis.

PRINCIPIUM. 45.

**E**odem tempore, quo Aggæus, Zacharias, & circa idē argumentum prophetauit, nisi quod plus de Hierosolyma loquitur. Ostensæ sunt autē ei visiones non dissimiles Danielis visionibus, in quibus explicandis, tam Hebræi, quā nostri non parum se torquent. Fueruntque inter antiquos, Zacharia plures, Fuit enim vnus Ioiadæ, alius Baptistæ pater, & hic Barachiæ filius. Deceffit vltima senectute in Iudæa, & proxime cum Aggæo Propheta humatus est, iuxta Epiphaniū de vita & interitu Prophetarum. Quare secundū hanc sententiā non potest sustineri illa P. F. Ribere. quæ docet hunc Zachariam *S. Epipha. Ribera. Matth. 23.* **92**

Barachiæ filium fuisse eū, quem (vt Christus obiecit Iudæis Matth. 23.) occiderunt inter templum & altare. Sed de hoc aliās. Est autem eius prophetia, quā plurimis plena Symbolis præclaris. Sequētia, vt insigniora collegimus, ex capite quadruplici partitionis eius prophetiæ. Nam vel respicit tempus præsens instaurationis templi, vt. 1. 2. & 3. & 4. c. vel futurum, **94**

videlicet, in habitationis Hierusalē. c. 5. 6. 7. & 8. vel ætatem Machabæorum vt. c. 10. vel deniq; Romanorū, vt à. c. 11. vsq; ad finem prophetiæ. Ex his quæ ad tēpus ædificationis templi pertinet, planū est Symbolicū illud esse, quod. c. 3. Zacharias *Zacharia. 3.* **95**

vidit *Iesum sacerdotē magnū in veste sordida, & Satanam sibi aduersantem pro eo quod uxorem duxerat alienigenam.* Vestes enim sordidæ culpam significant, quam illi remissam vidit etiam, & promissionē amplissimā factā ipsi Iesu, & tandē conuertit prophetiā ad Christū, quē vocat seruum suum. *Germen, vel ortū tē, vbi & Lapis vocatur Christus, si ad eum sermo ille de Iesu magno sacerdote referatur, & culpā illā nō eius, qui peccatum nō fecit accipiamus, sed nostrā, quā vocat suam, quoniā, vt suā purgavit, hoc est, ac si esset sua. Eadem phrasīs est Psalmo: 21. Longe à salute mea verba delictorum meorum. Sic & lapis ille, quem vidit Zacharias, vt fundamentū templi intelligatur, ad Christum etiam referri potest. Si quidem fundamentū aliud nemopotest ponere. Hunc lapidem septē oculis, Dñs seruat ne* **97**

L 4 quis

quis possit nocere illi. Ego caelo, Ait Dominus, *Sculpturā eius.* Aperturam lateris intelligere possumus & alias plagas. Quoniam pater dedit pro salute mundi filium suum unigenitum, adeo dilexit mundū. Ca. 4. inquiritur *Mysterium aurei candelabri.* quo significatur robor spiritus sancti cuius virtute & non robore exercitus templum restitui deberet. Prædiciturq; ar- 98  
cane Christus nasciturus ex Zorobabele. *Quis tu mons magne.* &c. Vel aliter. Montem magnum regnum Persarum quod antea fuit ut mons terribilis, non timendum dicit Zorobabeli Angelus. Erit enim, humile. Lapidē primariū, caput edificij vocat. Petiturq; *Expositio duarū oliuarū.* Quæ designabāt duos 99  
filios olei Zorobabelē scilicet, & Iesum sacerdotem magnū, De Mose & Elia videtur Clariō interpretari D. Ioan. Apoc. cap. 11. id est, de lege & prophetis duobus testibus Dominicæ passionis. Similiter ex ijs quæ ad tempus inhabitationis spectant sumuntur Symbola. Nam cap. 5. idolatriam auferendam prædicit per visionem vnam de volumine in principio capitis, & aliam de *amphora*, & impietate sedente super ea quæ idolatriam significat, & tertiam de duabus mulieribus, decē scilicet tribuū Israel: & duarū Iuda, quæ illā impietate trāstulerūt secū in Babylonē, ac ibi eā reliquerūt. Et 100  
c. 6. prædicit per quatuor symbola Medorū monarchiā à Grecis distinguendā sub figura *Quadrigarū quatuor.* Quarū prima cū equis ruffis monarchiā Assyriorū, secūda vero cū nigris Medorū, tertia cū albis Græcorū, & quarta cū varij coloris equis Romanorū, significat. Pacē præterea & prosperitatē rerūq; abundantiā principatusq; gloriosos vsq; ad Machabæorū prædicit tēpora. Et deniq; hæc quæ. c. 7. leuiter tetigerat, c. 8. fusius licet arcane, declarat, per futuram, videlicet, sanctitatē & per ætatis longæuitatem per habitationem senū explicatam, per 102  
que benedictionē & celebritatem. Quæ postremo omnia refert ad Christum eiusque tēpus, à quo ista prophetia captura fit effectum versu illo, *vsque quo.* &c. Nam & Iudæi fatentur ad Christū hæc referēda. Vnde caput. 8. ita claudit Zacharias. *Apprehendēt decē homines.* Id est multi, ex omnibus linguis 103  
*Gentiuū Sumbriā viri Iudæi, dicentes, ibimus vobiscum, audiuimus enim quod Deus vobiscum est.* Hispanismo nostro solet dici. *Tirome de la capa,* Et detinere volētis ardēter, Symbolū est. Nō  
secus.

Zachar. 4.

Zachar. 5.

Zachar. 6.

Zachar. 7.

8.

Zachar. 8.

secus & ex tēpore Machabæorū, & ex Romanorū seculo prædicto eiusque moribus, & ex ijs, quæ in Ecclesia noua futura erant Symbola possunt alia desumi multa, sed nos introdu- 104  
tionē facimus.

## DE MALACHIAE PROPHETIA, eiusque Symbolis,

### PRINCIPIUM. 46

Vltimus iam in promptū est Malachias, non sanctimonia vitæ vltimus cum ob eam secundum Epiphanium de vitis prophetarum Malachil, id est, angelus sit vocatus, vel ob officium iuxta D. Hieronymum, & falso, tamet si ab Origene natura reueraque angelus existimetur. Post reditū è Babylone natus, & vaticinatus est, & post restorationē ciuitatis, ad Israel de futura sacrificiorum sublacione, & Helia aduentus Christi præcursor, adducit, & onus quo exprobrat transgressiones Israel, & accusat illum neglectarum decimarum, & omisse communicationis cum pauperibus, prædicitque diem iudicij, & illustrationem Saluatoris. Non caret autē Symbolis Angelus noster, qui angelos appellat sacerdotes, legēque de ore eorū requirendā docet, & de sacerdotibus nouis, sacrificioque sacrosancto Eucharistiæ clare prophetat Malac. 1.  
licet per arcana verba. C. 1. *Abortu solis inquit Deus vsq; ad occasum magnum est nomē meū.* &c. Antea de vitij sacerdotū veterum agens, post hæc subdit. *Et offertur nomini meo, oblatio munda. Mensa Dñi despecta est.* Id est, ridiculā putatis. *Quadrat hoc in improbos sacerdotes, Ponere terram in dracones deserti, siue hereditatem illorum, & inhabitabilem & vastā reddere. Panem esse pollutum,* non est aliud quam offerre cæcum, claudum & infirmum &c. *Ecce fatigatio,* vel de labore, iuxta vulgatam hoc soletis caufari, quod fatigemini in adducendis vsque ad atrium victimis, & ob id proijcitis in terram. Sic Hebræi exponunt *horribile* autem in fine capitis vocat augustum & honorificum Cap. 2. *proijcere semen.* Est auferre posteritatem bra- 105  
chium

D. Hieron.  
Origenes

Malac. 1.

Malach. 2.

chiū habet vulgata, *stercus*, vocat peccatū cōtaminans solēnitates, quod assumet eos secum, id est ad eam ignominiam perducet. *Non vnus fecit sic exi Clario*, Id est iniuriam non intulit vxori, vt vos, qui eas facitis operire altare lachrymis cū deo bis conqueruntur. Vulgata habet. *Nonne vnus fecit, &c.* Vnus autem, vel Adam intelligitur, qui ob semen solum habendum legitimū eā utebatur, vel Abraham cuius nota est historia de Agar & eius filio. Hebraismus est similis Hispanismo nostro, quo de quopiam non omnino ignoto solemus dicere. *No hizo el otro así. Custodite spiritum vestrum.* Id est, perpendite quam sit hoc iniquū. *Laborare facere*, est molestia afficere. *Capite. 3. Ecce ego mittam angelum meum.* Matth. 11. docet Dominus de præcurfore suo hæc intelligi, qui Angelum egit in vitæ sanctimonia, & officij dignitate. Repurgauitque viam tollens è medio impedimenta pietatis, scilicet, vitia. Vnde & ab Isaia vocatur. *Vox clamans id deserto: Parate viam Domini, &c. Et statim, veniet ad templum suum. Nā fex tantum mensibus præcessit Ioannes Christum.* *Angelum testamenti.* Quod suo sanguine cōfirmavit, appellat Christum. Grauemque depingit Christum Pharisæis, scilicet, & rebellibus. *Sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui,* Hebraismus est, id est, Longe plus, quàm antea. Deum autem videtur vocare iudicem; *Si depraedatur homo Deum, &c.* Clario Isidoro, sed etiam de Deo interpretari potest. *Cap. 4. Vocat Christum Solem iustitiæ, pennasque eius radios vocat.* Quibus sanitatē animæ dandam dicit. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam,* Id est, Ioannem Baptistam, iuxta Sixtum Senensem, & alios, de quo dicitur: *Et conuertet cor patrum ad filios, &c.* Id est, faciet filios similes Sanctis Patribus. *Anathema autem appellat,* Cæcitatē Iudæorum & obstinationem. *Diemque magnum & horribilem.* De utroq; aduentu possumus intelligere, sicut & illud de Elia, de quo in Decadibus. Sed iam de Prophetis minoribus sit satis.

Malac. 3.  
Matt. 11.  
Matt. 3.

Clarius.  
Malach. 4.

Sixtus.

Vide Dec.  
10. Symb. i

DE

DE SYMBO LIS  
Euangelicis.

PRINCIPIVM. 47.

**O** Stendimus iam raptim & tumultuariè, quam abundant Symbolis diuina vetera scripta, nunc de Apostolicis idem demonstremus. Apostolorum ergo scripta Symbolis non carent, & præcipuè Euangelica, in quibus sunt quam plurima. Quæ quamuis ex Parabolis partim oriuntur, partimque ex linguæ Hebraicæ & Græcæ idiomatibus, tamen ex his frequentius oriuntur. Parabolæ autem tametsi suâ habent profectò quandoque difficultatem, quamque non qui uis intelligat, maiorem Hebraismi ac idiotismi: ex quorum intellectu non parua Euangeliorum patefcit intelligentia. Nā parabolæ non adeò sunt obscuræ, idque potissimum, quod ferè Dominus eas explicat, non tamen linguæ idiomata. Habet enim Mattheus in primis Symbolicâs & arcanas linguæque suæ natiuas loquutiones. *Cap. 1. ficatalogum quendam genealogiæ Christi, more Hebraico & Mosaico, Librum generationis appellat. Cap. 3. Baptizare, Spiritu sancto & igni,* Est lauare per Spiritum sanctum, qui ignis quidā est diuinus, sordes animæ & peccata lauans. *Cap. 4. Verbum pro re accipitur & omne verbum pro qualibet re. Non in solo pane uiuit homo, &c. Os Dei, Voluntas Dei dicitur, seu intellectus, qui dicit, & fiunt res. Umbra mortis, Id est, tenebræ afferentes mortē. Donec pronunquā, Donec trāseat cœlū & terra, Quoniā nunquā transibūt, sed in æternū stāt. Raca vox est Chaldaica, hominē nequā, & nullius frugis denotans, vel interiectio est indignatis, vt uolunt alij Matth. 9. *Filij sponsi* Dicuntur, qui sponsalibus, aut nuptijs interfant. *Sic filius mortis,* Id est, dignus morte, *Filius pacis,* Id est, pacificus, *Lucæ. 10. apud Matt. 10. Inuenire animā est amare. Et. c. 12. Misericordiam uolo & non sacrificium.* Id est, prefero misericordiā sacrificio. Ibi dem, uasa pro instrumentis bellicis iuxta Hebraicū morē Christus accepit, *Et uasa eius diripiet. Ca. 3. Munus quodcūque est ex me tibi proderit.* Id est, quod dono.*

11

12

13

14

15

Matth. 1.

Matth. 3.

Matth. 4.

Matth. 9.

Luca. 10.

Matth. 10.

Matth. 12.

Matth. 13.

dono à me profectum est in templū, iuuaberis, & quod in tem-  
plum dicatur, sum in tuum vertetur commodum. Cap. 24.  
*Abominationem desolationis, Dixit Dominus, id est, abominan-* 16  
*dam desolationem, à Vespasiano factam & à Daniele prædi-*  
*ctā. Habet & Marcus Symbolicas ex Hebraïsmis locutioni-*  
*bus. Nā cap. 6. dixit, Non poterat ibi virtutem ullam facere, Pro*  
*eo quod est nolebat ob illorum incredulitatem. Vnde & sub-*  
*Marci. 6. iungitur paucos infirmos curasse. Cap. 7. Epheta, imperatūus*  
*Marci. 7. est Chaldaicus, id est, aures habet oraperitas amodo. Cap. 8. Si* 17  
*Marci. 9. pro non accipit. Si dabitur generationi ista signum. Cap. 9. Gehenna,*  
*Vallis Eunnor, vbi per ignem idolatræ in honorem idoli*  
*Moloch, filios transferebāt, pro inferno, vbi perpetuusest ignis,*  
*vsurpatur. Omnis enim igne saluetur homo. Sumit Metaphora-*  
*ram à vitima, quæ nisi sale condita, Deo ingrata erat. Atten-*  
*de vt placeat iustitiæ executio in malis. Vermis item Sym-*  
*bolice poena dicitur. Cap. 14. Dormite iam & requiescite Ironi-* 18  
*cum est. Vt illud apud Ioannem forte, Soluite templum hoc, & c.*  
*& ad Iudæi: Quod facis fac citius. Nā aperiebat illi mētem, ne su-*  
*spicarentur Iudæi & Iudas, Christi fugere & latere dolos &*  
*insidias eorum. Habet & Lucius Lucas, Antiochenus licet,* 19  
*quosdam Hebraïsmos. Cap. 1. De vice Abia, Id est, Sacerdotio*  
*fungens, in posteris familiæ Abiæ, ob quos Hebdomada illi*  
*obtulerat ea, scicra, vox Hebraica significatione atformatio-*  
*ne & sine Chaldæa, significat omne quod epotum inebriare*  
*potest, ca. 4. In potestate erat sermo eius, In magna ad eos autho-* 20  
*ritate loquebatur. Cap. 6. in Sabbatho secundo primo, id est,*  
*in die septimo à paschatē, qui dies æque, vt primus erat ve-*  
*nerandus vt patet Exodi. 12. Cap. 7. Iustificauerunt Deum. Id*  
*est, ingenue confessi sunt, Deum esse iustum. Cap. 11. Verum-*  
*tamē quod super est, date elemosynam. Nō significat elemosynā* 21  
*ex superfluis erogandā cum non difficile videretur hoc vel*  
*auaro, sed est nota conclusionis. Quare Græce, vt adnotauit*  
*B. Arias Mont. habetur, vt id quod res habet dicam: & Syria-*  
*ce, verum id quod est. Eadem phrasi vsus est Poeta in Georg.*  
*2. Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros, Sparge fimo*  
*pinguis, Cap. 16. vim facere. In regnum Dei, est quemuis ad illū*  
*Luce, 22. rapi auidissime, & aspirare. Cap. 22. Non manducabo pascha.*  
*Donec impleatur in regno Dei, id est, quousque resurgam. Reg-*  
*numq;*

numque à patre accipiam, bibamque iam in beatitudine ge-  
nimen illud vitis. Cap. 23. *Qui in eadem damnatione est. Dixit* Luca. 23.  
*latro ad latronem, id est, qui ob idem crimen mecum damna-* Luca. 24.  
*tus est timere te Deū minime ostendis. Capite. 24. Corā Deo* 22  
*& omni populo, Id est, Deo & omni populo approbante. In-*  
*uenire etiam est in Ioanne non paucos idiotismos. Capit. 3.* Ioan. 3.  
*Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Id est nemo no-*  
*uit præter me res cœlestes clare & distincte. Ad eandem dici-* 23  
*tur pertinere phrasim illud Psalmistæ, Descendant in infernum*  
*viuentes. Id est, consideratione intelligant quæ illic geruntur*  
*at meo iudicio Hebraïsmus est nostro Hispanismo similis, quo*  
*solemus dicere. Sepultaldos viuos. Cum res execranda facta est*  
*Cap. 17. Non ascendam ad diem festum, pro nondum ascendo,*  
*alioqui, festo mediante ascendit. Capite, 9. Da gloriam Deo.* Ioan. 17.  
*Id est fatere veritatem similisque est Phrasis Iosue. 7. De quo* Ioan. 9.  
*alias dicendum. Cap. 20. Pax vobis, formula est Hebræis om-* Iosue. 7.  
*nia prescandi fausta, qua & sæpe D. Paulus in epistolis vtitur.* Ioan. 20.  
*Et illud ex salutatione angelica. Ave gratia plena. Iuxta* Luca. 1.  
*Syriacam interpretationem, idem est. Pax tibi, idem est, Pax* 25  
*tibi sit plena gratia. Aliter interpretatur Euge. Cæterum ad*  
*Syriacam accedit Hispanismus noster quo reddimus, Dios te*  
*salue. Quod perinde est ac si diceremus. Prospera sint tibi om-*  
*nia. Vide quot Symbolicæ sunt Phrases in Euangelijs ex He-*  
*braïsmis ortum habētes. Attende & quæ ex Græcismis oriū-*  
*tur. Nam Matt. 1. cap. Phrasi Græcanica dicitur. Et nollet* 26  
*eam traducere. Id est, propalare, ac infamare, seu in ius vocare.* Matthæ. 1.  
*Idem verbum est apud Paulum ad Colof. 2. Expolians princi-* Colof. 2.  
*patus & potestates, traduxit confidenter, hoc est, Demone ipsum*  
*confudit, iuxta Theophylactum Cap. 2. A bimatu & infra, Pro* Theophyl.  
*bimulis & minoribus. Cap. 11. Pauperes Euangelizantur, Id est,* Matth. 2.  
*pauperibus affertur bonū nunciū. Cap. 3. Angeli Dei colligent* Matth. 11.  
*scandala, Id est, eos, qui in virtutis vita fuerint offendiculo &* Matt. 17.  
*obstaculo. Ca. 17. Saltauit filia Herodiadis. Ex verbo Græco in* Petrus Gar  
*telligi datur, (vt auctor est Bellanēsis) lasciuia gesticatione,* 28  
*vt fit in Choræis, saltauisse. Accōmodari potest hoc ad mores*  
*corruptos nostri tēporis. Neque enim inter Ethnicos magis*  
*turpes, & impudici motus, & gesticationes in Choræis vsi*  
*tatæ sunt atq; inter nostros Christicolas videmus passim fieri.*  
*Pudet*

Pudet dicere de Orchestris, denuò ab filiabus Dianæ, vel potius dæmonis, adiuuentis. In Christianorum diebus festiuis, <sup>29</sup>  
*Matth. 25.* dixeris quodammodo Priapi festa celebrari, adeo istæ abominations inualuerunt. cap. 25. *Dilatant Philacteria*, quod hypochritarum est. Suntque ista, membranæ quædam, in quibus descripta erant præcepta Dei, quas fronti & brachio circumligabant Pharisei ad ostentationem vanam. Sût & in mar- <sup>30</sup>  
*Lucæ. 6.* co Græcismi quidam & alij Euangelistis. Nâ Marci Capit. 4. *Anathematizare*, est detestari, deuouere, & execrari. Lucæ, 6. *Nolite iudicare & non iudicabimini.* Vox Græca etiã significat accusare. Cap. 16. *Inter vos & nos chaos magnum firmatum, est*, Id est, hiatus magnus vorago latissima, & altissima fouea intercedit, vt nequeamus, vltro citroque cõmeare <sup>31</sup>  
*Ioan. 2.* Ioannis item cap. 2. *Architriclinus* præfectus est trium lectorum. Nam olim in lectis accumbebant, erantque illis vice mensarum. cap. 5. *Probatica piscina.* Locus erat, in quo pluuiæ colligebantur, à voce Græca probaton, id est, ouis, quasi fori ouium, vbi oues ad sacrificium maçtabantur. Capite. 21. *Sic eñ volo manere donec veniã, quid ad te?* Id est, sic eum volo manere <sup>32</sup>  
*Ioan. 21. Theophil.* superstitem vsque ad meum aduētum in virga Romanorum. Nâ quidam apud Theophilactum dicunt Apostolum Ioannẽ ferme vsque ad Vespasiani imperiũ loca superiora peragrassẽ prædicantem, & manentem illic, quando autem capiendæ erant Hierosolymæ transisse. Vel aliter. *Dixerat Petrus sollicitus de Ioanne, postquam de suo officio, & martyrio audierat, hic autem quid? Et respondit Iesus. Sic eum volo manere & c.* id est, opus quod tibi concreditum est perforce & sequere me, qui educo te ad prædicationem, & totum orbem in manus tuas trado. Illum autem, si velim manere in hoc loco, Galilea, scilicet, & non mittere tecum, quid ad te. Sic Theophilactus, qui non legit, Sic, sed Si, iuxta interpretem suum. Verum iuxta vulgatã non, si, sed, sic, legitur. Vnde potest exponi <sup>34</sup>  
*Matth. 10.* Nolo eum me sequi eodem genere martyrij, quo tu. *Quid ad te. Quien te mete en esso.* Sunt autem & vulgares quædam Phrases in Euangelistis similes huic, quas non inutile fuerit adnotare. Quodammodo enim ad Symbolicam spectant disciplinam. *Matth. 10. Pax vestra reuerteter ad vos, id est, patietur sufferre, mercedẽ enim prorepulsa pace, pacem accipietis capite. 11.*

Cap. 11. *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Affirmat *Matth. 11.*  
 Ioannes interrogans, vt & cæcus ille Euangelicus Cydonius nomine, Ioannis. 9. *Dixi, Iesum meos aperuisse oculos, num vultis iterum audire?* Ioannes ergo dixit. Tu es Christus, nec alium *Ioan. 9.*  
 Expectamus. Ac si Hispanismo nostro dixisset. *Vos soys Christo, ay por ventura que esperar a otro?* Minimẽ gentium. <sup>36</sup>  
 Placuit nobis ista germana huius loci expositio, & eampublicẽ enarrauimus, antequã in Bellanenfi doctissimo, vel *Petrus Gar-*  
 in alio quoquam inuenissemus. Cap. 13. *Va mundo ab scandalis,* Id est, scandala dant mundani peccatores pusillis meis, *Matth. 13.*  
 & offendicula in virtutis itinere, sed vè illis, quoniam meritas profectò luent poenas, obtantum scelus. Cap. 20. *Oculus nequam sumitur pro inuido.* Cap. 26. *Adiuuro te per Deum viuum, Id est, ob Deum viuum deprecor, vel obtestari te volo cum iuramento.* Sic & in Marco sunt Phrases quædam. <sup>37</sup>  
 Ca. 5. *Quid mihi & tibi?* Ac si Hispanismo nostro dixisset. *Que tengo yo contigo? De quo in decadibus.* Cap. 6. *Precepit Deus, Ne indueretur duabus tunicis Apostoli, Id est, ne mutatoria haberent vestimenta, cæteroquin tunicam & pallium deferebant. Vt Dominus Matth. 5. insinuauit. Sed & ipse, vt ex Euangelio aperte constat, duas saltem habuit vestes, ne dicam plures. Matth. 5.* <sup>38</sup>  
 Vnde Ioan. 19. dicitur, quod vestimenta Christi diuiserunt milites, tunicam verò inconfutilem integram reliquerunt. *Non intellexerant de panibus,* Id est non facti fuerant prudentiores miraculo panam, Cap. 9. *Regnum Dei Transfigurationem vocat Christus. Non videbunt mortem donec videant regnum Dei: Elias cũ venerit restituet omnia.* Id est, dabit operam, vt restituat, & ad fidem incredulos conuertat. Quod Malachias dixit. *Conuertet corda patrum in filios.* Cap. 3. *Videte vos metipfos.* Id est, caute vobis metipsis. Hispaniẽ & dicimus, *Mira ad por vosotros.* Lucæ item. 1. cap. *Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum, Id est, qui sum seruus Dei.* Vt & alibi non semel in sermone sacro. *Et virtus altissimi obumbrabit tibi,* Id est, Proteget, & concipere te faciet sine viro, & sine eius concupiscentia, & opera. Vnde potuit dicere Maria illud sponsæ, *Sub umbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Agnouit hunc fructum Elizabeth cum dixit: *Et benedictus fructus ventris tui.* Id est, benedicta tu: quia benedictus fructus



fructus ventristui. Nam, & copula pro, quia, sumitur non semel in sermone sacro. *Gloria in excelsis Deo.* Et causam reddunt angeli. *Et in terra pax hominibus.* Id est, quia pax per Christi adventum reddetur hominibus, cum Deo. Nam Deo eos reconciliauit. *Cap. 3. Facite fructus dignos penitentiae.* Id est, qui viros poenitentes deceant. *Cap. Qui habet aures audiendi.* Id est, cui donatum est ut audiat à Deo *Cap. 10. Videbam Satanam, ut fulgur de caelo cadentem.* Id est, ad praedicationem vestram, sciebam ego, vires aduersarij ruituras, cum vos misi ad praedicandum. *Porro unum est necessarium.* Id est vnus ac qualiscunque cibus, ad meum praedium sufficit. Hispane dicimus. *Qualquiera cosa basta que aya.* *Cap. 13. Fides sicut granum synapis,* magnam in virtute, & excretem se per opera intellige, animamque inflammantem odore suo, ut granum synapis solet vapores tenues emittens dum editur excitare. Talis ergo fides montes transferet. Id quod aliquando expertum est, ut ex historijs constat. *Ca. 24. Tu solus peregrinus est.* Id est, habes te ad modum peregrini qui non solet pauco tempore scire quae in locis que peragrât fiunt. *Cognouerunt eum in fractione panis.* Id est, ex modo frangendi panem. Vel quia non nisi pro missa frangebatur gratiarum actione, vel quia ita manibus, ac cultello frangebatur. Ioannes etiam suas phrasas habet. *Cap. 2. Quid mihi & tibi mulier, que nos vasa tui & mihi que salte el vino.* *Cap. 5. Pater meus usque modo.* Id est à constitutione mundi usque nunc. *Operatur, & ego operor,* cum eo scilicet. *Cap. 6. Filium pater signauit* ceu sigillo, testimonio suo. *Cap. 11. Sanctificare,* est purificare. *Cap. 20. Nondum enim ascendi.* Id est *No me voy agora.* Adhuc. 40, dies super sunt. Hæc fere & alia collegit *Galaar & Episcopis iam satis.*

## DE SYMBOLIS IN EPISTOLIS Apostolicis.

### PRINCIPIUM. 48

**S**VNT & in alijs sacris scriptoribus, ut in Paulo, Petro Iuda & Iacobo, & in actibus Lucæ, & in Apocalypsi Ioannis Symbola non pauca numero, nec significatione parua. Agitur

Agitur autem in his libris de ijs, quæ ab Apostolis gesta sunt & de doctrina illorum. De quibus breuissime nobis aliqua sunt exempla proponenda. Sed de Apocalypsi peculiariter est agendum, quoniam peculiaria & obscurissima sunt Symbola illius. In Actibus autem (ut hinc incipiamus) quis non videt, Symbolicum illud esse ex cap. 2. quo *Locus Iudæ* Vocatur laqueus, quo dignum se iudicauit ob prodicionem, vel infernus quo descendit? *Cap. 2. quoque Disperita illa lingua ignita,* Donum linguarum dandum significabunt. *Sic & sonus ille vehemens* De coelo factus, quod *In omnem terram deberet exire sonus eorum doloribus inferni, vel mortis soluitis.* Dicit, quasi mors ex morte Christi, eiusque resurrectione doluerit, vel ad præcedentia respicit. Commemoratque duplicem fedem tacite Dauidis, nam ait: *Sedere super sedem eius, quæ tum scilicet ad carnem.* Id quippe significat, De fructu lumbi eius. Erat enim alia sedes quantum ad diuinitatem, quam latenter insinuat ob auditorum infirmitatem, *Neque caro eius vidit corruptionem.* Resurrexit tertia die, quoniam ea (ut phisici produunt) corpora mortuorum corrumpi solent. *Cap. 4. Et iudicari,* pro accusari sumitur. *Caput anguli,* Vocatur Christus, ut & à Dauide, ex quo Petrus citat testimonium ex *Psal. 107. Cap. 5. Conuenit vobis,* Pro eo quod est, *Conuenit inter vos.* Mentitus est Ananias Spiritui sancto, eo quod mædaciū Petro dixit. *Cap. 7. commemorat* Moysis acta & sapiētiam Ægyptiorum, de quibus iam aliquid diximus. *Dura ceruice & incircūcisos corde & auribus,* vocat Stephanus Symbolicè Hebræos. Quoniam obturabāt aures suas, & nolebant annuere veritati. *Ca. 9. Via* vocatur more Hebraicæ lex *Euangelica.* *Durum est tibi contra stimulum calcitrare,* Id est, fortior te sum. Prouerbiū est antiquorum. *Vas electionis.* Hebraismus est, id est, electum. Petrus dum transfret per vniuersos, quasi dux & antesignanus, qui exercitum considerans, videt, quæ pars sit ornata & instructa, & quæ sua indigeat præsentia. *Cap. 11. Manum Domini,* Vocat Lucas virtutem eius ad miracula faciendā. *Cap. 14. Mercurius æstimatur* Paulus, quoniam ipse erat dux verbi, ob dicendi vim & maiestatem: & fortasse ob vultus granitatē, vel (quod certius apparet) quoniam ipse ex ordium faciebat in loquendo, quæ honorem ei Barnabas lubenstribuebat. *Ca. 15.*

M Factam

Actuum. 2.

Psal. 18.

Actuum. 3.

Psal. 107.

Actuum. 5.

Actuum. 7.

Actuum. 9.

Actuum. 11.

Actuum. 14.

Actuum. 15.

Factam esse dissensionem legis, inter Paulum & Barnabam, non putas eam fuisse inimicitiae, sed excitationis cuiusdam ac zeli sancti. Nam *παροξυνω* irritationem quandam, & excandescientiam significat. Vnde cap. 17. legis. *Incitabatur spiritus eius in ipso*. Pro eo quod est, excandescere & irritabatur. Id enim. *Paroxineto* significat. *Quid vult Seminiuerbius dicere?* 54  
Græcè est spermologus: contemntes Paulum inflatiscientia sua, eum loquacè & quasi verba spargentem seminiuerbiū appellarunt, & iuxta Clarium seminilegum: est enim (iuxta eundem) auis sic appellata parua & vilis, neque esui apta, neque ad delectandum, solita in triuijs cadentia semina legere. Ex hoc, nullius pretij homines spermologos appellare consueuerunt. Hæc ille, Quæ nō satis vulgata, & nomini Græco conuenire videntur. Cap. 18. *Sanguis vester super caput vestrū, Id est, Vnusquisque à Christo, qui vita est deficiens, eius sanguinem suum fundit.* Cap. 28. *Navis commemoratur, cui erat insigne, Castor & Pollux, quasi filij Iouis.* Solebant enim, Alexandrini præsertim in huiusmodi picturas, in dextra & sinistra apponere. Omnia hæc Symbolicam quodā modo spectāt ad doctrinam. In Paulo quis aegret esse Symbolica loca multa? Nam ad Roma. Ca. 1. *Prædestinatus dicitur filius Dei*, in quo explicando de prædestinationis diuino actu ad Dei filiū terminato, magnam sibi assumpfit prouinciam D. Thomas secundum Caietanum. Verum satis intelligitur expositio Latinoꝝ Patrum, quos sequutus est D. Thom. Et verbum Græcum Oorizo quod in actibus Apostolicis, pro præfinitate accipitur, vt optime ostendit P. Suarez Tom. 1. in. 3. p. D. Thom. q. 24. illis fauet. Christus quippe rationem humanitatis prædestinatus est filius Dei, hoc est, ad esse filij Dei, quod ex gratia, naturæ humanæ singulari Christi, conuenit ex tempore. An verò singularis eius humanitas, sit conditio sine qua non Christus esset prædestinatus, an potius ratio susceptiua, quoniam humanitati huic fit gratia, & ipsa prædestinata fuit ad esse filij Dei, non disputamus modo, nec nostri muneris est. Quamuis autem hæc humanitas Christi ratio esset, secundum quam diceretur Christus prædestinatus, nam propterea omnes humanitates essent prædestinatæ, sed illa sola, ad esse filij Dei. Secus si humanitas in quantum humanitas, & non hæc singularis

laris prædestinaretur. Primò autem prædestinatio est suppositorū. Chrysostomus & alij Græci dicunt, idē esse, Prædestinatus est, quod, demonstratus & declaratus, & omnium sententia iudicatus. *In virtute*, hoc est, per virtutē. *Ex fide in fidem*, dicit, pro eo quod est, per incrementa fidei. Cap. 5. *Pacem habere ad Deū est*, eius sequi mandata. *Salu erimus in vita ipsius*, id est, in resurrectione eius ad vitam. Cap. 6. *Humanum*, id est, exiguum, se dicere docet. Cap. 7. *Mortificatos legi*, vocat, quod cum iam mortua sit lex vetus nouæ possint adhærere, vt mulier mortuo vno viro, alteri nubere potest. *Quod operatur*, se non intelligere fatetur Paulus, ac si diceret: Ita surrepit peccatum, vt fere ignorem quid mihi accidat, vt ex hoc ostendat, quàm necessaria Christi fuerit gratia. Cap. 8. *De peccato damnauit peccatum Christus*, Dat personam peccato. Ac si Hispanismo nostro diceret: *Acusole de peccado al peccado. Corpusque mortuū esse dicit propter peccatum*, id est, mortificatum est, quatenus non peccat. *Spiritum sanctum* Vocat donum eius, quo preces fundebantur ab eis, qui tale munus accepissent. Ac proinde ait: *Sed ipse spiritus orat pro nobis, &c.* Cap. 9. *Oportasset* (inquit Paulus) enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis: Id est, si possibile foret à foelici eius gloria separari. Anathemata autem Latine donaria vocantur, quæ in vsum hominum non veniunt, quia Deo dedicata sunt, & suspensa in templis: sic & ille qui ab vsu Ecclesiæ & commercio est separatus. Simile quid aiebat Moses, *Aut dimitte eis noxam hanc, aut dele me de libro vite, quem scripsisti*, Id est, de catalogo tuorum amicorum, vel de numero ducum. De quo aliàs in decadibus, vbi ex multis explicationibus veriore eligemus. Sic & alia multa in hac epistola adnotare poteris. In ea etiam, quæ prior est ad Corinth. Cap. 2. *Animalem hominem*, Id est, qui per humanam solum ducitur rationem crassam vocat: contra verò spiritua-

Rom. 8.

Rom. 9.

Exod. 32.

1. Cor. 2.

1. Cor. 5.

lus, quem se tradidisse dicit Satanæ in interitum carnis, id est, ita eum excommunicavit, ut solum licentia esset demoni eum in corpore puniendi, ut erga Iob fecisse dicitur Deus. 63

1. Cor. 7. Cap. 7. *Vri*, Id est, quod tentationibus superari. *In pace vocavit nos Deus*, Id est, defidia odit, & pacem amat in nobis. Ca. 8. *Cognovimus à Deo*, approbatus & charus illi dicitur, & nos in illum tendere docet. Cap. 16. *Maranatha*, Id est, Dominus noster venit. Quasi dicat. Tunc res non agetur verbis & fucis, sed factis, & serio. In. 2. item epistola habet plurima. Cap. 3. 64

2. Cor. 3. enim. 3. *Literam*, quæ iram operatur, legem ipsam appellat ob idque dicit occidere & ministram eam mortis vocat, *Spiritum* autem vivificare docet. *Transformari autem à claritate in claritatem est*, ad maiorem semper claritatem, ut de virtute in virtutem, ex fide in fidem. *Deus huius sæculi* Satanam vocat, quem huius sæculi homines sequuntur. Sed & ad Deum refertur permissivè acceptum verbum excæcare, non ut Deus 65

2. Cor. 4. astruatur causa peccati. *Occultameta dedecoris*, Vocat. c. 4. quæ in occulto cū dedecore fiunt. *Qui dixit de tenebris lucē splēdescere*, Id est, qui dixit, Fiat lux & facta est lux. Periphrasis est Dei. *In facie Christi Iesu*, ait, alludens ad faciē Moysi. Ca. 6. 66

2. Cor. 6. *D, Aug.* *Os nostrum patet ad vos, o Corinthij*. Quod iuxta Divum Augustinū lib. 4. de doctrina Christiana ad grande genus dicendi secundum spiritum & affectum pertinere, discas. Id quod & de apertione oris in prophetis ( si benè memini ) docuimus supra. Cap. 9. *Benedictionem*, liberalem & hilarem nominat donationem. Sic & *simplicitatem* dicit, quod Hispanè solet dici, *Con toda llaneza*. Cap. 11. *Infirmittatis suæ quæ sunt*, perfectiones intelligit. *In profundo maris se fuisse dicit*, *Alij quidem* ( ait Chrysostomus ) intelligunt *immersum medio mari*, 67

D. Chry. *alij verò quasi natantem, quod & verius est*. Cap. 12. *Arcana verba*, secreta vocat cælestia & gloriā Dei, quam vidit secundum Divū Thomam sequentem D. Augusti. In epistola quoque ad Galatas sunt Symbolicæ Phrasæ. Nam capite. 1. inquit *se ab vtero segregatum* ad id munus à Deo: id est, ab æterno intelligo ego. *Carnem & sanguinem* Hebraismo dicit hominem, cum quo ait non se contulisse Evangelium, quod plenè edoctus erat à Deo. Cap. 2. veritatem Evangelij, puritatem nuncupat. Cap. 3. à Symbolis exorditur, dicens: *Oin-*

Galat. 2. *sensati*

Gal. 3.

*sensati Galatia, quis vos fascinavit*, Id est, seducēs fecit, *Non obedi-  
dire veritati, ante quorū oculos Iesus Christus depictus fuit in vobis.*  
*crucifixus*: Id est, quibus tūta erat fides, ut ei⁹ oculis, quasi ante  
vos crucifixum conspiceretis Christū? *Factus pro nobis maledi-*  
69 *ctum*, Id est, auctus in crucem, ut peccator. *Secundum hominem*  
*diū*, Id est, exemplum commune & vſitatum adducam. *Con-*  
*clusit Scriptura*, hoc est declaravit, ac docuit. Capite. 4. sub *Galat. 4.*  
*metaphorā haredis parvuli*, vel *quandiu parvulus erat*, tempus  
legis intelligit. *Mutare vocem* apud Galatas optat Paulus, id  
est, ut tales essent, ut aliter de illis loqueretur. Velloqui illis  
præfens, ita, ut ab eis non agnosceretur, ut audiret quæ ab eis  
obiici ebantur. *Hierusalem autem quæ sursum est libera est*, Id est,  
70 illa quæ sursum tendit, Ecclesia nimirum militans, non sub  
est legi veteri. Capite. 6. elegantissimè se feruum dicit Chri- *Galat. 6.*  
sti, & in hoc gloriari, & hoc optare ut omnes agnoscat, & non  
ut glorientur in eorum carne per circuncisionē alij. *Ego enim*  
*stigmata Domini Iesu in corpore meo porto*. Ac si Hispanismo  
nostro dixisset, *Ya traygo la S. y clavo de Christo en mi cuerpo*,  
71 *que son las persecuciones, y carceres*, & alia quæ passus est propter  
Christum. Non secus & in epistola ad Ephesios Symbolis uti *Ephes. 1.*  
tur. Capite. nanque primo ut alibi sanctos vocat fideles veros.  
*Et adoptionem filiorum per gratiam Evangelicam* commemorat.  
*In redemptionē acquisitionis*, ait, nos acquisitionem vocans, ut &  
Diuus Petrus *Populum acquisitionis: Pueblo ganancial*. ut de bo-  
nis propria industria & labore partis solet dici, quod sunt, *Ephes. 2.*  
72 *Bienes gananciales*. Capite. 2. *Principem potestatis* secundum  
Hebraismum, potentissimum accipimus. *Intervitum mace-*  
*ria*, legem scriptam & naturalem quidam volunt: quam vtrā-  
que non ita dissolvit omnino, ut nullum ex eis vestigiū rema-  
neret, quod ita explico. Nam vtrāque perfecit sua nova lege  
& medium parietem appositivè inimicitias solvit; Iudæis le-  
gem iactantibus, & Gentilibus tumentibus philosophia.  
73 Ca. 3. Ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, *Ephes. 3.*  
id est, ex patre æterno, qui omnia condidit. Parentela, ver-  
tit Clarius. *Quæ sit latitudo*, Id est, infinita magnitudo, illo  
spatio significatur. *Super eminentem scientiæ claritatem*, Id est,  
adeò magnam, ut omnem superet hominum scientiam, qua-  
lis erat Christi. Capite. 4. *Captivam ducere captivitatem He-*  
*brais-*

- braismus est producere captiuos. *In mensuram ætatis plenitudinis Christi*, id est, cum eum perfectè cognouerimus, nam Ecclesiam dixerat esse corpus Christi, perfectio autè eius est in membrorum perfectione. Capite. 6. *Galeam salutis*, id est, spei nominat. Ad Philipenses. capi. 3. *Corpus humilitatis*, id est humile vocat. Capit. 4. *Domine propè est*, sperantibus scilicet, in eum fauer. Ac si diceret; Præstò est, vt faueat. *Pacem Dei quæ exuperat omnem sensum*, appellat reconciliationem eius erga nos. Ad Colossenses. 1. *Potentiam gloria*, id est, gloriosam & manifestè declaratam. *Imaginem autem Dei inuisibilem esse dicit filium. Aimplere autem se dicit ea, quæ defunt passioni Christi in corpore suo*. Quoniam illud deerat, vt in Paulo & alijs seruis suis Christus pateretur. Capite. 2. *Corporaliter*, idem est quod substantialiter. *Corpus Christi* intelligit veritatem & substantiã rerum, & opponit corpus vmbrae, sic & legis cæremoniæ vmbrae fuerunt, Euangelium autem corpori comparat, veritas nanque ad Christum pertinebat. Ad Thessalonicenses. 1. *Circumuenire in negotio fratrem*, est, non cauere ab adulterio. *Dormire* autem est emori, &c. *In tuba Dei*, id est, in tuba maxima. Capite. 5. *Spiritum extinguere*, id est, inspirationes à Deo datas. *Spiritum integrum*, arbitror vocare immaculatum. Ad Thessalonicenses. 2. capite. 3. *Tribuitur Deo fides*, prout significat fidelitatem. Ad Timotheum 1. *Fidelis sermo*, id est, dignus, cui fides adhibeatur. *Tradere Sathana*, est excommunicare. Capite. 6. *Depositum*, vocatur præceptum, *Depositum custodi*. *Diuites huius sæculi*, &c. Nam in hoc & in futuro diuites esse solum iustis conuenit. Ad Timotheum. 2. capite. 1. Secundum promissionem vitæ se dicit Apostolum, id est, vt prædicit vitam à Deo promissam. *Bonum depositum fidem*, & curam Ecclesiæ sibi commissæ, conseruare iubetur Timotheus. Capite. 2. *Cognouit Dominus*, &c. Ecce Symbolum quod dignoscitur placere quis Deo, scilicet, non eueriti dogmatibus falsis. Capite. 4. *Oportune, & importune*, id est, semper. Iam immolari se inquit Paulus, quoniam tempus resolutionis suæ instat. Ad Titum epistola capite. 3. *Nemo te contemnat*, id est, nonte, moribus contemptibilem præbeas. Ad Philemonem scribit etiam, quem filium antequam nomen eius proprium apponeret, nomina

- 79 nominauit, & sua viscera post. *Fiduciã habens in Christo*. Id est confido me tibi imperare posse, ob nimiam erga me tuam in Christo charitatè. Sed vnapro omnibus habet Symbola Pauli epistola ad Hebræos. More Hebræorum Cap. 1. in principio ponit, *in pro, per, vt in Prophetis* pro eo quod est, *Per Prophetas & in filio*, id est, per filium, quem Symbolice *heredem* dicit *constitutũ vniuersorum*, & *per eam facta fuisse à patre sæcula*, id est, tanquam per exemplar & prototypum. Nam in principio, hoc est, in filio quidam interpretantur: & in principio, hoc est, in patre erat Verbum. Ac proinde coæternum Patri vocat filium, splendorem substantiæ eius. *Pereffluere* capit. 2. est obliuisci. *Ne forte*, inquit, *pereffluamus*. Iacobum Cepham & Ioannem, *Qui columna sibi videbantur*, ob acceptam ab eo gratiam illis iam notam, dextras sibi dedisse refert, in amicitia, nimirum, firmæ, Symbolum haud obscurum. *Et nondũ videre se omnia subiecta filio* dicit, quia non dum ab omnibus vt Deus adorabatur, ac rex omnium. Capite. 3. fidem nuncupat *initium substantiæ*, per eam enim quæ in Christum fides est, subsistamus, & eius sumus participes, esse eti. Capi. 4. *Vinum* vocat sermonem Dei, vt æternum & efficacissimum ostendat, ad perdendosque hostes penetratissimum. *Omniaque nudã & aperta aut esse oculis diuinis*. Græcè est pro *Aperita, Tetrachilismena*, id est, collum inclinantia, quasi non audentia aspicere ad illam gloriam iudicis Christi. *Nuda autem sunt*, quia velut resupina & patentia oculis eius. *Ad quem omnis sermo*, id est, ratio reddenda est nostrorum factorum. Logos enim & rationem & sermonem significat & de Christo iudice agit. Capite. 5. Christum, *secundum ordinem Melchisedech* dicit sacerdotem, *in æternum*; nempe, quoniam non refertur quando coeptum fuerit vel finitum sacerdotium Melchisedech, vel, quia non fuit inunctus oleo corporeo, vel quoniam fuit sacerdos Gentium: sed ratio prima verior, & consonat magis literæ Pauli. Itaque Melchisedech & eius sacrificium Symbolum fuit Christi & eius sacrificij. Dies carnis suæ vocat eos, in quibus in hac vita mortali degit. Puerisque assimilat Hebræos, *Lac* appellans humiliores & planiores de Christo sermones de humanitate, scilicet, & *solidum cibum* eos qui de diuinitate sunt. Capite. 6. *Imposibile*

sibile esse renouari ad poenitentiam, id est, iterum velle baptizari  
 si Deum sapiunt ex hoc quod se prolapsos viderint. Vel im-  
 possibile pro nimis difficili accipit, id est, difficile est eos,  
 qui subiiciuntur eis ob quæ Christus crucifixus, ad eò cæte-  
 ro quin ab eo ditati, ad poenitentiam renouari. Baptismum  
 videtur vocare poenitentiam. Cæterum quod subsequitur si-  
 mile de terra, non omnino videtur quadrare præcedentibus.  
 Nam sic ait. *Terra enim sæpe venientē super se bibens imbrem. &c.*  
 Itaque videtur nobis (sub iudicio piorum & doctorum me-  
 liori) hunc esse germanum sensum. Qui Deum etenim cruci-  
 figunt scelera, ob quæ crucifixus Christus est admittentes,  
 & eum ostentui, id est, contēptui habentes, iterum sic renouari  
 ad poenitentiam, nequeunt, quoniam indignos ea sic se effi-  
 ciunt & obstaculum ponunt, secus esset si Christum non con-  
 temnerent, & iterum non crucifigerent, & mali esse de fine-  
 rent. Nam quandiu quis non vult à peccato exire. *Impossibile  
 est. Ut sic inquam cōverti ad Deum. Ut enim terra sitiens, ac ci-  
 pit benedictionem à Deo dum fertilis est fructumque red-  
 dit ex colentibus eam, at dum tribulos & spinas producit, ma-  
 le dicto proxima censetur, sic & de huiusmodi hominibus di-  
 cendum, qui sæpe imbrem coelestis doctrinae super se sitien-  
 tes receperunt & illuminati sunt, & tamen sapius relabuntur,  
 ita renouari ad poenitentiam, & resurgere nequeunt. Virtutes seculi  
 venturi, nominat vires dicas. Nam norunt & poenas futuras  
 malis æternas & gloriam æquæ iustis. Quod autem iste sit præ-  
 dictorum verborum sensus, ex subsequentibus videtur colli-  
 gi. Ait enim statim Diuus Paulus Hebræis. *Confidimus autem  
 de vobis dilectissimi, meliora & viciniora salutis, tamen si ita loqui-  
 mur.* Nota verbum illud, viciniora salutis. Videbatur autem,  
 impossibilem reditum ad poenitentiam quodammodo ex  
 verbis colligere eos posse, ac proinde dicit: Tamen si ita loqui-  
 mur. Eleganti que symbolo spem vocat *tutissimam ancoram,  
 gloriamque velaminis interiora*, Deumque nostrum præcurso-  
 rem, qui pro nobis illuc præcucurrit, exultans vt Gygas ad-  
 currendam viam. Capite. 8. summam per Caput intelligit. Ca-  
 pitulum, inquit super ea quæ dicuntur. Capite. 9. *Iustificatio-  
 nē carnis vocat*, id est, carnales, quæ veluti manucebant ad spiri-*

Hebræor. 8.

Hebræor. 9.

spirituales repromissiones. Vnde & inferius dicit: *Ad emun-  
 dationem carnis, &c.* Capite. 10. Symbolice nimisque eleganti-  
 tropo zelum tribuit pro Deo, igni infernali, qui consump-  
 turus est aduersarios. *Voluntariē enim* (inquit) *peccantibus  
 nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro pec-  
 catis hostia* ( id est non morietur iterum Christus neque ba-  
 ptizari iterum licet ) *sed terribilis quadam expectatio iudicij,  
 & ignis amulatio.* Hæc ille. Ignis enim veluti zelans Dei  
 honorem, exardescet & sæuiet in impios. Attende autem  
 quod *conculcare filium Dei*, vocat, & spiritui gratiæ contu-  
 meliam inferre, peccatis se polluere. Lege verba illa tremo-  
 rem incutientia. *Irritam quis faciens legem Moysi, &c.* Ca-  
 pite. 11. elegantissimo nomine Symbolico describit fidem  
 vocans eam *hypostasim sperandarum rerum* & tanquam basim  
 ac fundamentum eorum, quæ nondum apparent. Fundamen-  
 tum autem in domibus & alijs ædificijs non apparet, cæ-  
 terum fundamentum est apparentium, at fides cæmentum  
 est non apparentium honorum. Iacob (item refert) *adorasse fa-  
 stigium virgæ eius cum eum benediceret*. Quomodo obsecro, si  
 maior erat, adorabat sceptrum eius? Si vero minor, vt bene-  
 dicebat Iosepho? Proculdubio in virga regnum Christi in-  
 telligebatur à Iacob, cuius figuram gessit Iosephus. Capite. 12.  
 12. symbolyce curam & sollicitudinem huius vitæ relinque-  
 re suadet dicens: *Deponentes omne pondus. &c.* Capite. 13.  
*Heri & hodie*, pro semper accipit, & alia innumera in Pau-  
 lo inuenies. Iacobus etiam Domini frater, natus ex Maria  
 sorore matris Domini, cuius Ioannes in libro suo meminit,  
 secundum Diuum Hieronymum in catalogo Ecclesiasticorum  
 scriptorum, non pauca neque parui æstimanda Symbo-  
 la nobis prodit. Capite nanque primo, symbolice Deum  
 Patrem luminum vocat, & immutabilem, fidelesque sui  
 temporis & coætaneos & se, *Primitias insitumque ver-  
 bum* iuxta quosdam lumen rationis, de quo & Dauid à qui-  
 busdam dixisse putatur: Signatum est super nos lumen  
 vultus tui Domine, &c. Sed neutri verum videntur attingere.  
 Locus enim Diui Iacobi de verbo salutis est, à  
 Deo reuelato, *Quod potest saluare animas vestras*, inquit, non

Hebr. 10.

Hebr. 11.

Hebr. 12.

Hebr. 13.

Iacob. 1.

Psalm. 4.

de ratione inter bonum & malum discernente, qua dicimur  
rationales: Dauidi vero locus, de fauore diuino est, qui no-  
mine luminis non semel designatur in sacris. Ac subinde di-  
cit. *Dedisti letitiam in corde meo.* Elegans est similitudo, qua,  
*Auditores verbi & non factores* Exprimit, eos similes dicens, 95  
*Ei qui suum vultum in speculo contemplatur, statim abiit oblitus  
qualis sit.* Speculum Ergo verbum Dei vocat legemque eius,  
*Religiosum* Autem esse Græce habetur. *σφραγος* & *σφραγισ*  
videturque significare occultam quandam agnitionem qua-  
lis est quam proficitur quilibet peritus, deitatis, nostræque  
Theologiæ Symbolicæ professor. Ait igitur, *Vt te existi-  
mas cognitorem arcanorum, quæ in lege Dei sunt, nisi lin-  
guam cohibeas tuam. Eamque frangere non didiceris, & pro-  
ximum contempnas. Legem regalem, Vocat præceptum chari-  
tatis, ex Clario, & lege libertatis Euangelicæ, quod iam non subdi-  
tos relinquat nos legi antiquæ, ceremonijs plenissimæ. Ca. 2.*  
*Iacobi. 2. Eadem mortuam sine operibus dicit, quam & demones habent.* 97  
*Iacobi. 3. Capite. 3. Mundum iniquitatis, siue vniuersitatem mul-  
titudinem omnis malitiæ intelligit. Vel (secundum quosdam)  
ornatum iniquitatis, linguam vocat, nam mundus, siue cosmos  
ornatum etiam significat, quem iniquitati præbet eloquentia  
vt patet in nostri temporis hæreticis. Rotam natiuitatis, siue  
Trochon, lingua inflammata quasi à gehenna ignis, vt lingua  
illa diuitis Epulonis. Vocatque rotam vitam nostram, quod 98  
veluti rotetur & velocissimo vertatur & feratur cursu. Ca. 4.  
*Iacobi. 4. iudicare legem est contempnere siue accusare. Cap. 5. elegan-  
tissimis Symbolicis notis carpit diuites. Thesaurizareque eos  
iram in diem iudicij, Prædicat: & alia id genus. Petrus itè Apof-  
tolus in. 1. Epistola cap. 1. Spem vinam, Vocat, quæ est respec-  
tu vitæ æternæ, cuius pignus, & repromissionem per resur- 99  
rectionem accepimus. Lumbosque tribuens menti, nos admo-  
net eos succingere, vt attendamus ad mysteria altissima. Lac  
*I. Petri. 2. etiam cap. 2. commemorat Euangelicæ puritatis & simplici-  
tatis: Summumque lapidem angularem Christum Iesum, à quo & re-  
gale illud deriuatum est sacerdotium, gensque sancta & populus ac-  
quisitionis. Id est populus eius sanguine adquisitus diem vi-  
sitationis. diem iudicij more Hebraico vocat. Velamenque mali-***

*malitiæ, prætextum quem non vult illos habere, ex hoc quod  
non sunt iam sub lege. Hæc est enim gratia, inquit si propter Dei cõ-  
scientiam sustinet quis tristitias, Id est, persecutiones patiens  
iniuste.* Ecce phrasæ vulgares etiam in Petro. Solemus nos  
vulgo dicere, *esso pues es la gracia,* Hoc est, hoc gratum & egre-  
gium est. Sic & superius vulgariter mundum vt diximus pro  
vniuersitate posuit. Vt vulgariter dicitur pro multitudine  
magna rerum. *Ay vn mundo de cosas* Cap. 5. *Seniores.* Gradum 1. *Pet. 5.*  
& ætatem denotans, episcopos videtur appellare, vt in  
actibus Apostolorum sit, & in Paulo *Formam fieri gregis,*  
Id est, exemplar viuum docet debere fieri superiores. *Ec- 1. Theff. 1.*  
*clesiam quæ est in Babylone &c.* Loquitur de Roma, quæ  
ob confusos tunc mores ita vocatur. Non autem intelli-  
gas de Babylone Assyriorum vel Ægyptia. Quod Gre-  
gorius doctissimus magister Clarij apud eundem in scholijs  
ad hunc locum, in libro quem scripsit de accessu Petri ad vr-  
bem Romam erudite probat. Sicque video Romam iux-  
ta quosdam in Apocalypsi vocari à Ioanne. In Epistola  
similiter. 2. capite. 1. *Præsentiam Dei,* Aduentum vocat, & 2. *Pet. 1.*  
*Habere nos dicit firmiorem propheticum sermonem.* Id est, con-  
firmari prædicta à prophetis ex hoc quod Christus transfigu-  
ratus est, & ipse suis oculis vidit, nonque eis aniles fabulas &  
Metamorphoses poetarum tradit, sed quod vidit & au-  
diuit attestatur. *Catenas noctis, siue rudentes inferni,* Vt habet  
vulgata inuitabile iudicium & punitionem intelligit.  
4. *Octauum item Noe iustitiæ præconem* Vocat, quoniam octo  
animæ cum eo erant & ipse erat octauus, nam ob id octa-  
uum appellat quod numerum explet octauum. Nota autem  
vt vocet prædicatorem præconem. *Viam Balaam sequi,* cuius  
suggestione, Madianitides deceperunt filios Israel, vt habe-  
tur Numerorum. 31. est, cum imitari in vitijs: nam &  
5. *Mercedem amauit iniquitatis.* Eleganti prouerbio expressit  
ad finem capitis, viam peccatoris & eius in peccatis circulum  
quippe qui in circuitu semper cæcus miserque ambulat. Et  
*sus lota in volutabro luti.* Quid enim prodest sui, quod lauetur,  
si rursus in coeno volutetur? Capite. 3. *Latet enim eos hoc vo-* 2. *Pet. 3.*  
*lentes, Simile est illi hoc, Nolui intelligere vt bene agat, & vt* *Psal. 35.*  
prouer-

prouerbiū habet, *Audiēs non audit*. Depingitiudiciū Dei sed non intelligas, *per elementorum & cœlorum liquefactionem siue solutionem*, quod peribunt ista, sed purgabuntur & defæcabuatur elementa igni. Non aliter Ioannes Apostolus in prima Epistola. Capite. 1. Symbolis vtens. *Quod fuit ab initio prædefinitum ab æterno*, Vocans, vt in Apocalypsi. *Agnū dicit occisum ab origina mundi*. Deumque lucem nominat, in eoque nullas esse tenebras docet. vt & in Euangelio. *Et tenebræ eam non comprehenderunt*. Capite. 2. *Mandatum non nouum*, Charitatis præceptum appellat quoniam & in veteri erat lege, & nouum quoniam in noua perfectum est *nouissimam horam* nuncupat suum tempus, quoniam multos habebat Antichristos, per allusionem ad tēpus iudicij, quod nouissimū dicitur, quo veniet Antichristus, *vnctionem*, intelligit sancti Spiritus inspirationes & suggestiones. Capite. 3. *ex diabolo esse*, dicitur qui eum imitatur, & vt sic peccat omnis homo, non autem vt ex Deo est, id est vt eius sequitur mandata & vestigia, qui anamartitos est, siue per naturam impeccabilis. Capite. 4. *Timorem pœnam habere* dicit; de seruili loquens, qui ob metum inferni cauet peccatum. Capite. 5. *Peccatum ad mortem*, pro quo prohibetur quis rogare, est peccatum obstinationis quale est impœnitentiæ finalis quo Iudas laborauit Iscariotes. Quidam & memoriam iniuriarum peccatum ad mortem esse dicunt, quod sanè pœnitentiam non compatitur (si fas est ita loqui) quādiu iniuriæ illatæ non remittuntur. *Vie enim eorum qui iniuriæ meminerunt ad mortem sunt*. Sic & epistola secunda dicit, *Aue hæretico, communicare est operibus eius malignis*. Est in epistola. Capite. 3. *Diligere in veritate* est diligere se cundum Deum. *Testimoniumque perhibere veritati alicuius* est attestari, quam secundum Euangelicam vias puritatem, & veram viam. Habet & Sanctus Iudas frater Iacobi in sua vnica Epistola Catholica quædam Symbola. *Charitates* vocat mensas & prandia, quæ phrasis & vulgaris est apud nos. Nam cum Græce sit *ayanai*, interpres vertit optime, *in epulis suis*. *Abire autem in via Cain, &c.* Est imitari Cain, Balaamum & Core. Qui huiusmodi sunt,

vocat

I. Ioan. 1.

I. Ioan. 2.

I. Ioan. 3.

I. Ioan. 4.

I. Ioan. 5.

Eccli. 10.

Leui. 19.

3. Ioan.

S. Iudæ epistola.

6

7

8

9

10

11

vocat, *Nubes sine aqua quæ à ventis circumferuntur*, arbores bis mortuas, Id est, cum fructus & cum folia perdunt. &c. Misere ri autem in timore, videtur esse circumspecte, ita vt profint magisque lædant. Sed iam ad Apocalypsum accedamus.

## DE APOCALYPSI IOANNIS eiusque Symbolis.

### PRINCIPIVM. 49.

PERuenimus iam Deo duce ad S. Ioannis reuelationem siue Apocalypsim, in qua tot sunt mysteria quot dictiones quibus status Ecclesiæ vniuersalis ab Ioanne Euangelista in Patmos insula relegato, visus est, quinque per Symbola & imagines, quas pater Deus reuelauit filio, filius Ioanni, Ioanni vero non immediate, sed per Angelum, cui filius reuerauit & Ioannes Christi fidelibus. Præcipueque septem Ecclesijs quæ sunt in Asia, scilicet, Epheso, Smyrnæ, Pergamo, Thyatiræ, Sardis, Philadelphæ, & Laodiceæ, eorumque Episcopis, deinde vero vniuersis fidelibus Christi. Vidit autem hæc mysteria Ioannes, intellectuāli quadam visione, qua non tantum figuras vidit spiritu sed & earum significata, mente intellexit, iuxta Pictauium in eius præfatione. Quæ D. Ioannes hoc in libro tradidit, collegerunt multi doctissimi viri. Nos vero, ingenuum est enim fateri à quibus & per per quos didiceris, præcipue sequuti sumus Georgium Ederum, qui ex varijs autoribus, & præcipue ex Petro Verberio Minoritano Cardinali Romæ, & Aquensi Episcopo, cognomento Aureo lo omnigena doctrina doctore instructissimo, in suo Bibliorum Breuiario, nō pauca collegit, ex eoque pro nostra Ifagoge, hæc desumpsimus. Hoc ideo à nobis dicitur, ne nobis quis alienis dicat volare plumis aureis, vt Æsopi & Horatij garrula cornix seu graculose uolabat. Hæc viam Petri Aureoli fere sequutus videtur D. Antonius, qui in prima suarum historiarum parte, explicuit breuiter & dilucide Ioannis visiones, & Lyranus etiam, qui post Petrum Aureolum & D. Antonium floruit. Summa Apocalypseos ex Cælio Pano-

Pictauius.

Ederus.

Petrus Verberius.

D. Antonius.

Liranus.

nio

*Celius Pa  
nomius.*

17  
18  
19  
20  
21  
22

no hęc est. Nam totus liber ex Procemio & ex narratione cōstat. In narratione autem septē principales continētur visiones. Et prima septē habet epistolas, in quibus plenissime traditur quidquid ad verissimum pertinet Christianismum à capite. i. vsque ad. 4. Secunda visio sigillorum habet mysteria à cap. 4. vsque ad octauum. In tertia sunt septem angeli tuba canentes ab octauo vsque ad duodecimum. Quarta est de muliere amicta sole draconeque mulierem insequente, ac de ore flumena quarum post fugientem in locum desertum mittente & de bestijs è mari terraque ascendentibus à Cap. 12. vsque ad. 15. Quinta est de effusione septem phialarū iracundię Dei viuentis, & de mari vitreo igni mixto, deque his qui vicerūt bestiam, & eorum latitia cantantium carmen latitię agni à cap. 15. vsque ad. 17. Sextam qua agitur de Babylone, eaque describitur, & condemnatio illius & bestiarum draconisque, & agitur de terrore eorum qui pereunt, & consolatione eorum qui salui fiunt, à cap. 17. vsque ad. 21. Septima tandem est de Sabbato & de gloria electorum in sæculo futuro ab eo loco vsq; in finem. In Procemio sunt Symbola, ipsaque elucidata ab ipso met Ioane. Nam qui apparuit in medio canalaborum Christus erat in medio septem Ecclesiarum septemque stellę angeli sunt seu episcopi septem Ecclesiarum. Cap. 1. omisso à nobis sensu mystico visionum, de quo multi multa scripserūt, literalem sequimur. Ad quem intelligēdum opus est aduertere septem Ecclesię status qui istis visionibus describuntur. Primus fuit foundationis, scilicet, Apostolorū & discipulorū Domini, & secundus persecutionis martirum ab imperatoribus tertius prosperitatis, videlicet, Constantini magni tempore, discessionis quartus, sub tempore hæreticorū, pacis & augmēti. 5. Caroli magni & aliquot in imperio successorum tempore nouissimę persecutionis, scilicet Antichristi & eius discipulorum sextus: retributionum deniq; & poenarū sub tēpore aduentus Christi postremi Septimus. Quibus sigillatim correspondēt septē sigilla, septē Angeli, septē phialę. Quorū singula totidē significant status, ita vt primum correspondeat primo statui, secundum secundo & sic de cæteris. Prima visio est prophetia de statu Ecclesię primitiuz à Caio & Claudio Imperatoribus, ad Iulianum vsque aposta-

*Apocal. 1.*

apostatam inclusiue. Nam cōmuni omnium fere sanctorū patrū calculo iam dudū omnia pene impleta sunt, quę D. Ioāni reuelata sunt. Secūda visio est de hæreticorum persecutione, & secundo Ecclesię statu, qui fuit à tēpore Iuliani apostatę, vsque ad Phocam Imperatorem. Tertia visio continet tertium Ecclesię statū sub Gregorio Papa & Heraclio & Philippico imperatoribus, & Pipino Rege Gallorum. Visio quarta statum habet quartum sub Carolo Magno primo Germanorū Imperatore, siue de vltionibus diuinis agit. Visio quinta est, de quinto Ecclesię statu à restauratione ciuitatis sanctę Hierusalem, vsque ad tempus Antichristi & diem iudicij extremi, vbi & de ipso iudice agitur, deq; statu Ecclesię sexto quem supra assignauimus. Et in visione sexta sermo est propheticus de statu Ecclesię post iudicium de quę Sabbatho & gloria sanctorum. Quę omnia fere ex Edero. Et D. Antonino in prima sua Historiali parte libet aliqua discurrendo per non nulla capita, colligere Symbola. Capite ergo primo *Septem spiritus*. Omnes dicuntur, cum septenarius non semel vniuersitate in sacro sermone designet. Sic septem virtutes per septē cōditiones filij hominis: vel similis filis hominis, oēs Christi virtutes, & octaua cōditio facies, scilicet, vt sol cū luce in virtute sua, sunt septē dona Spiritus sancti. *Vestitus erat podere*. Id est veste linea vsque ad pedes, significante constantiam vsque ad mortem in aduersus, quod linum optime suis varijs malleationibus, & trāsmutationibus denotat. *Zona aurea*. Continentiā, qua erat vsq; ad māmillas præcinctus, significabat, aurea quę est ex Dei amore, & est preciosa in conspectu Domini. *In capite eius albo & capillis candidis*, prudentia *Et in oculis, vt flāma ignis micantibus*, maxima perspicacia *septem stellas*. Diximus iam esse Episcopos. Vox eius erat sicut *Vox aquarum multarum*. Ob nimiam doctrinę abundantiam efficacem. *Gladius ex ore exiens ex vtraque parte acutus*. Iudiciaria potestas. Capite. 4. incipit, iam futura reuelare. describitque diuinam maiestatem Ecclesię præsentem coelūque vocat ecclesiam. Sedes ergo auctoritas, & qui sedebat Deus. *similis iaspidi*. Qui est viridis spem & consolationem significans, & *sardini*. Qui est rubeus ac proinde Symbolum incense charitatis, *Iris in circuitu sedis*. Clementia & foedus Dei ad Ecclesiam

*Ederus.  
D. Anton.  
Apocali. 1.*

*Apocali. 1.*



- Genes. 9.* clesiam suam vt *Genes. 9.* *Datus est arcus, Smaragdus etiam* 28  
est viridis coloris & vnus de coloribus iridis ob consolatio-  
nem affuturam in tribulationibus. *Viginti quatuor* sedilia, om-  
*Palipo. 25.* nesunt Ecclesie cathedrales, vt & c. *1. Paralipomenon. 25.*  
legis quod *Dauid. 24.* sacerdotes instituit, quierant principes  
sacerdotum ad ampliandum cultum. Quare propter congrue-  
tiam & similitudinem. *24.* sedilia visa sunt, & seniores epis-  
copi, circumamicti vestimentis albis ob castitate & purita- 29  
te. Sic & per reliqua percurrit *D. Antoninus*, vbi & dicitur  
expositio esse *Lyrani*, quæ fere etiã eiusdẽ formæ cū exposi-  
*Lyrannus.* tione est *Ederi*. Ex quo. *Quatuor animalia*, Quatuor erãt Euãge-  
listæ. *Liber scriptus intus & foris scriptura duplici sensu*. Quẽ li-  
brum aperire & reuelare solus Christus fuit dignus. ca. 7. In fi-  
*Apocal. 1.* gilli primi apertione. *Cap. 6.* *Animal primum tanquam vox* 30  
*tonitru clamans*. *Marcus Euangelista*, Prediciturque libertas  
Euãgelicæ prædicationis sub Symbolo & imagine illa, *Mar-*  
*ci*, qui refert Christum, dixisse, euntes in mundum vniuer-  
sum prædicate Euãgeliũ. & c. Et sub imagine insidentis equo  
*Marci. 16.* viri, qui Christus est: Et, *Corona*. Hoc est victoriã quæ data est  
Christo, In secundi sigilli apertione notatur illa magna & pri- 31  
ma Ecclesie persecutio, sub visione animalis secundi, scilicet  
*Matth. 24.* *Matthæi*, qui. *24. c.* de illa videtur agere. *Tũc tradent vos in tri-*  
*bulationem, & c. Russi equi*. Hoc est, Romani Imperij russi, ex  
sanguine iustorum, vel ex vitijs *Neronis*, vel ex incendio. Et  
*vir sedentis super equo ruffo*. Hoc est, *Neronis*. In secundi sigil-  
li apertione vaticinatur *Ioannes* de obsidione & destructio-  
ne Hierusalem sub mysterio animalis tertij dicentis, *Veni-*  
*Lucæ, 19.* & vide & c. *Lucæ* scilicet qui. *19. Cap.* de illa agit. *Et equi nigri* 32  
Id est, Iudæorum qui nigri & infames futuri erant & equi  
tantis nimirum *Titi* & *Vespasiani*, *Et vocis in medio quatuor*  
*animalium*. De venditione Iudæorum & de charitatis & pieta-  
tis abundantia Christicolarum, sub Symbolo vini & olei, *Stra-*  
*tera autem in manu equitatis diuinam Iustitiã* præsignabat, *Aper-*  
*Ioan. 16.* *terio quarti sigilli* secundã præ mōstrabat persecutionẽ sub figu- 33  
ra. *Animalis quarti*, scilicet, *D. Ioannis* qui *Cap. 16.* maximã  
in mūdo futurã prædicauit. *Et equi pallidi*. *Domitiani*, scili-  
cet, ob inuidiã, *mortis*, Equo insidentis magnasque calamita-  
tes & persecutiones sanctorum significantis, & *inferni*. Qui  
ipsum

- ipsam insequabantur mortẽ, nã ab inferno talis machinatio ma-  
li prodierat. In sexti sigilli apertione, persecutionum poste-  
riorum prædicitur diuturnitas, cui tamen annectitur efficax  
34 consolatio de futura liberatione, ab omnibus, sub imagine  
*Animalium intersectorum*, quas vidit *Ioannes sub altari*, Quia  
sancti sepeliebantur in cryptis, in quibus etiam erigebatur al-  
tare, & missæ celebrabãtur, vt auctores Sũt Historici catholici,  
35 *Et stolarum albarũ, quæ data sunt eis singulæ*. In sexti sigilli aper-  
tione, decima persecutio *Diocletiani* & *Maximiani*, omniũ  
acerbissima designatur, *Per commotionẽ gentiũ ab Oriente vsque*  
*ad Occidẽtẽ*, Terremotu magno significatã, & per hoc quod *Sol*,  
hoc est, Christus, in hominum opinione *Factus est cilicius*, &  
*Luna*, Id est, Ecclesia *Facta est velut sanguis*, ob eius effusionẽ,  
& *stellæ* id est, sancti è cœlo perfectionis ceciderunt, *Et cœlum*  
36 *Euãgelicæ prædicationis*, quod *Recessit sicut liber inuolutus*, Et  
per templorum in montibus & insulis deuastationem, & per  
*Regum Principum* & aliorum in speluncis & petris mon-  
tium absconsonem, prædicto capitulo. 6. At c. 7. *Quatuor Ange-* *Apocal. 7.*  
*los* ponere videmus *Ioannem*, nimirũ *Satanæ ministros*, *Maxi-*  
*minum* in Oriente, *Seuerum* in Italia, *Licinium* in Ægyp-  
to & *Alexandria*. Et ille Angelus qui ab ortu solis & c. *Cōstan-*  
37 *tinus* erat. In secunda visione octo continentur prophetiã, sci-  
licet, de cultus diuini dilatatione sub *Damafo* & *Valente*, &  
iste bonus Angelus, vel Christus vel Michael putari poterit *Apoca. 8.*  
de *Hæresi Arriana* capitulo. 8. & *Macedoniana*, & *Pelagij* &  
de malis *Eutylianæ hæresis*, necnon de persecutione *Van-*  
*dalorum* & *Hunnorum*, capitulo. 9. & de schismate *Laurentij* *Apoca. 9.*  
38 *Antipapæ* capitulo. 10. per totum & 11. partim, & denique de *Apoc. 10.*  
restituta Ecclesie libertate capitulo. eod. vsque in finem eius. *Apoc. 11.*  
Vt hæc omnia applicentur, breuiter explicat *Ederus*. Visio *Apoca. 12.*  
tertia quæ est à capitulo. 12. vsque ad. 15. *Vbi apertum esse tem-* *v. 13. ad. 15.*  
*plum*, Dicitur, & *Arca*, id est, Christus visus est, id est, præ-  
sentatus in eo. Nam cum *Iustiniano imperatore*, scuiret pef-  
39 *tis* immitissima, institutum est publico Patrum consilio, so-  
lenne illud festum Purificationis. *Fulgura* item miraculorum  
referuntur facta, *Et terramotus & grando magna*, Id est, voces  
prædicantium, sed, magis videtur in malum accipienda gran-  
do illa, magna persecutio, scilicet, *Mauricij*, qua *B. Gre-*  
gorium

gorium affecit. Sic & S. Ioannes vidit *Mulierem amictam sole*, Idest Christo, Ecclesiam varie afflictam sub Phoca & *Quasi parturiens clamabat*, Vsq̄e dum Heraclium peperisset Imperatorem. *Draco autem & serpens antiquus* Cosdroe (nisi aptius dicatur dæmon) esse videtur, qui bello oppressit Palæstinam &c. Tangiturque fuga Cosdroe. Aqua autem impetus dicitur persecutionis, siue exercitus multus. *Alæ duæ*, Duotestamenta. *Quæ aperuit os suum*. Ista apertio bellum est, quo absorbit *Flumen draconis*, Idest exercitū, vel potentiā. Ca. 12. Quid vero  
*Sit tempus & tempora & dimidium temporis*, Diximus in Danielis Symbolis. Videturque hic posse referri ad tempus, quo duravit bellum illud. Depingitur præterea debellatio filij Cosdroe, sub imagine bestię capitul. 13. De Antichristoque prophetiam intelligi debere communiter tradunt Doctores. Et tu ita intellige. Et eodem cap. 13. sub imagine *Alterius bestię* Agitur de lapsu in hæresim. Monothelitarum, Heraclij ipsius, & instauratione Mahumetici Alcorani iuxta Ederum & alios, de quo dicemus in Decadibus late: Ostendemusque non ita esse. Numerus enim bestię non significat Mahumeti nomen, neque se Deum dixit. Agitur præterea capitu. 14. de coronatione sanctorum martyrum sub imagine *Agni stantis supra montem Sion*. Ad infestationem & incursum Sarracenorum in Syriam referunt quidam, & solet illud de. 144000. qui cum mulieribus non sunt coinquinati, ad virgines referri aptius, à Patribus Catholicis. Depingit ad hæc Ioannes. quandam mirabilem Gentium conuersionem sub figura *Angeli volantis per medium Cæli*, Bonifacij archiepiscopi Moguntini, qui ablegatus à Gregorio Papa. 3. prædicauit in Bauaria Thuringia, Phrisia, alijsque Germaniæ locis, multosque ad fidem conuertit. Eodem cap. 14. narratur futura Græcorum defectio sub imagine *Secundi Angeli*, Idest Martini papæ dicti Tuderini, Babylonis casum annunciantis: de repudiationeque eorum sub imagine *Angeli tertij* Sub Philippico & Constantino, qui eius imaginum ablationem non admisit: & cum Papa esset Angelus dicitur: *Et de patientia sanctorum*, siue, insigni monachorum profectu sermo textitur, agiturque de translatione regni Francorum in Pipinum sub imagine *Nubis candidæ*, & *super eam Christum, habentem in capite coronam auream*, Quia fuit  
 Rex

Apoca. 12.

Apoca. 13.

Apoca. 14.

Rex & sacerdos, *Et in manu sua falcem acutam*: Et de aduentu Stephani papæ in Galliam sub imagine *Angeli de templo clamantis*, Et de substitutione in illo regno Caroli Magni, sub imagine *Secundi Angeli exeuntis de cælo habentis falcem acutam*  
 46 Ad præcidendas hæreses. Et denique de fine Imperij Longo bardorum sub imagine *Tertij Angeli exeuntis de altari*. Prædicto capitul. 14. In visione quarta de vltionibus diuinis est sermo deque statu Ecclesiæ sub Carolo Magno capitul. 15. Vbi *Angeli* Vocantur prædicatores, *Et phialæ* Symbola sunt vltionum diuinarum, *Mareque vitreum* Baptismi, *mixtum igne*,  
 47 Hoc est, zelofidei Christianæ. Poniturque duarum hæresum condemnatio sub imagine *Primæ phialæ*, Secunda autem, in iuriæ sunt, quibus à populo Romano affectus fuit Leo Papa tertius capitul. 16. *Tertiaque* Est vindicta, quam Carolus Magnus sumpsit de Romanis, & *Quarta* Rebellio est Crescentij cuiusdam Patritij Romani, qui tertio Othone regnante, Gregorium Papam quintum è sede deiecit, & antipapam substituit Ioannem. *Quintaque* Phiala est vltio huius iniuriæ per Othoem. 3. *Sexta denique* est Exemptio Ecclesiasticorum a iurisdictione laicorum. Sermo est propheticus. Ultra hæc omnia de singulari Sarracenorum persecutione sub figura trium immundorum spirituum in modum ranarum. Et tandem de restituta Ecclesiæ pace per Vrbanum papam. 2. sub figura  
 49 *Septimæ phialæ*, Eodem capite scilicet decimo sexto. Visio quinta sequitur quæ est à cap. 17. vsque ad vicesimum, in qua agitur de restauratione Hierusalem vsque ad tempus Antichristi, & diem iudicij extremi. Estque prophetia impietatis sectæ Mahumetanz capitul. 17. per totum, & diuina eius impietatis vindicta capitul. 18. & causis illius vindictæ, & de tristitia malorum & gaudijs bonorum, & de conflictu Babyloniz cum Sultano: de victoria & triumpho Christianorum capitul. 19. & ipsius Ioannis Apostoli congratulatione eodem capitul. secundi regis Hierosolymitani successu, & de Prophecia Patriarchæ Hierosolymitani contra dæmoniacum Sarracenorum vaticinium, *Vidi vnum Angelum stantem in sole &c.* De Balduini regis victoria contra Sulthanum. *Et vidi bestiam & reges &c.* Vsq̄e ad finem. 19. capitul. De concordia inter Calixtum Papam & Hæuricum Imperatorem à capitul. 20. & de  
 N 2 pace

Apoca. 15.

Apocal. 16

Apocal. 17  
vsq̄ ad. 20

Apoca. 18.

Apoca. 19.

Apoca. 20.

pace Imperij & sacerdotij, & grauissima persecutione Sulthani contra Christianos, deque damni ex ea illati recuperatione, & de quodam alio inter pontificem & Imperatorem dissidio, *Ceteri mortuorum &c.* Deque resurrectione prima, Et de mum de Antichristi persecutione, *Et cum consummati fuerint mille anni &c.* Et de die iudicij extremi, *Et vidi thronum magnum &c.* Vsq̄ in finem capitul. 20. Visio sexta, quæ est à cap. 20. vsq̄ ad. 22. de gloria est & sabbatho sanctorum, vbi depingitur sub Symbolis, Hierusalem superna, nimirum sub figura ornatus, auditus, & ingressus & rectoris eius, & fundamento & robore murorum, & materia pretiosa, & potu & victu & id genus alijs, quæ gloriam illam arcane significant. Et hæc de Apocalypsis Symbolis, & totius veteris & noui instrumenti pro nostra introductione, dixisse sit satis super qu. In decadibus nostris (Deo duce) quæ insigniora ex his sunt latius prosequemur, & elucidabimus aliam Patrum (ne quid lectori desit) expositionem amplectentes. Facile & nobis modo fuisset singula sigillatim adnotare, sed alio properamus & iam Ifagoge nostra satis processisse videbatur. Super sunt ergo nobis tria tantummodo Principia declaranda. Ad ipsa igitur lumbos accingamus.

Apoc. 21.  
& 22.

UNVM IDEMQUE SYM  
bolum in bonum & in malum accipitur.

PRINCIPIUM. 50.

VEL ex sola Apocalypsi, colligi satis poterit veritas Principij huius & necessitas, in qua nomen Angeli toties in bonam & in malam sumitur partem & phialæ etiam, sicut & fieri in alijs videmus rebus. Serpens enim quis non videat dæmonis esse proprium Symbolum? Et tamen Symbolum est Christi & Apostolorum. Estote prudentes, sicut serpentes, dixit ad Apostolus, & ipse Dominus se per serpentem æneum, quem erexit in deserto Moses præfiguratum edocuit. Fermentum non in bonum sumitur Matthæi.

Matth. 10.  
Ioban. 3.

16. sed

16. sed in malum, cum cauendum, ait Dominus, à fermento Phariseorum, id est, à moribus, vel doctrina falsa eorum. In bonum autem accipitur Lucæ. 13. cum fermento similæ dicitur regnum cælorum. Leo item Apocalypsis. 5. Christum significat, Vicit Leo de tribu Iuda, & .1. Petr. 5. significat dæmonem, qui tanquam *Leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.* Tradidit hoc principium D. Aug. lib. 3. de Doctr. Christi. c. 24. Et D. Gregorius homil. 19. in Ezechielem, vbi exemplum ponitur de sole, qui pro Christo accipitur. Sap. 2. Et pro persecutionis tempore Marci. 14. Et de boue item exemplificat qui profapientem sumitur Deut. 22. *Non iunges bouem & asinum* Et pro stulto qui amator est turpis quem trahi ad mortem ait Salomon, vt bouem ad victimam. Et libr. 18. Moral. capitul. 20. de lapide dicit accipi in malum pro insensibilitate, & duriscordibus, Ezech. 36. *Auferam cor lapideum de carne vestra,* Et in bonum pro mentibus fortium. 1. Pet. 2. *Et vos tanquam lapides vini &c.* Et Isai. 54. venienti Ecclesiæ dicitur, *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te saphiris.* Et. 19. Moral. capit. 1. docet volucres cæli pro dæmonibus accipi Matthæi. 13. *Venerunt volucres cæli &c.* In bonum vero illo in loco, *Et volucres cæli requieverunt in ramis eius.* De petra docet D. Hieronym. quod pro soliditate ponatur Psal. 39. *Statuit supra Petram pedes meos,* Et Matth. 16. *Tu es Petrus &c.* Et produritie cordis Gentilis Ezech. 36. & 32. *Auferam vobis cor lapideum &c.* Et Abacuch. 3. ait idem Doctor de Abyllo in bonam & in malam accipi partem. In bonam, *Indicia tua abyssus multa* Psalm. 79. In malam, *Viderunt te aquæ Deus.* Et comment. Ionæ capitul. 2. Abyllos perniciosas dicit quasdam ac pessimas fortitudines, ad quas Lucæ. 8. dæmones rogant ne ire cogantur, vel tormentis supplicij, & que deditas potestates. Interdumque abyllum accipi pro sacramentis ac sensibus & iudicijs Dei profundissimis, psal. 35. *Abyssus abyssum innocat in voce cataractarum tuarum.* Hispanè cataracta dicitur Peltquera. De tribulationibus multis quarum vna superuenit alteri. *Vna parece que llama aotra* (Si Hispanismo vel mus id ipsū significare) locus recte ab alijs exponitur. Sic & super Isaiam capitul. 2. docet Cedros in malam partem accipi pro superbis nimirum, & tumentibus, vt ab Isaiam capitul. 2. *Dies Domini*

Luca. 13  
Apocal. 5.

1. Petri. 5.

D. Aug.  
D. Gre.

Sapi. 2.  
Mar. 14.

Deut. 22.

D. Grego.  
Ezech. 36.

1. Petr. 2.  
1. Isai. 54.

D. Gregor.  
Matth. 13.

D. Hiero.  
Psal. 39.

Matth. 16.  
Ezech. 36.

Abacuch. 3.  
Psal. 79.

Ionæ. 2.  
Luca. 8.

Psal. 35.

D. Hieron.  
Isaiæ. 2.

*Pfal. 28.* *mini super omnes cedros Libani*, & *Pfal. 28. vox Domini conterentis cedros &c.* Et *psalm. 30. Vili impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani &c.* In bonam vero profidelibus qui bonus sunt odor Christi quamuis sublimes sint in sæculo *Pfal. 103.* ibi in templo Domini cedri Libani sunt posita. Nam iuxta Hebraicam veritatem, *Saturabuntur ligna Domini, & cedri Libani quas tu plantasti, illic passeret nidificabit*, *63*  
*Pfal. 91.* Legendum est *psa. 91. iustus vt palma florebit*, id est, non cito & sine bonis operibus, & vt amygdalus sed vt palma, *Et sicut cedrus Libani multiplicabitur.* Et Euthymius super *psal. 28.* idem de cedro docet. Legendus est & D. Basilius in eundem *psal. ferm. 1.* Amice in vocatiuo per Antiphrasim quandoque accipitur, & ad malos pertinet ex Origene. Tractat. 35. in *Matthæ. Vnde Matthæ. 20. Amice quid huc venisti, non habens vestem nuptialem?* Et illud, *Amice non facio tibi iniuriam.* Et Dominus ad Iudam, *Amice ad quid venisti?* Cæterum de hoc loco, vt intelligendus sit, diximus superius, cum de Antiphrasi agebamus. Et *Lucæ. 14.* in bonam partem accipitur, *Amice ascende superius.* Sic Hieronymus *Iob. 29.* docet Aquilam in bonum, & in malum sumi. Et *Isaiæ. 49.* Sagittas alias docet electas, alias non. Et Euthymius de zelo dicit in *psalm. 67.* in bonam partem, iustam vocari indignationem, qua Christus eiecit ementes & vendentes de templo, contra iustam, si in malam zelus accipitur partem, idem Hieronymus *Nahum. 1. vt. 1. Corint. 12. Zelamini charismata meliora* & *2. Corint. 11. Amulor enim vos Dei emulatione*, Siue zelor vos Dei zelo Et *Pfal. 68.* Christus ait, *Zelus domus tuæ comedit me.* Et *Elias. 3. Regum. 19.* inquit: *Zelo zelatus sum Domino omnipotenti*, Et Simonem zelotem Apostolum Christi, quem Marcus Chananæum appellat, legimus. In malam partem, *Deus amulator & vlciscens Dominus.* Vide Origen. *psal. 36.* & Ambros. *psalm. 118. ferm. 18.* Sic & de emulatione ait D. Gregorius super Canticum capitul. 8. *Visitare in bonum & in malum visitatum est in sacris literis, Pro eo quod est punire in malum, & pro eo, quod est curare, aut aliud quod vis beneficium impendere, in bonum.* Vide Hieronymum *Ieremæ. 32.* & *Amos. 2.* Et *Hosee. 12.* & *Ezechiel. 9.* Et de aquis vide eundem, super *Ezechiel. 47.* late de eis fermocin-

nantem. Et de nomine lacus D. Basilius *Pfal. 7. versus finem*, de quo dicit fere ad peiora sumi, vt in *Psalms, Deputatus sum cum descenditibus in lacum*, Et in *Ierem. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & effoderunt sibi lacus pertusos, & contractos.* Et alia id genus multa collegit Cantapetrensis, Sed nos quæ ad sensum literalem sunt, in bonum & in malum, selegimus.

## QVARE SCRIPTVRA SYM bolis frequenter vtatur.

### PRINCIPIUM. 51.

**Q**VVM ex ijs, quæ hactenus diximus abunde confert, quam Scriptura Symbolis scateat, merito modo rationem huius inquirimus. Et multiplex ex Partibus potest assignari. Sit ergo prima ex D. Hieronymo in *Isaiam lib. 7. capitul. 18.* ideo omnem Scripturam, & Prophetas specialiter inuolutos esse, vt prouocent nos ad intelligentiam. Vnde Dominus dicebat, *Scrutamini Scripturas.* Videnturque est de hoc Theophylactus *Matthæ. 13.* Petendum ergo est & pulsandum vt aperiatur nobis. Ad hæc, loquitur per Symbola siue parabolas Dominus iuxta quod prædictum erat de eo, vt attentiores reddat auditores, illorumque mentes excitet ad inquisitionem. Solent enim homines, quæ obscuriora sunt inquirere magis, cognitionemque eorum plus appetere. Ad hoc est Theophylactus *Lucæ. 8.* Et Ammonius in *Præfat. In prædicam.* Hanc rationem obscuritatis reddit in *Aristotele.* Sic & Symbolis Pythagoras suis, de quibus iam ex *Plutarchus*  
**72.** D. Cyril. aliquid diximus, quorumque nonnulla recēset *Plutarchus* de institutione puerorum, voluit arcana Philosophiæ velare, vt non omnibus essent obuia, & parui fierent. Præterea ea reddi ratio potest, quam insinuat D. Gregor. *hom. 10. in Ezechiel.* Vt dispensante id Deo mirabiliter multipliciter exponatur. Et ad idem est D. Aug. *Epist. 59. ad finem.* Sit & alia ratio, ex eodem. *2. lib. de Doct. Christiana cap. 6.* *D. Augas.* ad edomādā labore superbiām. Namin locis apertioribus spiri  
 N 4 tus

*D. Hieron.* tus sanctus fami occurrit, & in obscurioribus fastidia deter-  
*D. Chryso.* ret, sicque non vilescit eius sermo. Addatur & alia ex *D. Hieron.* Matth. 18. & *D. Chryso.* hom. 45. in Matth. ut teneatur melius quod dicitur & tenacius memoriae adhæreat. Et ex *Tertulliano* in *lib. de resurrectione carnis* alia subdi potest scilicet, ut videntes non viderent Pharisei. Nam ad eos præcipue parabolis, quæ symbola sunt utebatur. Idque animadvertit etiam *Theophylactus* Matth. 13. circa principium. Et hæc nimis videtur colligi ex Euangelio. Vobis datum est (dixit Dominus *Lucæ* 8. nosse mysteria regni Dei) (scilicet per simplicem sermonem) cæteris autem in Parabolis. Sit iamultima ex *D. Hieron.* Nahum. 3. qui ideo scripturam sanctam tot difficultatibus esse contextam dicit, & maxime prophetas, qui ænigmatis pleni sunt, ut non facile pateat. *Sanctum canibus, & margaritæ daretur porcis*, Et prophanis Sancta sanctorum. Ad idem est *D. Dionys.* cap. 2. cælestis hierarch. in postremis verbis: *Scripturæ (inquit) a prophana multitudo inuolatæ sunt custodiendæ: nefas est enim, (ut sacra testantur eloquia) Spirituum margaritarum purissimum illum, ac permixtionis ignarum pelucidumque decorem, in porcos abijcere.* Et in eodem lib. idem inculcat. Traditio autem est Hebræorum ab *Nazianz.* in Apolog. de fuga in Pontum, & ab *D. Hieronymo* in Proœmio li. 1. in *Ezech.* & ab *Origene* & alijs, approbata & tradita, non omnibus indifferenter totam esse tradendam scripturam & legendam omni ætati, sed quædam sunt quæ virum expostulant lectorem, ut ea quæ sub vili, primafacie, tegumento, magna occultant. Quare non possum non mirari, quorumdam nostratum neotericorum scriptorum alloqui doctorum, iudicium, & sententiam, qui ut rationem reddant & se expurgent, quasi scelus aliquod admiserint, materna lingua nostra scribentes Hispana, totis videntur intendere neruis, ut suadeant, magna in lingua nostra & vulgari populo propalanda ut & ipsi faciunt. Nam partes non paruas sacræ scripturæ, mysterijs reconditis plenas non solum lingua nostra, sed & carmine Hispano faciunt resonare. Adducuntque pro se quod sacra Scriptura tot tantisque arcanis scaturiens in vulgari omnibusque nota sit tradita lingua, & post in Græcam translata, & exposita publicè a Patribus. Quasi hæc omnia vnico non ver-

verbo dilui possint & dissolui. Pro varietate temporum & mores & vsus debent innouari quandoque. Sunt enim (fateor) quidam immutabiles. Cum Deus suam volebat legem propalare & promulgare, qua lingua nisi Hebræa debuit facere Hebræis illam donans? Sicut & in Græcam, ut ad Græcos perueniret, debuit transferri, & in Latinam ut ad Latinos etiam. Sancti præterea Patres, qui Ecclesiæ aduersus Arrium variisque hæreticos susceperant defensionem, in qua lingua, nisi in visitata apud suos facere debuere? At vero quis neget, quod malum auctum non parum fuit, ex eo quod sacras apud Græcos tunc quilibet adibat rusticus scripturas? Conqueritur *D. Hieron.* Hieronymus elegantissime in Prolog. Bib. capitul. 6. ad Paulinum suo tempore vitium hoc magnum irrepsisse, nimirum, ut eam *Et anus & deliry senes & Sophista verbosus, & vniuersi præsumerent, lacerarent, docerent antequam discerent, cum in quapiam alia re, non nisi in ea, quam quisque norit artem, se exercent.* Non ergo factoribus & futuribus fidendæ sunt sacræ literæ, neque fidi possunt sine magno fidei detrimento quod apud Germanos iam inde videmus ortum habuisse. Arbitrorque, si quirent, cum Sancti Patres illi Arrium aliosque hæreticos impugnabant, ut in lingua non vulgari, & minime in materna apud suos, sacri codices non circumferrentur, id effecissent. Vnde, quæso, hæretici prævalent apud Germanos nisi ex sacris literis vulgo expositis & prophanatis? Non igitur vel in hoc hæreticis colludamus. Scribantur multa in lingua nostra materna, eaque sint quantumuis curiosa, cæterum sacræ literæ non omnibus sine doctore & duce, dandæ sunt. Ecce quare Scriptura Symbolis siue figuris, & parabolis utatur, ne, scilicet, vilescant mysteria nota cui libet. Porro negandum non est aliquando se nostræ fragilitati per Symbola accommodare ipsam scripturam sacram, de quo aliquid superius dictum est. Et sic habes etiam utilitates alias præter eas, quas in Prolegomenis dedimus, scientiæ humanius.

ECCLESIA SYMBOLIS  
Utitur.

PRINCIPIVM. 52.

**H**A bet etiam Ecclesia sua Symbola, quæ mysterijs & 86  
significationibus abundant. Symbolumque triplex ce-  
lebre est, Apostolorum nimirum, quod velut tessera  
quædam erat militum Christi, (quo sensu quidam exponunt  
Symbolum vocatum, nam per illud ab infidelibus distingue-  
bantur, & Symbolum Nicænum & D. Athanasij contra hæ-  
reticos compositum. Habetque septem sacramenta à Christo  
Domino instituta, quæ sunt diuina quædam Symbola. Sic & 87  
in mysterio sacerrimæ Synaxeos, multis catholica Ecclesia  
mysticis Symbolis solet uti. De quibus carmine elegantiscrip-  
sit iuxta ac erudito, Cenomanensis (Hildebertus ut æstimo)  
Episcopus, cuius antiquum valde exemplar vidi manu in  
membrana scriptum, & Innocentius tertius, & alij plures. Nos  
solum quæ ad sacram pertinent Scripturam Symbola ex-  
plicanda procedemus. Iamque videtur nobis pro in-  
troductione ad Decades Symbolicas dictū pronos-  
tro modulo satis. Utinam det nobis Deus tā  
tam Symbolorum molem, vel potius vasti-  
tatem posse percurrere. Sub cuius spe  
& fiducia, iam iam opus ag-  
gredimur tantum.

(.?.)

FINIS.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei, & medi-  
tatio cordis mei in conspectu tuo semper:  
Domine adiutor meus, & Redemptor  
meus. Psalm. 18.

Hildeber.  
Episcopus.

Innocent.  
Papa



THEOLOGICAE SYMBO-  
LICÆ SELECTÆ  
Decades.

1 ALPHA ET OMEGA, CHRISTVS  
Principium & finis, id est, Coæternus &  
coequalis Patri.

SYMBOLVM.

DECADIS PRIMAE.



2 VBLIMIORIS scientiæ inter Ethni-  
cos longe clarissimus autor Plato, in qua-  
dam Epistola, *In omnibus*, inquit, *quæ vel* Plato.  
*dicimus vel cogitamus à Deo ducenda initia sunt*  
Idemque suadens Theocritus dicit: *ἐκ θεοῦ ἀ-* Theocri.  
*ρχόμεθα*, hoc est, *À Deo incipiamus*. Atque  
optime id quidem. Quoniam rectum princi-  
pium, par item consequitur finis, contra ve-  
3 ro docente Philosopho didicimus, paruum in principio erro-  
rem, in fine maximum esse. Et quis maior homini potest con-  
tingere Christiano, quam opera omnia sua, à Deo & propter Aristot.  
Deum non inchoare suum? Quam obrem volenti mihi Sym-  
bolicam Theologiam foeliciter auspiciari & profèqui à Chris-  
to Deo summo & vero Decadū Symbolorū exordiū sumere  
visum

Apoc. 1. visum est. Quem peritus ille Deitatis, mystesque Ioannes  
 Apoc. 22. in principio suarum reuelationum, & sine inducit dicentem  
 Tertullian. *Εγω ε'μι ΤΟ Α, & ΤΟ Ω*, id est, *Ego sum ipsum Alpha & ipsum Omega*.  
 Quodequidem vnum est ex cognominibus Christi sacris. 4  
 Ex quo Colarbasius & Marcus hæretici (vt refert Tertullianus  
 in lib. de hæreticorum præscriptionibus) arripuerunt ansam,  
 nouam hæresim adinueniendi supra Alphabeti Græci literis.  
 Dixerunt enim sine his veritatem constare non posse, quin  
 potius plenitudinem & perfectionem eius, in numeris per  
 has significatis literas esse dispositam: & ob id etiam vtque  
 S. Epipha. mysteria in literis singulis latentia curarem scire, dicunt  
 Christum pronunciaſſe verba illa. Epiphanius in libro An- 5  
 chirato putat hac duplici litera A, & O, duplicem Christi  
 significari naturam, humanam quidem per literam, A, quæ  
 inferne aperitur, & diuinum per, ω, quod superne apertum  
 est, Verbum. Origenes, vt refert Sixtus lib. 2. suæ Biblioth.  
 Sixtu tom. 1. in Ioan. plura de harum literarum mystica significatio- 6  
 Sen. ne dicit. Nobis sane ex Sapiente videtur huius appellationis  
 ratio deduci posse, qui *Sapientiam diuinam attingere à fine vs-*  
*que ad finem fortiter & disponere omnia suauiter*, Aſſeuerat. Eam  
 Sapi. 8. sic alloquitur D. Patriarcha noster Bernardus serm. 16. super  
 D. Berna. *Cantic. O sapientia quanta arte vedendi in vino & oleo, anima*  
*mea sanitatem restauras, Fortiter suavis & suauiter fortis. Deni-*  
*que attingis a fine vsque ad finem fortiter & disponis omnia suauiter*  
*: propellens inimicum & infirmum fouens.* Vbi & dicit fortem  
 esse perse & suauem sibi. Attingit ergo ab extremo ad extre- 7  
 mum diuina sapientia, & diuinum verbum. Hebraismus est  
 non absimilis Hispanismo nostro, quo solemus dicere, *Des-*  
*del principio hasta el cabo.* Volebat S. Ioannes suadere fidelibus  
 Christum esse verum Deum, & coeternum & Homouſion,  
 siue consubstantialem Patri. Et in Apocalypſi cum relegatus  
 erat, veluti ænigmatische id aperuit, eum principium & finem  
 vocans. Postea vero ab exili crediẽs clarius id expressit dicens  
 Ioha. 4. *In principio*, Hoc est, in Patre iuxta Origenem *Erat verbum*  
 Origen. *& c. omnia per ipsum facta sunt.* Est enim Christus & Diuinum  
 Verbum in initium, quem nullus præcedit, & finis sine fine,  
 cui nullus succedit finis, principium quoque vniuersorum,  
 à quo omnia, quæ in orbe sunt, & finis, propter quem  
 omnia

omnia condita sunt: idemque centrum & terminus, quo aspi-  
 rant & tendunt omnia, & in quo denique vniuersa quiescunt  
 D. Augu. *Fecisti nos Domine ad te* (Augustinus aiebat) *& inquietum est*  
*cor nostrum donec reuertatur ad te.* Iam enim apud omnes Philo-  
 10 sophos & Theologos constitutum est, omnia suapte natura  
 bonum appetere, & in ipsum tendere. Sed non mihi arridet  
 illorum sententia Theologorum, qui appetitum innatum ad  
 Deum clare visum, siue ad claram Dei visionem in homine  
 statuunt. Deus enim, vt clare visus, est terminus beatitudi-  
 nis, vel beatificæ visionis, qui procul dubio omnino est su-  
 11 pernaturalis & naturæ humanæ non commensuratus. Ac pro-  
 inde non capio, quemadmodum in natura detur appetitus,  
 siue propensio, vel commensuratio, seu proportio (aliud e-  
 nim non potest esse appetitus ille natiuus) in natura ipsa nu-  
 da (inquam) ad Deum clare visum, vel ad eius visionem.  
 Quod enim omnino naturale est, quo pacto proportionem,  
 vel commensurationem cum omnino supernaturali habe-  
 bit? Supposita fide appetimus nos quod credimus & spera-  
 12 mus nobis futurum. Neque sermo est de appetitu isto. Cate-  
 rum negandum est talem innatum appetitum in natura esse,  
 qualem Theologi non ignobiles ponunt. Conſtitendum au-  
 tem cum Sapiente Deum ipsum finem & principium rerum  
 omnium esse. Quoniam omnia propter semetipsum creauit  
 Altissimus. Quod si Aristoteles dicit, *Nos esse finem omnium*  
*eorum quæ sunt, quodammodo*, Nam facta scimus in hominis  
 13 vtilitatem & ministerium, omniaque sub pedibus eius sub-  
 iecta infinite melius tale Deo competit nomen. *In principio*,  
 Hoc est, in filio & per filium & cum filio *Creauit Deus calum*  
*& terram.* Nam (vt autor est Raymundus in Pugio contra in-  
 fidel. capitul. 1. Beth, quæ præpositio est apud Hebræos sig-  
 nificat in, per, & cum, & iuxta Mirandulam in Hep-  
 14 taplo, in, &, per, significat. Vnde est illud psalm. 103  
*Omnia in sapientia fecisti*, Secundum eundem Raymun. Et  
 illud Isaïæ. 48. *Manus quoque mea fundauit terram.* Quod  
 vt habet lectio Chaldaica sic sonat, in verbo, vel cum ver-  
 bo. Exponuntque hunc locum de filio secundum literæ  
 sensum D. Hieronymus in Quæstionib. supra Genes. & D.  
 Thom. 1. p. quæst. 46. ar. vlt. in corpore. Nam sicut principium  
 esse  
 Aristot.  
 Genes. 1  
 Raymun.  
 Picus.  
 Psal. 103  
 Isaïæ. 48.  
 D. Tho.

*R. Moyses.* effectiuum appropriatur Patri, sic & filio principium exem-  
*Paulus.* plare Rabi Moyses Gerundensis (vt refert Paulus Episcopus  
*Burg.* Burgensis) in suo Scrutinio in. 9. Dist. 1. partis capitul. 16. &  
*Marf.* Marsilius Florentinus de Religione Christi capitul. 31.) ex-  
*Florent.* plicat sic. Beresith, idest, in Sapientia: & dicit ita esse in He-  
*Prouer. 8.* rosolymitana translatione. Vnde Prouerbio. 8. *Dominus possedit me principium viarum suarum.* Non me latet plures sensus posse habere locum istum. Nam in principio ad temporis principium referri potest, cum antequam fierent omnia tempus non erat, sed cum illis incepit. Potest & principium ordinem dicere ad sequentia, Hoc est, Primo omnium factum est cœlum & terra, deinde cœtera. Imo (vt refert Bellanensis Episcopus Cauriens. libr. 2. Euang. institut. capitul. 25.) sunt qui exponant, In principio, idest, per Patrem, sicut in Euangelio Ioannis idest, in Patre. *Est enim Deus* (inquit ille) *alpha & o, principium & finis.* Alia expositio est ex eodem vbi supra libr. 1. capitul. 10, Beresith, hoc est, in capite, siue, in summa. Est enim quasi recapitulatio. In summa fecit Deus cœlum & terram, idest, omnia, quæ nomine cœli & terræ significantur. Triplex autem illa expositio, scilicet, in principio temporis, vel primo omnium, vel in filio, de quo ad Hebræos. 1. Paulus ait, *Per quem fecit & sæcula, Et est iuxta D. Hilarium* expositio ista, refertur à D. Thoma. 1. part. quæst. 46. qui ab Augustino desumpsit, libr. 1. supra Genesin ad litteram capitul. 1. Quod ideo dixerim, ne minoris hæc putetur grauitatis & ponderis, quam alia. Quinimo ipse Dominus apud Ioannem se principium vocauit dicens: *Principium, quod & loquor vobis.* Nisi dictio principium sumatur aduerbialiter, quod fortasse alicui non displicebit, si cum Erasmo sentire velit. Nec me fugit quod si secundum artem Kabalisticam, quam docuit Reuchlinus in Tractatu, quem de illa fecit, quamque sequitur Picus Mirandulanus in Heptaplo, explicetur dictio illa Beresith inueniemus in ea mysteria magna. Namque prima litera est Beth, quæ prima est in dictione Ben quæ filium significat. Secunda litera est Res, quæ prima est dictionis Ruah, quæ significat spiritum. Tertia litera est Aleph, & est prima dictionis Ab, quæ Patrem significat. Quarta est Sin, quæ prima est dic-

*Petrus.*  
*Garfias.*

*Hebræ. 1.*  
*D. Hilari.*  
*D. Thom.*  
*D. August.*

*Ioan. 8.*

*Erasmus*  
*Picus.*

dictionis Sem, nomen significantis. Quinta est Iod Deum significans iuxta præfatum Reuchlinum capitul. 3. Sexta denique est Tau, quæ significat signum & ita si omnes litteræ coniungantur explicatæ, dictio illa Beresith, significat: Pater, filius, spiritus sanctus nomen, Deus, signum. Tau autem (iuxta D. Hieronymum super Ezechielis ca. 9. de quo & inferius dicemus, crucis Christi est Symbolum. Quadratumque cum his optime illud psalm. 39. quod Paulus ad Christum refert, *In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatem tuam; Deus meus volui & legem tuam in medio cordis mei.* Voluntas autem Patris erat, vt filius pro humano genere redimendo in crucem ageretur, id quod scriptum videtur in capite libri hoc est, in principio Genesios in illo verbo Beresith ad modum dictum. Et conuenit his maxime, quod illa verba, Ad imaginem Dei creauit illum, exponi lego hoc modo, Ad similitudinem humanitatis filij quem assumpsit. Nam secundum diuinitatem, Scriptum est *Isaiæ. 40. Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? Et capitul. 44. Quis similis mei? Et. 2. paralipomenon. 6. Dominus Deus Israel, Non est similis tui, in cœlo & in terra.* Ita hoc explicat Magister Petrus Alphonsus peritus Hebræicæ linguæ ad nostram Religionem conuersus in Tractatum contra Hebræos Titul. 8. Sicut & liber ille dictus Victoria contra Iudæos capitul. 2. & Brunus, quem refert Ambrosius de Spieta doctor Theologus ordinis fratrum Seruorum S. Mariæ ferm. 18. Sic & Baptista conuersus ad fidem in Tractatu de confutatione Hebræicæ sectæ in prima parte, qui & dicit in Hebræo esse, *Bezalmenu, Chid murti senu. Et Bezalmenu, idem esse quod, In Crucem.* Quod fuit dicere, creauit Deus hominem ad modum, siue, in formam crucis, inquam agendus erat eius filius. Tota ergo Trinitas fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam, quæ est filius. Humanum autem corpus, quis non videat ad modum crucis efformatum? Faciamus ergo, dixit ob sacram Triadem, quæ simul operata est incarnationem. Ad imaginem autem Dei, idest, filij quoniam ipse solus carnem assumpsit: vt & Ioannes prodidit, *Verbum caro factum est.* Ecce igitur mysteria magna ex sola illa dictione Beresith, eruta. Ex quo & vides quam con-

*Reuchlinus*

*D. Hieron.*  
*Psalmo. 39.*  
*Hebr. 10.*

*Isaiæ. 40.*  
*Isaiæ. 44.*  
*2. Paral. 6.*  
*M. Petrus.*  
*Alphon.*

*Ambros. de*  
*Spieta*  
*Baptista*  
*quidam.*



conueniat Principium Geneseos cum Euangelio Ioannis. Nam utcunque mentionem facit sanctissimæ Triadis, & Verbi incarnationis secundum prædictam explicationem. Quæ profecto non est extra mentem sanctorum, qui etiam in literis mysteria inueniunt. Nam D. Augustinus in psalm. 95. ex literis nominis Adam totum orbem terræ significare colligit. Sic & in Tractatu de Sina & Sion aduersus Iudæos, qui D. Cypriano ascribitur, inuenies mysteria passionis Christi ex literis Adami nominis collecta. Videndusque & ad hoc est D. Augustinus Tractatu. 9. & 10. in Ioannē. Nec est præter mentem D. Hieronymi qui in literis etiam mysteria ponit, ut in Apocalypsi & D. Chrysostomus etiam in apicibus, nisi hæc per hyperbolē dicta velis. De hac elementari sacrarum literarum expositione videndus est Sixtus Senensis lib. 3. suæ Bibliothecæ, quæ etiam ad Symbolicam pertinet doctrinam. Cæterum nos mentionem de illa in nostra introductione non fecimus, quoniam ad literalem sensum, quem nos præcipue sequimur inuestigandum, non multum videtur prodesse. Vbi autem profuerit, adnotabimus in sequentibus, si quando locus occurrerit. In præsentī vero Apocalypsis loco non dubium est, quin secundum literæ sensum Alpha, & Omega, Christum significant, qui est omnium principium per creationem, qui que est finis hominum per beatitudinem, qui est initium omnis creaturæ, & primogenitus mortuorum, qui denique est omnium creaturarum principium & finis, ut & Alpha & Omega principium & finis sunt totius Alphabeti Græci. Sed iam de litera Thau aliquid dicamus.

mus.

Tau

THAV INFRONTE, SALUS EST.

## SYMBOLVM. 2.

AB simile non omnino est proximo, & hoc Symbolum, quo Thau salus significatur. Nam in præcedenti visum est ut Christus principium sit & finis & per Thau crucem designatam leuiter insinuauius ex D. Hieronym. sup. Ezech. capitul. 9. ideoque nunc latius à nobis id inuestigandum. Desumptum est autem hoc Symbolum ex S. Ezechiele primitus, qui in visione illa celebri quam vidit anno sexto transmigrationis Babylonicæ, mense sexto, die sexto capite nono ita inquit: *Et gloria Domini Israel assumpta est de Cherub: & vocauit virum, qui indutus erat lineis, & atramentum scriptoris habebat in lumbis suis. Et dixit Dominus ad eum. Transi per mediam ciuitatem in medio Hierusalem, & signa Thau super frontem gentium & dolentium super cunctis abominationibus, quæ sunt in medio eius. Et dixit viris in quorum manu erant vasa interitus, Transite per ciuitatem sequentes eum & percutite. Non parcat oculus vester, neque misereamini senem adolescentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite, vsque ad interuicium. Omnem autem super quem videritis Thau ne occidatis.* Hæc Sixtus Ezechiel de litera Thau, quam (iuxta Sixtum Senens. lib. 2. suæ Biblio.) Deus id circo voluit frontibus saluandorum inscribi, ut ostenderet, se tales merito ex tanta totius populi clade eripere, quia soli in tota vrbe, Deilegem seruassent. Est enim Thau litera prima Dictionis Thorab, quæ diuinam legem significat. Optime autem in frôte voluit Thau inscribi eorum, qui non erubescerent seruare legē totam à principio vsque ad finem, quod litera Thau designabat, quæ vltima est & complementum Hebræi Alphabeti. Arbitraturque Sixtus hinc emanasse, morem illum discernendi viuos à mortuis, apud Ethnicos præcæ militiæ notarios, qui cum in breuiculis quibus nomina militum propria cōtinebantur, demōstrare vellent, quot ex militibus superessent, & quot in bello cecidissent, T taf nota, in capite verficuli posita, superstitem designa-

signabāt, Θ Thita vero quod per mediū tēlo, hoc est, mortis signotrāfixum est, ad vnius cuiusque nomen defuncti apponebant. Et iudices eandem literam Thita præponebant eorum nominibus, quos supplicio afficiebant. Id ipsum pictores scribebant & sculptores in epitaphijs sepulchrorum, propterea quod sit litera capitalis verbi Græci *Thnisco*, quod significat morior, vel *Thanatos*, mortē. Ad quod Hetrusc<sup>9</sup> poeta Persius nō inuenuste allusit, cum vitij cædē persuaderet eo versū.

Persius.

Martialis. Et potis est vitio, nigrum præfigere Thita.

Et Martialis lib. 2.

Nosti mortiferum, quæstoris Castrice signum,

Est operæ pretium, discere Thita nouum.

Ausonius.

Et Ausonius in pædagogum liguritorem.

Tuumque nomen Thita sectili notet.

Ad hoc est &amp; illud:

O multum ante alias infelix litera Thita,

D. Hieron.

Sciendum est etiam (ait Sixtus) ut Hieronymus testis in plerisque locis suorum operum est, Iudæos ante captiuitatem Babylonicam alias, hoc est, alterius figuræ quam nunc, habuisse literas, cum Samaritanis communes, à Moysē videlicet acceptas, quarum postea figuræ Ezdras, de captiuitate reuersus mutauit, ut Iudæi, qui literarum numero, sono, ordine, ac significatione cum Samaritanis in fidelibus & Iudæici nominis hostibus conueniebant, saltem ab ipsis discreparent forma literarum: quarum vltima communi vtriusque gentis vocabulo Thau appellatur, & quæ prius figuram crucis representabat hoc modo  $\text{✠}$ , Ezdras in hanc  $\text{Θ}$  notam, qua nunc Iudæi vtuntur, transformauit. Fuit igitur (ni fallor) signum Thau scriptum in frontibus eorum qui erepti sunt à ciuitatis deuastatione, figura viuifica crucis, Symbolum humana salutis, & signum redēptionis totius mundi. Cuius quidem signi inscriptione mystice significabatur neminem effugere sempiternæ mortis supplicium, qui non fuerit insignitus: hoc est, qui non habu erit interius impressam fidem crucis, passionis, ac mortis, Christi, qui que exterius in fronte quæ interioris fideliæ, & audaciæ, & constantiæ index est, non genuerit crucem Christi, hoc est, nuda & aperta fronte Christi crucē intrepide prædicans, & omnem gloriam suam in ea reponens, atque vna cum Paulo ad Gala. 6. dicens: *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, &*

Gala. 6.

ego.

ego mundo. In cruce (inquam) illius, qui milites suos his verbis compellat *Matt. 16. Qui vult venire post me abneget semet ipsū, & tollat crucem suam & c. Indicans hac voce neminē posse ingredi in vitam æternam cum Christo, nisi prius in hoc sæculo, per viam tribulationum, Christi præeuntis vestigia sequatur signū crucis Christi, corde ore, manuque præ se ferens. Hoc est illud signū Dei viui, de quo Angelus in Apocalypsi c. 7. exclamat ad Angelos denastates: Nolite nocere terræ & mari neq; arboribus, quo ad vsque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Signum certæ victoria ac triumphi, quo quicumque protectus fuerit, inuisibilium ac visibilium omnium hostium conatus franget, neq; peccatum neque mors neque mundus, neque Satanas, neq; porta inferi præualeant aduersus eum. Hæc quæ dicit Sixtus cōsideratione indigent. Nā quod de mystica significatione dicit crucis per signū Thau designatæ docet D. Hieron. (vt diximus) Ezech 9. Samaritanos iuo tempore, signo Crucis pro Thau fuisse vsos. Et Isidorus Hispalensis Episcopus, qui arbitratus est per Thau significari literam Græcā  $\text{T}$  Taf, quæ figurā Dominicæ passionis repræsentet. Et Origenes qui in homil. de Epiphania Thau literam, fuisse ipsam crucis figuram cōcludit. Cæterum quod de literæ Thau figura antiqua prodit, nescio an sit vsque quaque certum. Nā Bellarminus vir vnde cunque eruditissimus licet tom. 1. controu. lib. 2. c. 7. innuat fuisse instar crucis formam Thau, in suis institutionibus Hebraicis ita de literis Hebræorum tradit: *Vt constat ex vetustissimis Hebræorum numismatis, quæ in ruderibus Ierosolymis, non raro reperiri solent, & Iudæis magno sunt in pretio, aliæ fuerunt vsque ad Esdras figuræ literarum quibus vsi sunt Hebræi, ab ijs quibus nunc vtuntur, quod & Hieronymus in præfatione super libros Regum testatur. Nam vsque ad Esdras, ijdem Samaritanorum & Hebræorum characteres erant. Causa verò mutationis fuit dissidium (vt quidam putant) quod inter vtramque gentem, in Religionis causa exiit. In his Bellarminus cum Sixto conuenit. Cæterum statim subiicit Alphabetum vetus & antiquum, in quo litera Thau crucis non habet figuram: Est enim talis. N. Adducit præterea imaginem sicii Ierosolymitani, quem & vidit B. Arias Montanus cum esset in Concilio Tridentino (vt ipsemet testatur in apparatusuo sacro) in quo literis illis antiquis ex vna parte inscriptum erat, Siclus Israel, ex**

Matt. 16.

Apocal. 7.

D. Hieron.

Origen.

Bellarmin.

D. Hieron.

B. Arias.

altera vero, Hierusalem sancta. Thau ergo non videtur quod erat in forma crucis. Alioqui & in Alphabeto ita apposuisse. Meminitque numismatis illius Moyses Gerundiensis apud B. Ariam, ubi agit de Siclo. Pondus eius erat dimidia uncia argentea medica, quæ fere adæquat pondus quatuor argenteorum, qui apud nostrates vsitati sunt. Habuisse ergo Thau primo formam, crucis, non est omnino certum. Quinimo Ezechielis Thau Aquila & Symachus & Septuaginta, verterunt signum, id enim significat Thau. Et D. Chrysostomus hom. 8. ad populum Antiochenum, per Thau nil aliud, quam indeterminatum signum exponit. Verum est tamen quod Theodotio Thau ultimam literam vertit; et cum D. Hiero. doceat, antiquum Thau, instar fuisse crucis, quo & utebantur suo tempore Samaritani, id vel ob tantum autorem tenendum est. An vero in primarijs Hebræorum literis ante Esdram Mosemque ipsum, in modum crucis Tau fuerit, dubitari posset: sicut & an literæ Samaritanorum essent illæ, quibus primo vsitantur Hebræi. Neque negandum est quomodo eunque Thau in Ezechiele accipiatur, signum fuisse vitale & salutiferum quod ad literalem sensum attinet: quod ad mysticum vero, figuram crucis, Thau in fronte appositum gessisse, siue formam eius habuerit siue non. Ad quod spectat quod Ægyptij veteres, qui sua mysteria Hieroglyphicis patefaciebant, volentes vitam futuram significare, crucis imaginem effingebant, Tertullianusque lib. de perscrip. in hæreticos eos crucis formam gessisse, & in sacris Mythræ frontes signasse, docuit. Cum ergo Thau signum fuerit vitale, merito dicitur signum & figuram extitisse crucis, quæ Hieroglyphicum est vitæ. Nam Ruffin. lib. 2. capitul. 29. & Socrates lib. 5. capitul. 16. & Sozomenus lib. 7. capitul. 15. & Nicephorus lib. 12. ca. 26. & Cassiod. l. 9. capit. 29. narrant, tempore Theodosij Imperatoris literas quasdam Hieroglyphicas in fundamentis templi Serapis Alexandria inuentas quæ instar crucis erant: quarum occasione multi & præcipue ex sacerdotibus Et hnicorum ad Christum conuersi sunt. Ac proinde appositum est signum crucis, in domorum ingressibus & in postibus & fenestris, & parietibus & ubi ubi. Et quidem Christus affixit nobis Taf quod signum est vitæ, & dæmon nigrum præfixit Thita, cum inuidia eius mors.

Aquila  
Symachus.  
D. Chrysof.  
Theodocion.

47

48

49

50

51

mors intrauit in mundum, in cuius Symbolum cinis apponitur frontibus, sed in modum crucis. Vide Cælium Rodig. lib. 10. capitul. 8. qui alia exempla in laudem crucis ex D. Hieronymo & alijs refert & Marfil. Ficinum in lib. de triplici vita.

Cælius.  
Ficinus.

S O L C H R I S T V S I E S V S

S Y M B O L U M . 3 .

52

PRæmissis iam in duo Symbola ceu Proemij vice, vnum nimirum Christi, quatenus Principium dicitur & Finis, & Crucis alterum, à qua omnis scriptura apud fideles incipere solet. Adijciamus & nunc de Christo aliud, deque eius diuina luce. Nam quamuis sint in arcanis literis innumera pene Seruatoris nostri Symbola, à Sole tamen vt a lucis limpidissimo fonte, ad verum iustitiæ solem procedere nunc placuit. Quid enim in materialibus anima carentibus, Christum magis exprimat quam Sol? Sciebat hoc utique Atticus ille Moses, Plato, inquam (sic enim eum vocat Numænius Apamæus Pythagoricus, qui Solem inuisibilem quemdam in mundo posuit, primam Patris imaginem verumque Dei filium. Vnde non immerito D. Aug. dum agit de Dei ciuitate de Platonicis loquens dixerit, paucis demptis esse Christianos. Diuusque Diony. Areopag. 4. de Diui. nomin. Sol, inquit visibilis imago est diuinæ bonitatis. Sed & Homerus Deorum & hominum Patrem Solis nomine vocat. Et in Sacris Matth. 5. capitul. Dei benignitatem & bonitatem extollit eius filius, ex eo quod solem suum super malos & sibi rebelles faciat exoriri. Ex eius quippe absentia damna multa mundo eueniunt, at ex præsentia bona plurima. Pestem ex eius obscuratio ne contrahi autor est Plinius lib. 36. capitul. 27. Qui & lib. 5. capitul. 22. in Cassio monte supra Seleuciam posito apparere & cerni solem quarta vigilia noctis asserit, vt foelicem vel ex hoc possimus dicere montem illum. Est enim authore Ambrosio in Hexam. Sol ipse, oculus mundi, iucunditas diei, coeli pulchritudo, naturæ, gratia, præstantia creaturæ. Quare Tho-

Plato.  
Numerius.  
D. Aug.

D. Diony.

Mat. 5.

Plini. Ous

D. Ambro.

*Thobias.* 5. bias ille senior angelo salutanti respondit, *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo & lumen cæli non video?* Quasi diceret sine lumine nullū. Horsumque illud spectat Nafonis Poeta.

*Onidius.*

*Pronaque cum spectent animantia cætera terram,  
Os homini sublime dedit cælumque videre.*

*Euripides.* 57. Soli nanque inter animantia homini concessum à Deo fuit recto vultu auream illam glebam, quo solem Euripides appellat nomine conspicari. Quod si omne bonum rarum, quid rarius Sole, qui solus est in mundo, & à singularitate & solitudine, ut ita dicam, nomen accepit? Bene equidem Alexander magnus ad Darium dixit, Nec mundum duospati Soles, nec duos summa regna. Tanta si quidem vel vnus Solis est in agendo præstantia, in hæc omnia sublunaria, ut sit eius absentia interdum necessaria. Qua propter Hypponi Philosopho in fabula, quam Græce panoptæ, prænotauit, cælum sicut furnus videbatur, homines autem ut carbones. Quantum que aberrarint à vero illi, qui, iuxta Plinium lib. 2. capitu. 1. mundos esse infinitos asseriebant vel ex dictis solum patet. Solus est in orbe vnus Sol, sicut nec duos iustitiæ Soles, sed vnum docet sacra Scriptura Messiam. Multoque magis aberrarunt qui Soli tribuebant diuinos honores, quod satis Collossus ille Rhodiensis testabatur, qui vnum ex septem Orbis mirabilibus erat. Ne in hunc prolaberentur errorem illi, qui videbant sine Sole & Luna non germinare terram, quarto die facta fuisse solem & Lunam S. Seuerianus & D. Chryso. 59. in Genes. tradidere. Verum obscuratum est insipiens eorum, adeo ut Athenienses teste D. Augusti. libr. 8. de ciuita. Dei damnarint Anaxagoram, quod solem negaret esse Deū aut aliqui d animatum. Arbitrabatur autem solem esse ferrum candefactum, atque ita omnia ex eo gigni conformari que affirmabat. At laude valde dignus est Socrates, qui apud Xenophontem reprehendit eos, qui solem dixere Deum, lumenque eius & formam ad Deum refert, a quo omnis eius & lunæ potestas habuit ortum. Quid quod & Hebræi cæciores cæcis in hunc etiam inciderunt errorem, ut inferius ostendemus.

Hæc.

62. Hæc ideo a nobis præfata sunt, ut non immerito in sacris Christum Hieroglyphico exprimi solis intelligat vnusquisque. Sol est vnus, & vnus est Deus. Fons est luminis, sed Deus altioris illabitur corporibus, Deus mentibus. *Non est qui se abscondat à calore eius.* Et efficacissimo influxu, ut & Dei manus nihil prorsus effugere potest. In tenebris lucet, sed non in tenebris mentis. Solamen est corporis, sed non spiritus spiritale solamen. Calefacit profecto, sed non diuino calore. Similes sunt denique sol & Deus: sed non sunt idem. Verus sol non est visibilis oculis corporeis, sed inuisibilis. Perque attributionem & analogiam, ut Theologi loquuntur, ad verum iustitiæ solem qui Christus & Deus est: sol appellatur & est. Solus enim Deus sol per essentiam est, nam solus per essentiam solus est. Producit profecto sol, sed ut causa secunda, verus vero sol, ut causa prima. Et quidem cæci illi Ethnici pro concilianda sibi principum amicitia, vana prorsus superstitione Solem salutabant, ut refert in suis de Sole Hieroglyphicis Pierius) nos autem vera religione pro concilianda eius benignitate supplices ad Christum conuertamur. Heliotropium sane & lupinum cum sole circumagi scribit Plinius, & Heliotropium nocte cæruleos contrahere colores, syderis desiderio. Rationemque motus huius reddit Raymundus Lull. Cyclopediæ autor, in sua illius scientiæ generalis arbore. Ea vero est, quoniam, scilicet, a sole virtutem accipiunt, obid que ad solem cōuoluuntur. Cæterum quamuis hoc ita sit, materialis sol, non ad Heliotropium ad se conuersum conuertitur, secus ille sol diuinus Christus, qui si conuertatur ad illum, ipse & ad nos conuertetur. Nostra ergo iam ab illo & ad illum incipiat & conuertatur Oratio, simulque cum Ecclesia canamus.

*Psal. 18.*

*Pierius.*

*Plinius.*

*Raymund. Lull.*

*Splendor paterna gloria,  
De luce lucem proferens  
Lux lucis & fons luminis  
Dies diem illuminans:  
Verusque Sol illabere  
Micans nitore perpeti,  
Iubarque sancti Spiritus*

O

4

In

*Infunde nostris sensibus.*

Christum igitur in arcano & recondito sacrae scripturae sermo-  
ne saepe solem dici, docet Maximus doctor Maximus sanc-  
tus, & sacerdos Maximus Gregorius in octavo suorum Mo-  
ralium libro. Potiori quippe iure Trismegistum nuncupabo  
sacrum hunc Ecclesiae magistrum, quam Mercurium Aegy-  
ptiacum. Colligit autem Symbolum hoc ex illo Malach. 4. *Vo-  
bis timentibus nomen meum, orietur sol iustitiae.* Vbi ad litteram si-  
ne controversia, ni fallor, loquitur de Christo propheta. Aliud  
testimonium adducit ex Sapien. capitul. 5. vbi in persona  
reprobatorum in iudicio astantium dicitur: *Ergo errauimus a  
via veritatis, & iustitiae lumen non luxit nobis, & Sol intelligenti-  
ae non est ortus nobis.* Aliam huius loci inferius adducemus ex-  
plicationem. Affert & Diuus ille locum ex Apocalyp. capi-  
tul. 12. qui nisi de Christo recte non poterit intelligi. *Signum  
magnum* (ait Ioannes, *apparuit in caelo, mulier amicta Sole, &  
luna sub pedibus eius.* Ecce Symbolum magnum. Quo loco haud  
dubium, quin Spiritus sanctus, mulierem appellet Eccle-  
siam, vt etiam Patriarcha noster Bernardus, qui mystice lo-  
cum hunc cum plerisque Patribus declarat de virgine ma-  
tre, non obscure insinuat. Solem vero ibi Christum significa-  
re, Sole ipso clarius est. Amicit quippe sol ille sponsam suam  
Ecclesiam, sua potentia & lumine sicut vestimento: vt eo-  
dem colore & vestitu, vt sic loquar, ad nuptias prodeant a-  
micti, in signum amoris mutui, sponsus atque sponsa simul.  
Est & in Psalm. 83. Deus ipse vocatus a Dauide Sol. Qui ait  
*Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in taber-  
naculis peccatorum.* Id est, melius mihi reputo infimum locum  
in templo tenere, vel csterij munus exercere, quam in  
splendidis peccatorum hominum palatijs, in delicijs com-  
morari. Et rationem reddit. Quia misericordiam & verita-  
tem diligit Deus. Vbi Hebraea, secundum Iansenium &  
Christophorum de sancto Antonio in suo triumpho Christi,  
sic habent. *Quia Sol & scutum Dominus, Habitantibus vide-  
licet in domo eius.* Splendore namque fauoris sui illuminat  
Deus Ecclesiam, & brachio suae potentiae protegit eam. Vt  
sol illustrat & lucet, vt scutum fouet & protegit. Fortasse &  
hoc est illud quod Regius vates cecinit psalm. 44. de nuptijs  
veri

72 veri Salomonis agens. *Astitit, ait Dauid ad sponsum, Regi-  
na a dextris tuis, in vestitu deaurato circumdata varietate.* Post  
quam enim sponsum, speciosum accinctumque ense suae  
potentiae, depinxerat, Est quippe murus & antemurale spon-  
sae ipsi, ad dexteram eius securam ponit eam, veste varia &  
deaurata circum amictam, vt lumen & doctrinam vere aure-  
am, lucidioremque super aurum demonstrat diuinus vates  
73 Christi. Sole itaque vidit Ioannes sponsam exornatam, viro  
scilicet, suo Christo. Sic & c. 21. Apocalyp. de Ecclesia trium-  
phante loquens ait: *Et ciuitas non eget Sole, neque Luna, vt luceat  
in ea, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est ag-  
nus, Id est, Christus immolatus vt agnus, qui est verus Sol ius-  
titiae, Hierusalem infernam illuminans & supernam: inferio-  
rem quidem sub obscuro fidei lumine & aenigmatico siue spe-  
74 culari, superiorem vero clara, & permanenti solarique luce  
& faciali. Et apud eundem Ioannem capitul. 6. legis, Solem  
scilicet, Christum factum esse nigrum, vt Saccum cilici-  
num, in cordibus nimirum fidelium ob durissimam Diocletia-  
ni & Maximiani, vel alterius cuiuspiam tyranni persecutio-  
nem, Lunamque, nempe, Sponsam Ecclesiam in sanguine  
75 conuersam ob martyres pro Christo passos. Sed & de Sole iusti-  
tiae exponi potest coelisque mysticis psalm. 18. vbi Dauid ait:  
*In Sole posuit tabernaculum suum & c. Et ipse tanquam sponsus pro-  
cedens de Thalamo suo & c.* Scio non paucos antiquorum Patrum  
& interpretum, psalmum illum de caelis materialibus eo-  
rumque ratione, de solisque cursu, deque continua dierum  
& noctium alternata successione interpretari. Illudque, A  
76 summo caelo egressio eius & c. Orientem & Occidentem sig-  
nificare B. Arias prodit. Estque profecto verosimillima, nec  
reiicienda sed amplectenda expositio haec literalis. Verum  
an de Christo ad litteram Psalmus exponi possit perscrute-  
mur. De aduentu, scilicet, eius seu natiuitate, & resurrectio-  
ne & ascensione, & missione Spiritus sancti & de Apostolo-  
rum praedicatione: Nam Apostolus illud. *In omnem terram e-  
77 xiiuit sonus eorum & c.* Ad ipsos refert. Et quidem iuxta doctri-  
nam S. Clement. Alexand. lib. 6. Stromat. ) prophetiae sepe  
videntur aliorum spectare, quam quo praecipue tendunt, ne  
vt & alij Patres docent, ab Hebraeis perfidis abolerentur. Ve-  
rum*

*Psal. 44.*

*Apocal. 21.*

*Apocal. 6.*

*Psal. 18.*

*B. Arias.*

*S. Clemens.*

rum tamen si ita se res habeat, declinare solet scriptura potius in partem amplectendam. Singula igitur videamus. *Celi enarrant &c.* Hoc tamen ad materiales coelos gloriam Dei sua pulchritudine & varietate enarrantes, quam ad Natalem Christi angelicosque in eo catus flecti potest. *Et opera manuum eius &c.* Stellis firmamenti, & Magorum stellae accommodari potest. Dies diei eructat verbum &c. De gloria Dei & sapientia quam dierum & noctium alternatio demonstrat, cum ordinatione Dei perseveret, dies psal. 118. poterit exponi, quadratque successioni temporis novi testamenti, quod in veteri fuit praedictum, sicut in nouo adimpletum fuit. *Non sunt loquela neque sermones quorum non audiantur voces eorum.* Conuenit & caelis & missioni Spiritus sancti in Apostolos in linguis igneis. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra, verba eorum* De Apostolis exponit Apostolus, & tonitruis, caelorumque vocibus apparet consentaneum. Sed vide ne de harmonia illa Pythagorica intelligas. *In Sole posuit tabernaculum suum, & ipse &c.* Optime accommodatur hoc Soli diuino Verbo scilicet aeterno. Quid enim? An de visibili ita apte explicari poterit, quod posuit in Sole tabernaculum suum. Quis posuit tabernaculum suum? si aliquis nostram in hac parte modofententiam desiderare velit, huic proculdubio aptissime respondebimus) Diuinus profecto sol cum ad caelos ascendit, velut in sole posuit Ecclesiam suam id est, in omni quod percurrit Sol. Non sic est in Hebraeo inquit, sed, *Soli posuit tabernaculum suum in eis.* Negari istud quamuis non possit, concedendum est ab homine pio & catholico recte vulgatam nostram habere, *In Sole posuit tabernaculum suum.* Iuxta quam lectionem non ita facile de sole visibili explicatur ponente tabernaculum suum in caelis Deo, illi. Videntur Rabbini legere, ut adnotauit Leo Castrensis in Apologetico, pro basemes, id est, in sole, lasemes, quod quidem quamuis in sole interpretatur, significat etiam soli. Deinde loco Bo, quod significat suum, vel ipsi, vnam mutantem literam alteramque addentes legunt Bahem, id est, in ipsis, vel ex ignorantia sua, vel, malitia. Quid ergo, adharendum potius lectio ni Septuaginta, secundum quam proprius de Christo videtur interpretandum. S. Augustinus putat hoc loco sicut & psalm.

Psal. 118.

Rom. 10.

Leo Castre.

S. August.  
Psal. 44.

- 83 44. agi de nuptijs Verbi diuini cum humana natura, sic ut Thalamus vterus fuerit virginalis. Et in Tractat. 8. super Ioan nem capitul. 2. docet idem. Libr. item. 2. contra literas Petilianus Donatistae capitul. 32. referens illa verba, *Et ipse tanquam sponsus &c.* Sic exponit. *Ecce habes aduentum Domini in carnem, in illis scilicet verbis, & ipse tanquam sponsus &c.* Et occursum eius usque ad summum eius. *Ecce habes resurrectionem & ascensionem. Nec est qui se abscondat a calore eius. Ecce habes aduentum Spiritus sancti, quem in linguis igneis misit. Hoc vero vltimum est, quod praedixit Ioel dicens: Effundam Spiritum meum super omnem carnem. Quod est dicere. Non est qui se abscondat a calore eius.* Sanctus etiam Hieronymus hunc enarrans locum sic ait. *Sponsus Verbum Patris est, sponsa caro humana, cum qua de Thalamo processit, id est, de vtero virginis.* Diuus item Iustinus martyr aduersus Tryphonem declarat, ut D. Augustinus hunc locum Et S. Irenaeus martyr ita inquit: *A summo calo egressio eius &c. Quoniam illuc assumptus est vnde & descendit, & non est qui iustum eius iudicium fugiat.* Sic & Origenes exponit de Christo, in quo posita est Ecclesia in Apologia ad Pamphilum martyrem cuius verba inferius videbis, in Symbolo, Sol Ecclesiae nouae status. Et sic intelligit in Sole posuisse Deum tabernaculum suum. Et D. Hieronymus Osee. 6. Christum Solem vocat de eoque hoc intelligi dicit, secundum tropologiam seu tropologicum sermonem. Et D. Chrysostomus tomo. 1. in homilia super illud Zachariae. 6. Ecce vir &c. Solem vocat diuinitatem Christi, & ipsam Christum, de quo & locum exponit. Sic & Christophorus de sancto Antonio in triumpho Christi locum explicat, iuxta lectionem Hebraicam *Soli posuit tabernaculum suum*, Christo, scilicet, Mariam. Beda re & in nomine venerabilis in homilia super missus est, dum enarrat illud, *Et quod nascetur ex te sanctum*, inter alia, sic ait: *Possumus sane in eo quod dicitur: Et virtus altissimi obumbrabit tibi, altius quiddam de sacramento Dominicae incarnationis intelligere. Obumbrari enim nobis dicimus, cum feruente meridiano Sole, vel arborem mediam, vel aliud quodlibet vmbraculi genus inter nos & Solem opponimus, quo intolerabilem ardorem eius vel lucem multo tolerabiliorum*

D. Hieron.

D. Iustin.

Origen.

D. Hieron.

D. Chrysof.

Christophorus de S.

Ant.

Beda.

rem reddamus. Redemptor ergo noster non immerito Solis luce vel ardore designatur, qui nos veritatis scientia illustrat, & amore inflammat. Unde ipse per prophetam dicit: *Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. Cuius, scilicet, Solis radios beata Virgo suscepit, quando Dominum concepit. Sed idem Sol, idest, diuinitas Redemptoris nostri, tegmine se humanæ naturæ, quasi umbraculo quodam obtexit, quo mediante, virginis eum viscera ferre sufficerent. Sicque virtus Altissimi obumbravit ei, dum diuina Christi potentia, & eam presentialiter implevit, & vt capi ab illa posset, substantia se nostræ fragilitatis obnubilauit. Hæc ille. Ex quibus vt verbum diuinum & Christus Sol vocetur ab Luca sancto, vel potius ab Angelo manifestum est. Conuenitque doctrina hæc altissima Bedæ cum articulo illo fidei, quo credimus & confitemur Christum virtute conceptum Spiritus sancti. Idem enim est virtutem altissimi obumbrasse Virgini, quod altissimi spiritus virtute concepisse. Diuus Hieronymus in expositione Catholice fidei negat Spiritum sanctum fuisse pro femine, sed eius potentia corpus efformatum Christi, id quod fuit obumbrare spiritum virgini. At D. Chrysostomus super Matthæum & D. Damascenus. 3. li. de finiunt velut semen se habuisse spiritum, non quidem vt transmutabile semen est, sed vt virtutem habet actiuam. De quo videndus est D. Thomas tertia parte quæst. 32. articul. 2. ad. 2. Sufficit ergo Spiritus sanctus virtutem actiuam feminis paterni & hoc iuxta hanc expositionem fuit obumbrare spiritum Virgini. Et quidem in ea, vt dicit Scotus D. 3. quæst. primo libro tertio litera G. fuit etiam in conceptione sanctificatio eius, quam ex sancta fecit magis sanctam extincta omni libidine dicente Angelo Lucæ. 1. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Sic eum refert Quandus in tertia dict. quarto proposit. secunda & addit. *Sub umbrare refrigerantur homines ne exstuent flante spiritu, idest, vento, ita superueniente spiritu extincta fuit omnis libido in conceptu filij Dei.* Hæc ille. Non præcesserat quod extingui posset in Virgine: ac proinde improprie dicit extinctam fuisse libidinem, & refrigeratam innuit. Sensus genuinus illius loci est iam adductus ex Patribus. Aiebat *Sanctissima Virgo: Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?* Respondit Angelus *vir-*  
*tuem**

D. Chriſto.

D. Damas.

D. Thoma.

Scotus.

Quandus.

- tutem altissimi eam protecturam & adiuturam, & vice viri  
 94. Spiritum sanctum in eam superuenturum, & ita sine viri opera concepturam ex Spiritu sancto. Obumbrare autem in sacro sermone communiter protegere significat, vel ea quæ ad id spectant, vt umbra & umbraculum. *Sub umbra ergo illius quem desiderauerat Virgo sedit, & fructus eius fuit dulcis gutturi suo.* Sed iam progrediamur ulterius. *Exultauit vt gigas. Quadrat. & Soli materiali & Christopotissimum, qui geminæ gigas est substantiæ, estque fructus terræ sublimis, terræ inquam illius, quæ dedit fructum suum, cum veritas de illa orta est psalmi. 84. A summo cælo egressio eius.* Soli visibili non ita apte videtur conuenire atque Christo sensu iam prædicto. Nec oportet literam adinuenire nouam talem. *Ab extremo cælorum egressio eius, & reuolutio eius super extrema eorum.* Sed iuxta Vulgatam editionem potest de Sole finito interpretari. *Non sunt loquelæ &c. de Apostolis communiter intelligitur, quamuis & ad cælos valeat referri. Maxime que iuxta lectionem illam. Nū sunt sermo & non verba, vt non sit audita vox eorum.* Verum enim vero quicquid sit de varijs translationibus istis, alijsque, quæ à nobis poterant adduci, non abiicienda, imo exosculanda est, expositio & lectio communis: secundum quam inter præfatos Patres conuenit nomen Solis maxime Christo, sponfi que similitudo aptatur optime. Neque per similitudinem solum videtur Paulus vti Roman. 10. versu illo: *In omnem terram &c. Sol itaque Christus est.*

Psalm. 84.

O R I E N S D I C I T V R  
 (Christus.)

S Y M B O L V M . 4 .

98. Habet & Christus cum Oriente similitudinem cum in sacro arcano sermone Oriens ad literam Christum non semel significet. De Orientis præstantia proinde præfatur aliquid, quo quam Christo conueniat Orientis nomen Lector intelligat. Marcus Varro sexto linguæ Latinæ fragmentum.

**Marcus.**  
**Varro.**

mento, orbis quem templum dictum dicit, ita constituit partes, ut ab oriente sinistra sit, & ab occasu dextra, ad meridiem antica, & demum ad septentrionem postica. Id quod & Plinius amplexatur cum ait, errantia sidera contrarium mundo agere cursum, id est, laeuum, semper illo in dextram præcipiti. Quæ observatio à disciplina profuxit. Thuscorum, sed

**Alcinous.**

quam etiam Alcinous probat in libr. de Platonis doctrina, quod mirum est. In Græcorum monumentis adnotatum Cælio est Ludouico, in suis lectionibus antiquis, morem sacrificandi seruatum diu, ut circumcurrerent aras, cursum auspiciati à laeuo dextrorsum Zodiaci quadam imagine, cuius motio sit mundo diuersa ad exortum vergens: mox vero ab dextris laeuorsum procurerent, quo motu cælum rotari manifestum est. Hanc autem scientissimorum esse sententiam, as-

**Cælius**  
**Rodig.**

tipulatur magnus autor Galenus, apud quem ita inuenies. Pythagoras, inquit, & Plato, mundi dextras ad ortum esse partes dixerunt, à quibus sit principium motus, sinistras vero occiduas: Empedocles autem, dextras quidem in Tropicum æstiuum, & sinistras in Hibernum reijcit. Et Titus Li-

**Galenus.**

nius ab vrbe condita primo, Augurum scientia dexas ad meridiem partes statuit, ad septentrionem sinistras. Hæc est ergo sententia receptor & verosimilior, Orientem esse dextram cæli. Quod idem adduximus ut intelligatur inibi maiorem esse virtutem & efficaciam Solis quam in Occidente. Ac propterea multa illic proueniunt, quæ in alijs orbis partibus nusquam comperiuntur: cuiusmodi sunt gemmæ, aromata, & id genus plura, quæ ampliorem expetunt caloris copiam, ut sunt leones, tygrides, & elephanti, quæ omnia in locis Australibus frequentia sunt. Quin & crySTALLUM esse quidem ex aqua concretum pura, sed, vi diuini caloris, Diodorus scribit. Cuius potestate etiam, varietas sit colorum, & saporum constipatio, cum calor constipet, siccitasque comprimat, & splendor illuminet. Hinc pauonum in Babylonia distinctior picturatis pennis (Cælius inquit) grata diuersitas, ob id que in Syria parte sunt psitaci, Porphyrones & Meleagrides. Ex his quæ dantenus Orientis excellentia inter alias mundi partes constare arbitror. Verum ex doctrina D. Ioan. Damasc. lib. 4. capitul. 23. id ipsum elucescit magis. Quo loco ita in-

**Diodo.**

quit.

**D. Damasc.**

quit.

quit, *Multa absque scripto ex Apostolorum traditione ad nostram usque tempora deriuata sunt. Nō enim fortuito ad Orientem adoramus: sed quia ex visibili & inuisibili, id est, intellectuali, & sensibili natura conflati sumus, duplicē cōditori nostro offerimus adorationē. Nā ut mēte psallimus, sic & labijs, & baptizamur aqua & spiritu. Et dupliciter Domino unimur, mysterijs participant, scilicet, Eucharistia & gratia spiritus. Quia igitur Deus est lux intelligibilis, & Sol iustitiæ, & Oriens in scripturis nominatur Christus, dicandus est illi Oriens ad adorationem. Nam magis bonum Deo tribuendum, qui omne bonum benigne largitur. Dicit enim David: Regna terræ cantate Deo, psallite Domino, qui ascendit supra cælum cæli ad orientem. Et quia dicit scriptura: Plantauit Deus paradysum in Eden ad Orientem, ubi hominem, quem plasmanit posuit, quem transgredientem exilio multauit, & è regione paradisi voluptatis ipsum habitare fecit, Occidentem versus videlicet. Antiquam igitur patriam requirentes, & ad ipsam suspirantes Deum adoramus. Et Moisaicum tabernaculum ad Orientem habebat velum & propiciatorium & tribus Iuda, ut honorabilissima ad Orientem castra ponebat, & in Salomonis templo, porta Domini ad Orientem sita erat. Et Christus crucifixus, ad Orientem respiciebat, & sic adoramus ad ipsum suspirantes. Et assumptus in cælum ad Orientem ferebatur, & sic ipsum Apostoli adorauerunt. Et sic veniet, quem admodum intuebantur in cælum euntem eum, ut angeli dixerunt ad Apostolos. Et ipse Dominus dixit: Quæmadmodum fulgur egreditur ab Oriente, & peruenit usque ad Occidentem, sic erit aduentus filij hominis. Ipsum igitur expectantes ad Orientem adoramus. Vides ergo ex D. Damasceno, quanto sit præstantior Oriens cæteris alijs mundi partibus, quippe qui pars dextra & anterior mundi (quicquid Varro, Plinius, Thufci, & Alcinous teneant) & versus quem debeamus adorare, & ad quem summus agricola Deus suum placidum hortum, inibique hominem primum constituerit. Diuus etiā August. tom. 4. de sermone Domini in monte lib. 2. capitul. 9. Alcinous rationem reddit, quare ad Orientem oremus, ab ea quam ex D. Ioanne Damasc. retulimus haud dissidentem. Oriēs itaque Christus in sacra pagina proprie dicitur, quod præse fert nostrum Symbolum. Rationes huius arcani nominis mysticas & morales aliunde peterelicebit, nobis ex sacris id probasse literis sufficiat. Et in primis senior ille & antiquior propheta Zacharias*

**Psal. 67.**

**Leuit. 1.**

**Num. 2.**

**3. Reg. 7.**

**Actuum. 1.**

**Matth. 24.**

**Varro.**

**Plinius.**

**Alcinous.**

**Genes. 3.**

**D. Aug.**

**D. Damasc.**

**Zacharias**

**rias**



D. Hieron.

D. Crisost.

Esaia. 7.

riascapitul. 6. sic inquit: *Ecce vir, Oriens nomen eius.* Quem locum Chaldaus Paraphrastes de Christo exponit, Hebraei vero de Zorobabele, vt admonet D. Hieronymus. Quod vero de Christo Domino debeat intelligi, praterquam quod Ecclesia Latina id insinuare videtur dum in Antiphonis aduentus, *O Oriens splendor &c.* Canit Christo, & Ecclesia Græca, vt S. Chry. to. i. in homilia quam de hoc loco Zachariæ posteris reliquit commemorare visus est, dum dixit: Sicut modo hos versiculos ex contextione prophetiæ eius scilicet Zachariæ, vna modulatione cecinimus dicentes: *O Oriens de Oriente.* Sed audiamus Chrysofostomum circa prædictum locum talia concionantem. Oriens inquit, *Venit vt sibi adoratores in spiritu & veritate confirmaret.* Iste ergo Oriens nomen eius. *Quaquam non fuit sine nomine & non qualicumque nomine, sed illud nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.* Oriens ergo nomen eius. *Magnum beneficium, singulare donum, sequestratum munus vt donaretur nobis vnde beneficium obuenerit nobis. Quale nomen Oriens? Delectabile, dulce, suauē. Hoc semper appetamus, vt conuersi ab occidente, intenti ad Orientem agnoscamus Deum omnipotentem.* Subsequitur versiculus dicens: *Sub umbra eius orietur Sol.* Et vere sub umbra eius, orta est claritas diuinitatis eius, qui in sole posuit tabernaculum suum. *Quia lux venit in mundum, radiant mentibus nostris obscuris, declarata sunt terra, manifesta sunt occulta, tenebrosa aperta vt lux oriretur nobis. Quia qui sedebamus in tenebris & umbra mortis, lux orta est nobis.* Sol iste non est nubilosus, nec obtectus, non ascendens & descendens: sed ille Sol iustitiæ, qui totum cardinem mundi aduentu suo splendificauit. *Quid aliud egit, nisi vt Patri & sibi faceret populum peculiarem, dato pignore Spiritus sancti, qui est pignus hereditatis nostræ, vt ad instar hereditatis illius, & odoris non aromatici, sed pietatis; non transitorij, sed æterni, perduceret nos ad thuribulum illud, quo Isaias perductus est propheta &c.* Atque in ferius paulo dicit idem Diuus. *Dicit Zacharias. Ecce vir, oriens nomen eius: sub umbra eius orietur sol, ipse veniet ad saluandum populum suum.* Dicit propheta Isaias, *Ecce virgo in utero concipiet & pariet filium. Vterque vnum dixerunt quia*

quia de vnico loquuti sunt. Hucusque D. Chrysofostomus. Quem ad longum referre placuit, quoniam visum est ad nostrum facere institutum. Verum id ipsum ex sacris prosequamur. Recentior ille Zacharias Baptistæ pater, sic apud D. Lucam cecinit, postquam Deus suæ linguæ habenas soluit. *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto.* Vbi vocat Orientem Christum Dominum. Et aduertit rectè Theophylactus Orientem ibidem, vt nomen accipi, & non vt participiū. Anatoli etenim nomē est, & non participium. Sic & apud prædictum vetustiore Zachariam, Oriens sumitur. Quo loco adnotare oportet, D. Hieronymum docere, septuaginta interpretes, verbum Semach, siue, Zamach in Orientem translulisse, verosimilius tamen videtur, illos Zachariam, quod Orientem proprie significat legisse. Nam Samach & germen dicitur. Vnde Ludouicus Legionensis lib. i. de nominibus Christi nomine primo ita habet: *Primum nomen iuxta Castellam linguam sonabit Pimpollo, quod in originali lingua est Cemah, & textus Latinus sacre Scripturæ aliquando vertit pro eo, Germen, quandoq; vero, Oriens.* Adducitq; locū illū ex Isaia. c. 4. *In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis, Et illud ex Ieremie cap. 33. In diebus illis & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ, & faciet iudicium & iustitiā in terra.* Et de Zachar. 3. *Ecce ego adducam seruum meū Orientem.* Et ex cap. 6. id quod modo explicabamus, *Ecce vir Oriens nomē eius.* In istis ergo locis Christus vocatur Semach, siue, Cemah quod potest interpretari Oriens. Primumq; ille ex Isaiā locus de Zorobabele, intelligi nō potest, cū Chaldaicus textus pro Zamach, siue, Cemah legit Mesias: Tū etiā, quoniam si Nehemiæ & Esdræ volumina verset quis nō inueniet feliciter illam germinis, & status populi Iudaici, sed laboribus & contradictione plena omnia fecit. Quare de Christo locus intelligitur, & nō de Zorobabele, sicut & de illo Zacharia. 3. & 6. dicere debemus. Necnon de illo Ieremiæ. 33. vbi sermo ad literā est de Christo, qui vocatur germen iustitiæ, quæ nō semel ei attribuitur in sacris literis: & præcipue Psalm. 71. qui proculdubio ad literam etiā est de Christo. Ob idq; (omissis alijs rationibus) vocatur Christus in sermone sacro iustus antonomasticos. Sed ad locum Lucæ reuertamur, propterea

D. Chryf.

Lucæ. 2.

Theophyl.

D. Hiero.

Ludouic.  
Legionen.

Isaia. 4.

Ierem. 33.

Zacha. 6.  
Zacha. 6.

Psalm. 71.

P Zacha

Zacharias ille, ex alto, inquit nos visitasse Christū, vt intelligeremus de ortu Solis iustitiæ illū locutū, qui nobis in tenebris illuxit. Vnde Theophylatus vmbra vocat ignorantiam, additurq; mortis, vt ignorantiam mortiferā nos habuisse antea agnosceremus. Consentit & Theophylasto *D. Athanasius* in sermone in illa verba, *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo, &c.* dum explicat versum illum, *Hæc est dies quam fecit Dñs, &c.* Sanctus itē *Cyrillus* in fine lib. 9. in Leuiticū illum locū enarrans, ab Oriete tibi propitiatio venit, ita inquit: *Inde est enim vir, cui Oriens nomen est. Qui mediator Dei & hominum factus est.* Inuitaris ergo per hoc, vt ad Orientem semper respicias. Vnde semper tibi lumē nascitur, vt nunquā in tenebris ambules, nec dies ille nouissimus te in tenebris comprehendat. Sed & huc spectat quod *Origenes* hom. 15. in c. 13. Leuitici docet, nimirum quod ante aduentum Domini Israelitis nō oriebatur Sol, sed lucernæ lumine Deus utebatur erga illos. Quæ lucerna lex erat, de qua *Psal. 118.* *Lucerna pedibus meis, verbum tuum.* At post quā sol iustitiæ ortus est, & ille vir de quo scriptū est, *Ecce vir Oriens nomen eius,* per orbem totum scientiæ lumen diffusum est. Quod & ad literam cecinit, sponsa in Salomonis epithalamio cap. 1. ad Sponsum dicens: *Oleum effusum nomen tuū,* Vbi nomen clarum cum laude notitiam denotare arbitror, se eundū illud Sapiētis: *Melius est bonū nomen, quā diuitiæ multæ.* Audire tamen iuuat de hoc, corpore quidem cæcum, sed mentis oculos plusquam lynceos habentem, *Didymus Alexandrinum* qui lib. 1. de Spiritu sancto, sic scriptum posteris reliquit: *Vt vnguentum (inquit) quod vase continetur, habet quidem odoris substantiam, sed prohibetur longius spargi, quia vase intrinsecus clauditur: cū autē vas fuerit effusum foras, emittit procul benevolentiam suam: ita Christi nomen bene olens ante aduentum eius, in solo Israelis populo versabatur, quasi Iudææ vase inclusum. Notus enim, ait, in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Quando autem coruscans in carne Saluator in vniuersam terram quin potius in omnem creaturam extendit vocabulum suum impleto eo quod scriptum est, Psalmo. 8. *Quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra, tunc completum est, vnguentum effusum nomen tuū.* Hæc *Didimus ille Alexandrinus*, De quo & nos inferius, cum de statu Ecclesiæ agemus aliquid (donante Deo)*

ap-

apponemus. Non me præterit Iansenium in sua concordia dunt illud Zachariæ iunioris ex Luca pertractat, scilicet. *Visitan i nos oriens in alto*, ob verbū illud *Tiemach*, quod germē significat, vt diximus asserere patrē Baptistæ potius ad illud *Malachia. 4.* *Vobis nēpe timentibus nomen tuū orietur sol iustitiæ*, & ad illud *Isai. 60.* *Superte Ierusalē orietur Dñs*, respexisse, quā ad illud, *Ecce vir Oriens nomen eius ex Zachariæ cap. 6.* & ad illud, *ecce ego adducā seruum meū orientem.* Verū ex dictis iam verita scōstat de Christo præter sanctos præfatos, exponit etiā *D. Grego.* illud ex c. 6. lib. 20. *Moral. c. 22.* & *Rabbanus* in 24. cap. *Ecclesiast.* & *Rupertus* in *Zachariam* lib. 2. qui soli Christo hoc nomen Oriētis conuenire dicit, cū Sol sit, qui semper oritur & nunquā est in occasu: oriturq; magis cum occidere visus est, scilicet, in morte. Quorū sententiā magis libuit amplecti, quā interlinearis & aliorū, qui de *Zorobabele* explicāt, quia de humili captiuo in ducem populi consurrexit.

## S P L E N D O R, L V X, L V M E N,

& Speculum Christus.

## S Y M B O L V M. 5.

**A** Nnectamus & hoc superiori Symbolo, canonemq; ad similia generalem & certum statuamus. Solet scriptura sacra, à rebus tota natura præstantissimis, amplitudinem & foelicitatem Ecclesiæ designare. Et quoniam inter res conditas astra cælis micantia, mortalium animos suspēfos tenent, & in sui admirationem rapiunt, interdum sponsi præstantiam, eius admirabiles effectus gratiæ, astris assimilant, luci, splendori, speculo & lumini, quod inter alia pulcherrima hæc & venustissima indicentur. Exēpla sunt huiusce rei quā plurima. *Tunc* (inquit Dñs *Matth. 13.* *fulgebunt iusti sicut Sol.* Et *Daniel. 2.* cū agitur de iustitia piorū hominū & foelicitate ad eam consequente, *qui ad iustitiā* (ait *Daniel*) *erudiunt multos fulgebūt sicut Sol in perpetuas æternitates.* Sic & *Sap. 3.* *Fulgebūt iusti, & tanquā scintillæ, in arūdineto discurrunt.* Quamuis hoc & ad vitā illorum exēplis miris plenam accōmodari possit. Sūt enim lux mundi per bona opera aliosque alioqui segnes & vè cordes ad bona accēdūt opera, tāquā scintillæ ab vno in aliud

P 2

heroi

heroicum opus discurrentes in arundinetis illorum. Non im-  
 merito quippe homines parum in bono constantes, cum per do-  
 etram & exempla iustorum in vera fide, & viua confirmantur & stabi-  
 liuntur: arundinetis, quod per ignita eorum verba & exempla infla-  
 matum in opera se exerit admiranda, comparatur. Vt ut sit, status  
 iustorum illo in loco a sapiente fulgore & scintillis hinc inde di-  
 scurrentibus assimilatur. Et Paul. 1. Corint. 15. de gradibus fo-  
 licitatis piorum hominum agens, aiebat. *Alia claritas stellarum, alia  
 claritas solis, & alia claritas lune. Stella enim ab stella differt in cla-  
 ritate. Sic & resurrectio mortuorum.* Non enim omnes ad eam glo-  
 riam resurgent gradum, quamuis obiective (ut scholasticè loqua-  
 mur) eadem sit omnium gloria: sed gratiae in qua animam egit, glo-  
 ria correspondebit, dicentibus id cum D. Tho. Theologis omni-  
 bus. Christus quoque, ut principium, fons & origo totius spirita-  
 lis luminis, lux & lumen non semel in sacro eloquio dicitur, ut  
 vel ex solo primo Iohannis capite satis patet. Sed & discipulos  
 mundi lucem appellavit. Deumque Isai. ca. 3. Lumen vocat di-  
 cens: *Et erit lumen Israel in igne.* Quod equidem de ducatu Dei  
 per allusionem ad columnam ignis, vel de adventu Spiritus sancti  
 in linguis igneis poterit intelligi. Sanctus ite Simeon cecinit:  
*Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel,* de  
 Christoloquens. Quem Paulus ad Heb. 1. *Splendor gloriae pa-  
 ternae, & imaginem substantiae eius,* nuncupavit. Et sapiens de bea-  
 titudine eius substantialique similitudine agens, *Cantor,* inquit,  
*Lucis aeternae speculum sine macula.* Est enim lux de luce & lumen  
 de lumine, Deusque verus de Deo vero. Ut speculum autem in  
 quod omnes aspiceret debemus per imitationem paravimus Pa-  
 ter Christum ante faciem omnium populorum, ut qui volet, ex eo  
 proficiat. Quod si ex septem illis Graeciae sapientibus vnus, quo-  
 tidie nostram imaginem nos in speculo contemplari docebat,  
 multo magis in vita Christi tanquam in lucidissimo speculo  
 mores nostros debemus conspiceret, ad exemplumque Christi  
 conformare. Quid? Quod anima nostra speculum est ex D. P.  
 N. Bernardo in lib. de inter. domo. Si ad coelum verteris eam  
 coelum in ea videbis ad exemplum S. Stephani. Si in tuum  
 speculum radios suos miserit sol iustitiae, ardebis eius amore.

E. VAN-

1. Cor. 15.

Ioh. 1.  
Matth. 10.  
Isai. 3.

Luc. 2.  
Hebr. 1.

D. Bernar.  
Actuum. 7.

EVANGELICA GRATIA  
eiusque faelices effectus, lux & lumen.

SYMBOLVM 6.

36

Differencia inter lucem & lumen, radium, & splendorem  
 quam D. Thom. in scripto super. 2. senten. d. 14. art. 3.  
 & Aristoteles in suis Meteoris, Algazel & alij perspe-  
 ctivi docent, non multum videtur ad nostrum facere institu-  
 tum. Sed de encomijs lucis & luminis nonnulla inferamus,  
 ex quibus analogiam quam cum rebus habet spiritualibus, qui  
 libet poterit de facili cognoscere. Pater ille luminum, lucem  
 qui inhabitat inaccessibilem praegloriae magnitudine, apud  
 quem non est mutatio, nec vicissitudinis obumbratio, post  
 quam est nihilo produxerat lucem, complacuit sibi omnium  
 rerum artifex in opere suo. *Vidit enim lucem quod esset bona.* Si  
 ne luce nimirum confusa & immixta essent omnia; eumque  
 cerni & discerni non possent sine illa, parum illis esset quod  
 pulcherrima essent. Videtur ergo lux omnibus rebus dare pul-  
 chritudinem. Cuius tanta est praestantia & amplitudo, ut non  
 immerito quis possit ambigere, an accidens, an substantia po-  
 tius sit. Quod equidem de nullo alio, quantumvis praestantis-  
 simo accidenti iure dubitabis. Multiplici enim ratione vide-  
 tar esse quaedam corporea nimis subtilissima substantia. Di-  
 uis namque Augustinus Ecclesiae sanctae inextinguibile lu-  
 men, de luce in lib. de lib. arbit. docet, primum in corporali-  
 bus tenere locum. Sed & Philosophus (de quo Diuus Hiero-  
 nymus ita loqui, inquit, ac si ipsa natura loqueretur) dicit lu-  
 men esse speciem ignis. Et praeterea ferri, intersecari, radiof-  
 que illius coniungi & separari (ut D. Dionys. Arcopag. in. 2.  
 de diuin. nomin. capite docet) proprium esse corporum quis  
 nesciat? Sed rationes has ab autoritate desumptas soluit D.  
 Thom. 1. p. q. 67. artic. 2. dicens, haec omnia attribui luci, non  
 quia lucem corpus esse sentirent Diuus Augustinus, Diony-  
 sius, & Aristoteles, sed quoniam, de corpore lucido loquan-

D. Thom.  
Aristotel.

Iacob. 1.  
Genes. 1.

D. Augus-  
tinus.  
Aristote.  
D. Hiero-  
nymus.

D. Diony-  
sius.  
D. Thom.

tur vel de igne, vel alio quoquam, vel quia metaphorice illi dant quæ proprie non conueniunt: ponitque exemplum in calore. Lege doctrinam eius in illo articulo. Cæterum, quamuis hæc ita se habeant, Bartholomæus Anglicus vir sanè omnigena præditus eruditione, in suis lib. 8. de proprietatibus rerum cap. 40. ab hac cõmuni Theologorum & Philosophorũ sententia discedit. Afferitque ibi expressè lucem quandam esse corpoream substantiam, à subiecto & motu, & nobilitate sumens rationes, soluereque nititur inconuenientia quæ ad suam opinionem subsequi videntur. Vbi tametsi nonnulla nõ exactè perpensa doceat, vt est videre legenti, tamen non sua debet carere laude, noua & ingeniosa eius Paradoxa. Et in eius gratiam ita potest res ambigua reddi. Nam aerem concitatum, quis dicat non prius esse in Oriente quam in Occidente? At non sic communiter dicitur de luce: ergo aer nõ est subiectum lucis cū ad motum eius non moueatur lux, saltem per accidens, Confirmaturque hoc cum lux ipsa diuisibilis sit factè ad diuisionẽ aeris, vt experientia patet. Ad hæc lucẽ diurnã quis doceat apud nõs & antipodas eodẽ esse tẽpore? multoq; minus instãti. Neq; videtur satis facere, quod eadẽ est numero lux diei & noctis, & quod solũ differũt secundũ magis & minus. Iam enim fatendum est diuisibilem esse lucem, quæ gradus quosdam habet, vt & Paulus insinuauit, in loco illo. 1. Corinthio. 15. à nobis in Symbolo præcedenti explicato. Nã aliam esse claritatem solis & lunæ & stellarum inter se se fatetur. Non enim aliter ita tenebit similitudo illa, quam si dicamus: Vt maior est claritas solis quam lunæ, & lunæ quam stellarum, & vnus stellæ, quam alterius, ita sunt gradus diuersi priorum hominum in gloria, quanuis ex parte obiecti eadẽ sit prorsus. Neque verò ex hoc quod lucem dicamus esse substantiam quandam tenuissimam, sequi conuincitur inconuenientia à D. Thoma & alijs insinuata. Quod enim lux, quæ corpus est tenuissimum in aère sit tenuissimo, nonque sint ex hoc duo corpora in eodem loco, cū subtilior sit aere lux, multo minus mirũ videtur, quã quod aqua penetret vas vitreũ: ita vt vitrũ metaphorice sudare dicatur & nõ sint duo corpora in eodem loco: & quod sonus ex spherico tinnienti corpore, in quo aere est omnino circumclusus, estque cū corpus solidissimum

Bartolo.  
Anglicus.

1. Cor. 15.

45 mum, perueniat ad aures. Et iuxta communem philosophiam medium aliud audiendi non est præter aerem. Vt ergo aer exit ab illo corpore spherico & omnino solido aliquem intus paruũ lapillum habenti, ad aures. Et tamen non sunt ex hoc duo corpora in eodem loco. Quod lux autem moueatur locali ter breuissimo in tempore per rationem perceptibili licet nõ per sensum ex dictis patet. Inconueniensque tertiu quod D. Tho. elicit de facilitate corruptionis & generationis, apparet 46 tolli, si dicamus; lucem à Sole vbiq; dimanare sicq; ad presen-  
tia eius cernitur & ad eius absentiam non cõparet: sed tenebræ manēt, quas corpus nõ est necesse fateri, sed priuationẽ lucis, sicut & priuationẽ in materia prima respectu formæ, quæ substantia est, corpus esse nõ necesse est fateri, imo & contrariũ, scilicet, non esse. Subtilitas nimia lucis in causa videtur esse quod aerem ambiat & penetret, & suus vtrique sit locus, luci videlicet in aere existenti, & aeri etiam continenti lucem. Neque vero alium locum quam vacuum aeri assignare possumus. Vbi est enim obsecro aer? Sic & lux iuxta hanc sententiam posset etiam absente aere existere. Hæc in laudem lucis apposui ingenij exercendi gratia, vt vel ex hoc eius præstantia dignoscatur, non autem eo animo, vt à sententia D. Thomæ & Aristotelis & cõmuni discedamus. Nobis nanq; pro ratione efficaci non solum esset autoritas omnium, sed solum D. Thomæ iudiciũ pro multis nobis est rationibus, quod grauisimis ita verbis post prædictas rationes concludit: *Quia ergo omnia hæc* (scilicet inconuenientia quæ intulerat) *non solum rationi, sed sensui etiam repugnant, dicendum est, quod impossibile est lumen esse corpus.* Est ergo lux qualitas inter accidentia corporum nobilior, & efficacior. Visum docet Aristoteles. 1. lib. Metaphy. omnium sensuum præstantissimum, ita & lux, cuius est ipsa obiectum nobilissima debet esse; qua opus est ultra speciem & diaphanũ insuper, vt materiale prorsus, quasi spiritali commensaretur potentia. Putatque Priscianus Lydus Iamblichum sequutus, sicuti Iulianus quoque in libro de Sole, diaphanum esse non in ethere solum, igne, aere, aqua, vitris, sed & in terra ipsa, cõpositisque corporibus omnibus. Atque Iulianus apud Cælium ex Phœnicum & Iambilichi doctrina, lumen esse purum actum ab actu diuinæ intelligentiæ

D. Thom.

D. Thom.  
Arist.

Arist.

Priscia. Li-  
dus.  
Iulianus.  
Iamblic.  
Cælius,

tia per cuncta porrectum: diaphanum verò actus eiusmodi esse vehiculum, & id quidem incorporeum neque permixtum corporeis qualitatibus, quamuis per omnia illa diffusum. Idē significat extensum per omnia lumen à Platone lib. 10. de Republica per omnia diffusum, siue positum. Visibilia quidem per primum visibile id est lumen visibilia fiunt: ideoque & visus omnes per primum visum, id est, præcipue per solis lumē. Quo argumento videtur Orpheus solem vocasse mundi oculum. Quod nomen profectò soli, sine luce qua claret minimè. Sed & Græcos veteres non aliundè arbitror, hominem *φωτα* magis quàm à lumine quod vocant *φως* nuncupasse, ob insitū videlicet ac prævalidū cognitionis amorem, quo inardescimus, ut cognoscamus, & cognoscamur. Esse verò lumē celestium virtutū seu facultatū & influxuū, veluti vehiculum, in Meteorologicis libris. Auicenna scribit, & comprobatur Albertus in lib. de somno & vigilia. Hinc ratio apparet, ob quā non semper Sol & Luna sint in eodem schematismo respectu hominum, paremque lucem & radios emittat, nam homines perirent & animalia, dum statim tempore & hyemis, perirent & æquales in vi caloris essent. Quare & Luna proprio non est condecorata lumine. Si enim eodem vigore radios Sol suos ad nos transmitteret, primo quoque tempore, si noctiū humecta opacitate non reficeretur terra, visibus periret animantium Solis exustione. Sed diuina prouidentia hyemali tempore & sydere longius solem abduxit, ut longiora sint spacia noctis. Omnia luminis efficacia, sine qua perirent inferiora cuncta, sine cuius influentia, generationem rerum cessare necesse est. Qua propter post diem iudicii, cum tempus non erit amplius, cessabunt corruptibilia cuncta, non utique ex eo quod Solis & Lunæ & astrorum lumen euacuabitur, (augebitur quin potius) sed (ut optimè colligit Abulēf. super Matt. tom. 7.) Quoniā luminis influentia vacabit deficiente motu celestium corporum, semper luminaribus magnis & paruis eundem habentibus aspectum. Porro de lumine subnectamus hic, scitu digna pleraque ex magnis comperta autoribus, & illud in primis ex Plotino ac Proculo, esse lumen visum quendam, aspectumque luminis, per celestium oculorum radios profusum, emicansque procul. Esse item diuinum quendam spiritum, à quo & specten-

Plato.

Orpheus.

Auicenna.  
Albertus.Plotinus.  
Proculus.

55 spectentur omnia, & quantum in eo est ab omnibus spectetur, ipse quoque. Hinc nunquam extingui astrunt, sed sidera cōsequi perpetuo. Est denique lumen quasi numen quoddam in mandano hoc templo, Dei similitudinem mortalibus ingerēs quod ipsius boni filium nuncupat in Republica Plato. Est vero causa, conseruatio, excitatio, quæ nascuntur omnium non secus ac struthij aspectu confoueri traduntur oua. Quod sanè vsque adeo verum est, ut Albasare referente in suo de stellarum iudicij libro, diceret Hippocrates, quod nisi stellarum lumen densitatem aeris noctu extenuaret, mundus corrueret totus, perirentque animantia cuncta. Quid plura? Placidum sanctorum & angelorum habitationem vocat Diuus Basilius lucem. Sed & apud Dauidem, *amictus lumine sicut vestimenta* depingitur Deus. Deum immortalium, quam tristitia & lugubria sine luce remaneret omnia. Equis iam non luce videat, lucis eiusdem inter corporea cuncta amplitudinem & præstantiam? Sed utrum lux in spiritualibus propriè an metaphoricè dicatur loco iam præallegato determinat Diuus Thomas hoc modo. Nam si primam huius nominis impositionem solum attendas, id tantum quod in sensu visus manifestationem facit, significat. Quomodo Diuus Ambrosius de Trinitate, inter ea, quæ de Deo metaphoricè dicuntur, splendorem recenset: si vero visum loquentium perspicias prout, scilicet, est vox hæc ad significandam omnem manifestationem extensa, proprie quidem dici lucem in spiritualibus comperies. Vnde Diuus Paulus ad Ephesios. 5. Omne quod manifestatur lumē est. Sic & Diuus Augustinus. 4. super Genesim ad literam, in spiritualibus, inquit melior accertior lux est, Christusque non ita lux ac lapis dicitur; sed illud propriè, hoc autem figuratiue. Non secus Diuus Dionys. cap. 4. de diui. nomi. ponit lumē inter nomina intelligibilia Dei, quæ proprie dicuntur in spiritualibus. Ad hūcque modum multa poterunt conciliari loca. Verū iam ex sacra Scriptura quarum rerū Symbolum sit lux & lumen expedit ostendere. Lucem itaque & lumen ad ipsaque spectantia, gratiā eiusque admirandos effectus denotare plurimis constat ex locis. Nāque lumen Dei, vel lucerna eius, doctrina diuina eiusque lex dicitur, ut est apud Isai. c. 2. Venite ambulem⁹ in lumine Dñi.

Plato.

Albasare

D. Bas.

D. Thomas.

D. Ambro.

Ephes. 5.

D. Dionys.

Isai. 2.

- Pfal.* 118. Et apud Dauidem *Pfal.* 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis* Illuminatio, & lux vultus Dei, eius est prouidentia & gratia *Pfal.* 43. *Nec enim in gladio suo, &c. sed dextera tua & brachiū tuū & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis.* Et *Pfal.* 42. *Emitte lucem tuam & veritatem tuam, &c.* Et illud, *Faciem tuam illumina super seruum tuum.* Et alia id genus multa quibus auxilium diuinum exprimitur. Et illuminare, docere significat, vt apud Lucam, *Illuminare ihs, qui in tenebris & umbra mortis sedet.* Et ad *Ephes.* 3. *Mihi omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes.* Ad hoc est & quòd Theologi longè disputant de illuminatione Angelorū angelicū sequētes Doctorē. Veritas & virtus vocatur lux *Isai.* 5. *Ponētes lucem tenebras, & tenebras lucē.* Et *Ioān.* 12. *Adhuc modicū lumē in vobis est.* Et *Luc.* 16. *Qui ambulat in tenebris, &c.* Feclicitasitem vel prosperitas data seu sperata, lux dicitur: *Isaiæ* 30. *Et erit lux Luna sicut lux Solis, & lux Solis erit septemplexiter, &c.* Et *Isai.* 59. *Expectauimus lucē & ecce tenebræ: splendore & in tenebris ambulauimus.* Et *Psal.* 36. *Et educet quasi lumen iustitiam tuam & iudicium tuum tanquam meridiem.* Et *Psal.* 96. *Lux orta est in isto, & rectis corde letitia.* Et *Hester.* 7. cap. *Iudæis autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium.* Sic & eadem fere metaphora Poeta *Georgic.* 1. lib. *At cum sole nouo terras irrogat Eous, &c.*
- Virgilius*. Nouum solem in exortu, scilicet antequam incādescat, nuncupauit. Contrā verò Aman illud *Horatianum* sermonum. 1. *Satyra.* 9. dicere poterat:
- Hunc cime Solem tam nigrum surrexisse mihi?*
- Prouer.* 13. Ac si dixisset. Non sperabam sanè talem tantamque repentinam calamitatem. Et *Prouerb.* 13. *Lux iustorum latificat, lucerna autem impiorū extinguetur.* De quo loco inferius dicemus. Sic & foelices successus lux significat. *Iob.* 18. *Nōnē lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius. Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna quæ super eum est extinguetur.* Rursus *Iob.* 17. *Et rursus post tenebras spero lucem.* Quamuis hoc ad nimiam *Iob* anxietatem spectare videatur, cuius cogitationes graues & molestæ, vertebant noctem, quæ ad quietem hominibus data est in molestissimum illi diem, & diem vertebant

- bant in noctem: nec sinebant illum dolores frequentissimi, vel potius continui diu seu noctu, aliquantisper requiescere. Certum est & ad hoc significatū prosperitatis spectare Sapientis illud: Iustorum autem semita, quasi lux splendens procedit, vsque ad perfectum diem. Gratissimum quid est lux ihs qui in tenebris versati sunt, iuxta illud *Isai.* 9. cap. *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, &c.* quod de aduentu Christi concinit Ecclesia tempore Natalis eius. Et ipsamet lux materialis maximè omnibus arridet, Ecclesiaste dicente cap. 11. *Dulce lumen & delectabile est oculis videre Solem.* Quare lux gaudium magnum prænotat. *Ierem.* 25. *Perdamque ex eis vocem gaudij, & vocem letitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ.* Et *Amos.* 5. capite. *Nunquid nō tenebræ dies Domini & non lux, & caligo & non splendor in ea? Et paulo superius dixit. Væ desiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis? Dies Domini ista tenebræ & non lux.* Lux etiam pacis est Symbolum *Isaiæ.* 45. *Ego Dominus & non est alter, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum.* Liberationem quoque à periculis denotat. *Psal.* 30. *Illustra faciem tuam super seruum tuum.* Et *Psal.* 111. *Exortum est in tenebris lumen rectis.* Aduentusque Verbi in carnem eius & opus vocatur lux, & nomine contrario cecitas Hebræorū vel Adæ lapsus. *Isaiæ.* 60. *Surge illumina Hierusalem, quia venit lumen tuum, scilicet Christus, quod optimè Theophaniæ aceommodari solet. Quia ecce tenebræ operient terram & caligo populos.* Et *Ioan.* 1. sæpè. Et. cap. 7. Christus de seipso. *Ego sum lux mundi.* Sed & secundum Hebræorum Rabbinos, quorum Rabbi Abba in berefit Rabba minori lucem vocat Mesiām, sicque illud explicat *Daniel.* 2. cap. *Nouit. Dominus scilicet. Quod in tenebris est & lux cum eo est.* Tamet si secundum alios in libro *Ceder-olam*, tenebræ sunt malorum pæne, lux autem merces iustorum. Quodque multis nominibus exprimere solemus, videlicet, nomine sanctitatis & iustitiæ, &c. id nuncupatur lux. Ad *Ephes.* 5. *Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Filij lucis vocantur veraces & pij, ad *Thessaloni.* 1. cap. 5. *Omnes enim vos filij lucis estis & filij diei, non sumus noctis neque tenebrarum.* Admirandaque lux est iustificatio. 1. *Petri.* 1. cap. 5. *Vos autem genus electum, regale sacerdotum, gens sancta, &c.*

- &c. qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Lux quoque virtus, iustitia, ratio, æquitasque est. 1. Ioan. 1. Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Apostoli ob doctrinam suam & exempla virtutum, lux mundi à Domino sunt appellati Matth. 5. Vos estis lux mundi. Veritatem Evangelicam & doctrinam significat lux Actuū. 26. Ut conuertantur à tenebris ad lucem. Et Matth. 5. Neque accendant lucernam & ponunt eam sub modio. Communicatio puritatis & pietatis Evangelicæ, est lucerna super modium. Exemplum denique dicitur lux bonum: sic luceat lux vestra, &c. Hæc sit videtur, vt appareat: lucem, lumenque gratiam, eiusque effectus significare.*

T E N E B R Æ M A L V M  
ingens.

S Y M B O L V M. 7.

- Q**uemadmodum in arcano sacra Scripturæ sermone lux lumenque vt iam ostensam est, summum bonum gratiamque & eius effectus, prosperos & significat successus, sic contra tenebræ omnia infœlicia, duraque & acerbata in facris prænotare, obseruarunt viri doctissimi. Quare licet nulla sit societas luci ad tenebras, *opposita tamen iuxta se posita magis clucescunt*, iuxta Philosophum. Ac proinde cum de lucis significatis pronostia breui supellectili aliqua dixerimus, consequens est, vt de tenebris pariter dicamus. Tenebras autem absentiam esse magni boni, scilicet luminis, nullus est, dum modo mente consistet, qui reuocet in dubium. Dicuntur vero à tenendo, quia tenent & impediunt oculos ne videant. Sic Lucæ. 24. de duobus discipulis Christum non agnoscentibus dicitur, *Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent*. Tenebræ fortasse quædam, illorum sunt iniectionis oculis, & maiores Saulo illi, antequam squamulæ ab eius oculis deciderent, visumque reciperet. Umbra equidem, aerque obscurus tenebræ quandoque vocantur (vt S. Basilius docet) sed proprie loquendo tenebræ sunt omnino luci opposi-

- 74 oppositæ etiam in effectibus. Tenebræ enim metum augment inuitantque ad somnum, verecundiamque minuunt. Nam qui male agit (vt Euangelium habet) odit lucem. Et qui dormiunt nocte dormiunt, & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt Paulo id dicente. Idemque ait. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit*. Id est, tempus iam abiit, in quo ignorantia tenebris dediti eramus, & tempus gratiæ iâ venit. Perfarum regibus superbâ molliem affectantibus, adoratio concessa magnum & peculiare bonum erat, & citra hanc non facilis ad eos patebat aditus. Cuius rei fidem facit, nota satis Assueri historia Regis, vbi quid simile de vxore & concubinis eius exaratum est. Moriisque etiam fuit Ægypti regibus (vt autor est Aristæus in historia de septuaginta duobus interpretibus ad Philocratem fratrem) legatos à Rege missos, etiam ad reddendum responsum, non admitti ad cõspectum Regum: ciuitatumque & insignium personarum legata, vt Regum vix etiâ intra triginta dierum spatia audiebantur. At magnus Agefilaus (quod Xenophon scribit) vt semper spectaretur, gaudio exiliebat, cû turpiter agenti tenebras conuenire arbitraretur: honesta autem vitæ lucem, longè plus ornamentum afferre. Neque ob id vitio censeo vertendum Lacæ demonijs, quod postquam moderatè biberint in conuijs publicis, absque tarda discedat: id enim faciunt, quoniam non est fas illis ad lumen incedere neque hac neque illa via, vt consuescant in tenebris, noctuque confidenter & intrepide ire: quod interdum in bellis vsu venit, vt necesse sit. Verum tenebris peccatorum assuescere, vt illi assuecebant, de quibus ad Ephesios. 5. Apostolus dicit: *Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere hoc, ab ipsa luce arguitur vt pessimum. Omnia enim quæ arguuntur (prosequitur Paulus) à lumine manifestantur*. Ob idque peccatores, iuxta Psalm. 10. *intendunt arcum, paraueruntque sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro retilos corde*. De pingit etiâ Eccles. c. 23. audaciâ temerariâ impiorum his verbis: *Omnis homo qui transgreditur lectum suum contemnens in animâ suâ, & dicens, Quis me videt? Tenebræ circumdant me & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me, quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur Altissimus. Et nõ intelligit, quoniam omnia videt oculus illius, quoniam expellit à se timorem Dei huiusmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum*

*illum: & non cognoui, quoniam oculi Domini, multo plus lucidiores sunt super solem, & c.* Audiant Isaiam cum comminatione gra-  
 uissima exclamantem cap. 29. qui huiusmodi sunt: *Va qui pro-*  
*fundi estis corde, vt à Domino absconditis consilium, quorum sunt*  
*in tenebris opera & dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos? Per-*  
*uersa est hæc vestra cogitatio, & c.* Talis & erat insipientis illi, qui  
 dixit in tenebris cordis sui, *Non est Deus*. Neque enim ausus  
 est foras protrahere sermonem adeò nefandum & blasphemum:  
 ne forte vt Abderites ille Protagoras sophistes illis temporibus  
 antiquis vel maximus, poenas sui grauisissimi criminis promeritas  
 lueret. Is nanque cum in principio libri posuisset, De Dijs neq;  
 vt sunt, neque vt nō sint habeo dicere, Atheniensem iussu virbe  
 atque agio est exterminatus, librique eius in concione combusti.  
 Itaque tenebrę cordis & latibulacius malo sunt apta perpetrando.  
 Sed iam antequam longius progrediamur, quemadmodum ingens  
 malum in sacris tenebrę significant, ostendere breuiter oportet.  
 Incipiamusque à Sancto Propheta Iob, qui cap. 12. de Deo sic inquit: *Qui reuelat*  
*profunda de tenebris, & producit in lucem vmbra mortis. Quę verba*  
*duplicem possunt pati explicationem & sensum. Nam aut de optimo*  
*& foelici rerum exitu minimè sperato loquitur, aut de rebus occultis,*  
*& abditis, quę Deus solet palam facere. Reuelare nāque profunda*  
*de tenebris idem est, quod densissimas tenebras excutere gratissima*  
*luce. Tenebrarumque appellatione aduersa quęque S. Iob significare*  
*videtur, Et vmbra mortis in lucem producere, est rerum statum ita*  
*commutare, vt qui antea sibi beati & foelices videntur, in aduersos*  
*casus & inimicam fortunā precipites dentur. Qui verò ipsa*  
*mortis vmbra & quasi inter densissimas tenebras tenebantur*  
*conclusi, ad vitam & lucem tanquam exultantes & gaudentes*  
*proferantur. Posset etiam ipsa lucis & tenebrarum appellatione,*  
*ad diuinam intelligentiam & humanam sine periculo accommodari.*  
*Nam ea quę humanę mentis acie prætereunt & illi sunt abstrusissima,*  
*iacent ceu protenso nimis obscuritatis & tenebrarum recessu.*  
*Quę cum sint Deo lucidissima, & veluti resupina, hominibus*  
*aperit paulatim. Et quod sequitur in exemplum eius cerei adducitur,*  
*Qui multiplicat (inquit) gentes & perdit eas, & subuersas in integrum restituit.*  
 Sunt

Sunt si quidem hæc humano sensui non defacili peruia; sed  
 obscura potius valde. Quis enim verosimile iudicaret, florentissima  
 imperia, quę ob rerum omnium copiam magnam, ceu æterna & nunquam  
 finem habitura videbatur breuissimo casu, temporis gyro, omnino  
 ruitura? Contra verò, quę in tenebrarum longa caliginemersa  
 erant, & prorsus obliuioni tradita, in suum pristinum nitorem  
 floremque, restituenda quã breuissimè? Exēpla sunt in occasu  
 Romani imperij, cuius illa insignis Metropolis Roma eiusque  
 in flore numerari sunt ciues nonagesi tres cętēna milia, & octingēta  
 milia, vt refert Cornipolitanus regularis canonicus Chronographus  
 & Traiectensis scholę moderator, & in ruina miserimi populi  
 Hebręi, qui Salomonis tempore argēto auroque vsque ad miraculum  
 abundabat, & in Alexandri Magni regno, quod utique tam cito  
 emerfit, & subito disparere visum est: & in Cyro illo quē  
 sibi Deo in bonum Israelitici populi suscitauit, & velut è nihilo  
 sublimauit. Sed quid moror? Literę sacrę & prophanę, id genus  
 exemplis sunt plenissimę. Neque omnino dissimile est illud apud  
 eundem S. Iob cap. 18. Baldad sapiens protulit, *Nonne lux impij*  
*extinguetur, nec splendet flamma ignis eius? Lux obtenebrescet*  
*in tabernaculo illius, & lucerna quę super ipsum est extinguetur.*  
 Lucis quippe nomine (vt supra diximus) frequenter optimos  
 rerum euentus gaudiumque facer sermo significat. Lucis quoque  
 appellatione, consolatio & exhilaratio conscientię nō nunquā  
 exprimitur, vt apud Michęam ca. 7. *Cum sedero in tenebris,*  
*Dominus lux mihi est.* Suntque qui de sapientia humana, eiusque  
 opinionibus, illa verba à Baldad opinentur dicta. Sed Magnus  
 Gregorius de prosperitate præsentis vitę, & optimo rerum cursu  
 locū enarrat. *Lux, inquit, hominis impij extinguitur,*  
*quia fugacis vitę prosperitas cum ipsa vita terminatur.*  
*Ob eamque rem aptissime, inquit Gregorius, subiungitur.*  
*Nec splendet flamma ignis eius.* Ignis impiorum appellare  
 videtur Baldad feruentissima eorum desideria, studia, &  
 sollicitudines, circa res fluxas & caducas. Sed de hoc alio  
 in loco. Aduertendum autem, quod dicit; *Et lucerna, quę*  
*super ipsum est, non ait, quę apud ipsum est, vt insinuet opes,*  
*diuitias & innoxiam superbia esse eique prædominari.*  
 Potest item locus de sapientia

Cornelius  
 Cornip.  
 2. Par. 1.  
 3. Reg. 10.

Iob. 18.

Michęe. 7.

D. Grego.



tia humana, quæ stultitia est apud Deum interpretari, cuius sapientiæ machinamenta cum vita simul adueniente morte, breui finiuntur. Frequensque est profecto vsus in sacris literis, per tenebras, mētis denotare cæcitatem. Quid enim aliud ille externæ Ægyptiorum tenebræ Exodi. 10. portendebant,

Exodi. 10. quam caliginem peccatorum Ægyptiorum mentibus imprefam? Sapienter proinde à D. Gregorio Nysseno adnotatum 91  
D. Greg. Ni  
seno.

est, tenebras illas exteriores, ab ipsis Ægyptiorum mentibus paratas fuisse, & veluti conditas à duritie cordis & spiritus cæcitate immensa. *Quemadmodum, inquit, si in imperato ciborū vsu humores in præcordijs atq; intestinis lateant, nō accusatur medicus, si arte in cuius ipsos traxerit: sic & summus ille medicus Deus, dum tenebris totam Ægyptum circumfundit, illud sanè effecit, vt homines intelligerent inuita & causas tenebrarum intra ipsas Ægyptiorum mentes extitisse. Nam cum eisdem locis versarentur Israelitici, & Ægyptij, hi tenebris premebantur, cum nihil tale sentiret Israelita.*

92  
Videtur itaque Sancto Iob, prædictis verbis obijcere Baldad, extinctam esse illius sapientiam, qua se & alios regere præsumebat. Ceterum quod ad nostrum institutum attinet, nō potest non vehementer nobis expositio D. Gregorij Magni, 93  
quam superius breuiter perstrinximus, probari. Communi enim sermonis consuetudine arcanæ literæ, tenebrarum vtitur appellatione, pro omni calamitate & miseria, & ægritudine laboriosa, quemadmodum lucis nomine, pro secunda, prospera & æquabili fortuna. Sic Regius vates Psalm. 17.

94  
Psalm. 17. *Quoniam tu illuminas lucernam meam: Deus meus illumina tenebras meas.* Et quod supra adduximus etiam, *Exortum est in tenebris lumen rectis.* Ex Psalm. 111. Et illustris Propheta Isaias de impijs hominibus cap. 5. inquit in eorum persona: *Aspicie manus ad terram, & ecce tenebræ.* Id est, vnde cunque quæremus auxilium, & nihil præter labores & angustias occurret nobis.

95  
Psalm. 35. *Fiant via illorum, inquit Dauid Psalm. 35. tenebræ & lubricum.* Multa equidem mala factus Propheta non sine numinis cōcitatione fuerat hostibus imprecat, sed cum tenebras, & in eis lubricitatem postulat, elegantissima auxesi, in summam perniciem ac miserabilem casum, hostes euocari, atque inducipetit. Sic & pro fratriicidio admissio & commisso, dixit Dominus Caino, *Eris vagus super terram.* Id est, confusus, & in

Genes. 4.

certus

96 certus rerum tuarum & consiliorum. Idēque Dominus Deuteronom. 28. mentis tenebras minatur, non seruantibus suam legem. *Percutiet te Deus (Moses inquit) amentia & cecitate, & stupore cordis: erisque palpitans in meridie, vt cæcus palpat in tenebris.* Et hoc est quod Paulus ad Romanos vocat, *Obscuratum in sibi cor eorum, & traditionem in reprobum sensum.* Sanctus item 97  
Nahum. 1.

97 Nahum Propheta volens Assyrijs summam calamitatem extremamque perditionem à longè clarè tamen ostendere duplici, illaque elegantissima vsus est metaphora. *Et in diluuiio, inquit, prætereunte, consummationem faciet loci eius & inimicos eius persequentur tenebræ.* Atque (vt ego existimo) sicut in priori, ad illud diluuium vniuersale tempore Noe contra peccata ingentia hominum immissum alludit vates, sic & in posteriori ad tenebras illas Ægyptias palpabiles. Et (vt de priori aliquid dicamus) diligentius est animaduertendum, quam ve

98  
niste postrema gentis Assyriorum clades, in nomen diluuij fuerit mutata. Explicat enim miromodo, Babyliorum innumeras copias, in Assyrios velut aquas exundantes, vt omnino illostremes & pavidos vastarent. Posteriori autem tenebrarum translatione, proculdubio maximam extremamque calamitatem & turbationem, confusioneque miserrimā expressit. Tenebræ etenim intolerabiles omnes pressuras & afflictiones significant, vt & Rabbi

99  
Dauid Kimhi, interpretatur hunc locum. Metum siquidem gignere tenebras & terrorem incutere maximum, vel ex Iob cap. 5. conijci potest, qui vbi de sapientibus huius mundi in sua versutia comprehensis agitur, sic Eliphaz Themanites dixit. *Per diem incurrunt tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie.* Proprium quippe est peccatoribus, trepidare, vt

100  
Dauid ait, *vbi non erat timor.* Quod si oderūt peccare mali, mouentur certè formidine poenæ; & non vt boni virtutis amore, vt Horatius prodidit. Vnde infidelium status per tenebras demonstratur Ioan. 11. *Adhuc modicum lumen in vobis est.* Acto rum. 26. *Vt conuertantur de tenebris ad lucem.* Ad Colof. 1. *Gratias agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit, in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, &c.* Quāuis non diffitebor, per tenebras dæmonem posse quempiam recte interpretari, de cuius potestate nos Christus eripuit, &

101  
eximit,

102  
R

103  
Q

exemit. Et. i. Ioan. 2. *Quia tenebrae transferunt, & verum lumen iam lucet.* Multus est sane D. Ioannes in appellatione lucis & tenebrarum. Tempus item calamitosum vocat S. Iohel cap. 2. diem tenebrarum; & Amos cap. 5. Nunquid non tenebrę dies Domini? Sic & Nahum. i. cap. *Et inimicos Domini persequentur tenebrae*, quod modo exposuimus utcunque. Threnorum. 3. ait Ieremias: *Me minauit & adduxit in tenebras, & non in lucem.* Statumque miserrimum obstinatorum illud eiusdem vatis cap. 13. videtur significare: *Date Domino Deo vestro gloriam, antequam obtenebrescat, & offendant pedes vestri ad montes caliginosos, &c.* Et illud Isaię. 59. *Expectauimus lucem, &c.* Ad Iobq; dixit Baldad, *Nonne lux impij extinguetur, &c.* Quę iam adduximus superius. In tenebris elabi maximum denotat periculum, ut apud Ierem. *Quasi lubricum in tenebris, &c.* Threnorum. 3. Loca mortuorum tenebrosa dicuntur secundum illud Psalmi, *Collocauit me in obscuris, sicut mortuos seculi.* Quod Ieremias ita dicit; *Collocauit me in tenebrosis sicut mortuos sempiternos, vel si mauiis, In tenebrosis collocauit me, &c.* Videturque ad versum Psalmi illius allusisse, Ignorantiã & periculum grauissima tenebrę significant. Isaię. 9. *Populus, qui ambulabat in tenebris, &c.* Et iuxta illud Zacharię iunioris apud Lucam, tametsi ætate prouecti. *Illuminare ijs, qui in tenebris, & umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Id est, in viam ad Hierusalem super nam perducentem, per Euãgelicam lucem. Ad quam demõstrandam Christus dicitur venisse. Peccatumque exprimit nomine tenebrarum Isaias. capite. 49. Vbi introducit, Deum patrem ad Filium dicentem. *Hęc dicit Dominus, &c.* vsque illud. *Vt diceret his, qui vincti sunt, exite, & ijs, qui in tenebris reuelamini.* Nec prætereundũ est illud ex eodẽ Propheta. c. 47. *Sede tacēs, & intra in tenebris filia Chaldaeorum quia non vocaberis vltra Domina regnorum.* Vbi infamam sortem, nominisque obscuritatem S. Isaias significare visusest. Quod perinde fuit ac si idiomate Hispano dixisset: *Entra de noche infame, ascondete descendiente de Chaldeos. Asientate y calla como vil, y reboltosa.* Nam sicut lux & splendor, gloriam & bonum prænotare solent; sic contra tenebrę, obscurum, infame, abiectum & vile. Tollit autem ab impijs Deus splendorem, & gloriam illosque inglorios derelinquit, secundum.

cundum illud Psalm. 9. *Perijt memoria eorum cum sonitu.* Id est, sonuit & statim vt tonitruum præterijt, siue vt fulgur gloria fucata nominis eorum. Et Psalm. 133. *Vt perdat de terra memoriam eorum.* Et alibi. *Dispercat de terra memoria eorum.* Atque aliàs non semel. Contrã verò de hominibus iustis ac pijs ait Dauid: *In memoria æterna erit iustus.* Et Prouerb. 10. *Eius filius Sapiens, Memoriam iusti, cum laudibus dicit celebrandam.* Neque insolens est & inusitata apud Latinos autores, hæc explicatio, de tenebris & luce deprompta ex sacris literis, vi delictet, per tenebras aduersa omnia & molesta intelligere, & ex opposito, opposita per lucem. Cicero enim pro Roscio sic dicit: *Tanquam si offusa R. P. sempiterna nox esset, ita ruẽbant in tenebris: omnia miscebant.* Et contra Rullum: *Nunc totis tenebris & caligine Alexandriam se peruenturos putant.* Et Poeta lib. 2. *Æneidos.*

*Afflictus vitam in tenebris lætũq; traheram.* Virgilius.

Sumuntur & tenebrę quandoque in bonam partem sicut & caligo, vt Matthę. 10. *Quod dico vobis in tenebris, id est, in occulto tanquam discipulis charis, dicite in lumine, id est, in publico, & super tecta prædicate.* Sumuntur & pro immenso diuinę essentię impertransibili pelago. Vt Psalm. 17. *Posuit tenebras latibulum suum.* De quo suo in loco dicendum. Instar horum & alia multa sunt, quę tu inuenies ex his. Quid verò tenebrę interiores & exteriores significant, iam accipe.

T E N E B R Æ I N T E R I O -  
res, & exteriores, duplex genus car-  
ceris.

E T I N F E R N V S.

S Y M B O L V M - 8.

II N E M O est, qui vel à limine, vt aiunt, sacras literas salutarit, qui duplices in ea tenebras, interiores videlicet, & exteriores vocitari, nõ animaduertit. Sed quid

Q<sup>2</sup> per

per exteriores & interiores tenebras intelligatur, non apud omnes etiam doctos, compertum video. Ostendimus tenebras fere semper malum portendere, idemque iudicium de tenebris interioribus & exterioribus, quæ semper in malum accipiuntur. Quapropter quod D. Chryso. homilia in Gene. 15. in illa visione Abraham, cum Dominus dedit illi Symbolum iuramenti, de quo inferius, horrorem nimirum magnū & tenebrosū clibanumque fumantem & ardentem, ad Dei omnipotentiam ostendendam reuerentiamque gignendam in animo Abraham id factū dicit, & accommodat, sicut & fulgura tenebrasque & caliginem, fumumque & tonitrua montis Syuai, cum Dominus dedit Moyfi legem. Vir doctus & valde pius Rupertus, duplici Hebræorum aduersitati demonstrandæ, applicat; quoniam ibi, bis fit mentio tenebrarum. Altera quippe cum dicit Moses: *Cumque Sol occumberet, sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum*: portendens utique venditionem Iosephi flagitiosam valde, ex qua Israel peregrinatio originem traxit. Altera verò cum dicit Moyses: *Cum ergo occubisset Sol facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas*. Sub quorum velamine seruitus Ægyptia sub Pharaone, liberatioque ab ea monstrabatur Abrahamo. Quam certe captiuitatem extremamque seruitutem tenebras ex ternas possumus appellare. Namque interiore tenebras, mentis cæcitatem, qualem habuit Pharaon, Sennacheribus, Saul, Antiochus, & alij, quæque Paulus vocat, *Velamen positum in cordibus Iudæorum*, significare, communis est Theologorum æstimatio. Vtraque comminatur Deus per Moysem populo duræ ceruicis sua sacra præcepta transgredienti. Deuteromij enim. 28. sic ait Moses. *Percutiet te Deus amentia & cæcitate, &c.* Quod superius attulisse me memini. Ecce tenebras interiores: sed audi exterioribus. *Nihil eorū, Deus ad rebelles loquitur: quæ cogitaueris, institueris prosperum habebis, calumniam & rerum direptionem, quotidie patieris, neque erit qui seruet.* Et prope finem eiusdem capituli. *In gentibus illis ubi captus eris nihil habebis tranquillū nulla erit pedibus tuis quies, dat itq; tibi Dñs illic cor trepidās, oculos deficientes, & animā languidā: & erit vita tua quasi pedesante te. Timebis noctē & diē, & nō credes vita tuæ.* Quod utiq;

D. Chryso.  
Genes. 15.

Rupertus.  
Exod. 20.

2. Cor. 3.

Deut. 28.

vtique scio à D. Leone interpretari de Christo, cui ante ocu-  
 18 los eorum, in cruce pendenti in vitam & remedium eorū non adhibuerunt fidem increduli, & obstinati Iudæi. Verum sensum literalem sequentur, qui dixerint, locum ita intelligendū, Talem ac tantū pauorem incutient tibi hostes ob tua peccata, vt nec vitam quam habueris, & habes, habere te credas. Elegans & vberima sane timoris maximi expressio. Quem admodum exoptauimus adhuc cum habemus, nos habere  
 19 nō credimus; sic ex opposito, quæ valde in periculo cernimus sita, cū adhuc non ruerint, ruisse putamus. Talis itaque ac tantustremor, & timor euenit Iudæis, qui in Christū non crediderunt; adeò, vt iam Prouerbij vicem apud nos obtinuerit, timidum homunculum, & ad leuissimam formidolosum Iudæum appellari. Et qui ab illis perfidis descendunt suapte  
 20 natura iam veluti hæreditario meticulosi sunt & iudicantur. Ex quo perspicitur Christum Redemptorem cum apud Matthæum. capit. 22. nuptiarum parabolam exponit, & hominem, qui cum pannosus esset, impudenter conuiuio se intermiscuit, in tenebras exteriores iussu Regis summi proiectum, declarauit: damna & calamitates summas, quas à Romanis alijsque nationibus, quoniam summi Regis filium  
 21 Messiam, inquam, summis ab eis precibus expostulatum à Deo, amplectentes magis tenebras, quam lucem, non receperunt, ob oculos ponere voluisse, ad memoriamque illorum poenas & miserias, quas illis comminatus est Moyses, reuocare. Parauerat utique Rex summus Deus pater, conuiuium magnum; ob nuptias, quas verbum cum natura humana celebraturum erat; ingesserunt se perfidi Hebræi veste mentis lacera, & detrita valde, cum perfidia nimirum & nimia incredulitate, ac proinde tenebras exteriores sunt perpepsi, ob suas tenebras cæcitatibus interioribus. Verū postquā in locū hunc Matth. 22. incidimus, qui tenebrarū exteriorum & interiorū mentionem facit, ad exactam eius intelligentiam, ex sua origine, & radice propria inuestigare libet, quid sint tenebræ exteriores & interiores. Athenienses certè res duras, nominibus emolliebant, tributum ordinationem ciuitatis appellantes, carcerem vero donum. At verò sacra Scriptura suis quæque nominibus appellat, nec molli-

D. Leo.

Matth. 22.

lificare contendit, sed rei naturam, vel nominibus proprijs, vel translatis declarare. Vnde est, quod diuina philosophia graues tribulationes, & horrendas tenebras & caliginem nuncupat. Ea est enim sanctarum scripturarum maiestas, vt etiam si circa voces illorumque rationes (cum à coelesti numine dictata fiat omnia) multum immoreris superuacaneum sapientibus minimè iudicabitur. Quapropter meritò inquiritur qua ratione, Christus (vt etiam apud omnes sacrarum literarum interpretes constitutum) nomine exteriorum

Matth. 8.

tenebrarum infernum vocitarit. Ad literalem siquidem sensum, ita intelligendus est locus ille ex Matthæ. 8. *Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, scilicet Gentiles & Ethnici, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eicientur in tenebras exteriores*, id est, in infernum. Nam loquitur Dominus de statu Ecclesiæ post iudicium. Sed quid iuxta literalem sensum significat illud Matthæ. 22. quod Rex ministris præcepit dicens: Projicite eum in tenebras exteriores, sic licet, quoniam veste lacera & attrita maximè, se nostro regali conuiuiuo impudenter ingressus? Quid sunt istæ tenebræ exteriores, in quas deperditus homo ille, & audax meritò proiectus est?

Abulensis.

Inuenio apud doctissimum Abulensem super Matthæum tomo. 7. quæst. 557. rationem huius appellationis literalem & genuinam. Quo loco multis verbis ostendit, Christum loqui iuxta consuetudinem terræ Chanaan, in qua tunc erat; vbi haud dubium quin duplex erat genus carceris. Vnumque tenebræ exteriores, interioresque vocabatur alterum. Ob suam quippè obscuritatem, vtrique tenebrarum nomen maximè conueniebat. Verum exteriores tenebræ dicebatur vnum, quoniam ventis & pluuiæ, cœlique inclementiæ expositum erat extra domicilia, hominumque habitacula. Alterum autè interioreste tenebræ vocabatur, quoniam intra domos situm erat. Colligitur hoc duplex genus carceris ex Ieremiæ. 37. & 38. capit. Quo loco dicitur Ieremias primum missus in carcerem, qui erat in domo Ionatham scribæ, qui præpositus erat super carcerem. Vbi multis diebus sedit Ieremias. Extractus autem inde Ieremias obsecrabat Regem, ne remitteret in eum carcerem, ne fortè moreretur.

Ierem. 37.

Colligitur hoc duplex genus carceris ex Ieremiæ. 37. & 38. capit. Quo loco dicitur Ieremias primum missus in carcerem, qui erat in domo Ionatham scribæ, qui præpositus erat super carcerem. Vbi multis diebus sedit Ieremias. Extractus autem inde Ieremias obsecrabat Regem, ne remitteret in eum carcerem, ne fortè moreretur.

Vide

Vide asperrimum, & inhumanum genus carceris. Erat enim lacus profundissimus à parte superiori angustus valde, in cuius aqua stabat Ieremias, & à quo fuit funibus eductus. Ecce tenebras interiores, ex cap. 37. Sed audi genus carceris alterum ex cap. 38. Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchizæ filij Amelech, qui erat in vestibulo carceris (vides vt erat extra domum & carcerem) & submiserunt Ieremiam in funibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum. Descendit itaque Ieremias in cænum.

Hæ sunt tenebræ exteriores. Per quas appositissime Christus inferni pænas expressit. Nam & Zacharias. ca. 9. de descensu Christi ad inferos loquens, vocat illos. *Lacum in quo non erat aqua*. Clarum ergo iam est inferos merito exteriores tenebras nuncupari. Et ratio huius appellationis, ex arcani sermonis penetralibus ab Abulense est deducta. Tenebras vero illas exteriores apud inferos esse, docebunt te D. Tho. in additionibus ad. 3. p. q. 97. ar. 4. Sed & apud Ethnicos tenebrarum nomine inferos significari, illorum libros versanti perspicuum erit. Idque ex Plutarcho constat in lib. de ijs, qui seruis à Deo puniuntur, & ex Socrate apud Xenocratem, quæ Cælius refert Ludouicus. Necnon ex Platone, qui horum quemdam Pamphilius resurrexisse confingens de inferis illum multa mirandaque explicantem inducit, ac præcipue vidisse iudices animas iudicantes, iustasque ad dextram supernæ, per cælum ascendere, qui iusserint in anteriori parte signa eorum, quæ iudicata forent, iniustas è contra ad sinistram inferius omnium in vita gestorum, à tergo signa suspensa tenentes. Iudices autem inter duos terræ hiatus sedentes vidisse dicebat. Aliaque id genus multa. Quam verò hæc sint consensanea fidei docenti, quod cum ad iudicium venerit Dominus, reddet vnique iuxta opera sua: tuncque illuminabit abscondita tenebrarum, cordiumque cogitationes patefaciet, cum etiam Angelorum erunt iudices Apostoli, iudicis supreme sententiæ subscribentes, nullus adeo mentis inops est, qui non videat. Certe magnus Plotinus peccantes grauius animas, dæmonum cruciari præfutura tradit. Orpheus id ipsum confirmat & Iamblicus. Nec prætereundum est, quod tradit Dionysius, Domitianum inter spectacula, noctu inferorum

Zachar. 9.

D. Thom.

Plutar.  
Xenocrat.  
Cælius  
Rhod.  
Plato.

31

32

33

34

Plotinus.  
Orpheus.  
Iamblicus.  
Dion.

Q 4 fabu-

fabulas (sic enim ipse vocat) exhibuisse, domo ad id instructa in qua prorsus omnia viserentur nigra, excitatis quoque ex pavimento, miro ingenio tabernaculis, senatoribus modo, equitibusque sine seruitijs ad spectaculum admissis. Vnicuique vero sepulchralem impegit columnam, nominibus etiam num adiectis apposita, & lucerna uti in monumentis assolet. Hinc formosiores pueri atro depicti colore prodibant, mortuorum præferentes imaginem, ac meticulosa ambientes assidentium singulos saltatione, ad verum omnia implebant, territis omnibus ne mox iugularentur. Nam & quæ ad eadem maximè spectabant proferebat Domitianus. Paulò tamen post dimissi fuerunt, cum donis omnes, ex ijs, quæ in coena fuerant parata. Cæterum quod Mercurius sic ferme scribit, mirandum est, in homine pagano.

*Mercurius.* *Quum fuerit (inquit) anima à corpore facta discessio, tunc arbitrium examenque eius iuxta merita, transiliet in summi demonis potestatem: isque si delictorum illitam maculis & vitijs viderit, desuper ad ima deturbans procellis, turbinibusque aeris, ignis & aquæ, sæpe discordantibus tradet: atque inter cælum & terram mundanis fluctibus, in diuersa semper, æternis pænis agitata raptabitur, ut in hoc obsit animæ æternitas, quod sit immortalis sententia, æterno iudicio subingata. Ergo ne his implicemur, verendum tantundem, cauendumque esse cognosce. Increduli enim post delicta cogentur credere, non verbis, sed exemplis, nec nimis verum ipso pænarum affectu.* Hactenus Mercurius. Quæ doctrina, non parum cum orthodoxa fide videtur conuenire. Nam dæmonū nomen apud Ethnicos in bonum etiam vsurpatur. Quodq; in terræ meditullio Mercurius inferos cōstituere videtur, August. Genes. 2. nō fatetur nec diffitetur. Sed quomodo (inquit) hæc se habeāt, scilicet, quo pacto intelligatur flāma ignis, sonus Abrahæ, & huiusmodi, vix à mansuetis, à contentiosis nunquā inuenitur. Quare non mirum est Plinium virum cæteroquin doctissimum dicere, quod si vlli essent inferi eos iam refodissent avaritiæ manus. Ut vel ex hoc videas quanta est avaritiæ sitis. Neque similiter Marcum Tullium, tum alibi, tum in oratione pro Cluentio, inferos abstulisse, & sapientiore Senecam in consolatione ad Martiam, fabulam esse putasse, ea quæ inferos faciunt terribiles. Nec non.

*Plinius.*

*Tullius.*

40 non & Lucretium Epicureum non alibi, quam in hac vita inferos statuisse, qui lib. 3. de Natura ita ait. *Lucretius.*

*At qui animarum etiam quæcunque Acheronte profundo.*

*Prodita sunt esse, in vita sunt omnia nobis.*

Sicut & apud Ouidium Pythagoram.

*Quid Styga, quid tenebras, & nomina vana timetis?*

41 Non inquam mirandum est, ita hos autores sensisse, lumine carentes fidei. Nam & qui ad verum accedere visi sunt fabuloso loqui videntur stylo. Sed mirum valde, profecto, quæ ab Ethnicis sunt prodita cæcis, cum nostra fide quodammodo consona inueniri: ac proinde à nobis huc congesta. Tenebræ igitur interiores & exteriores, quid significant in sermone sacro hucusque dictum est.

S O L I D O L V M V E L  
eius cultus vanus.

S Y M B O L V M . 9 .

42 **A** Deò certum est, quod de tenebris diximus hucusque nimirum in malum ferè semper sumi, ut nigredo etiam quæ quædam caligo est, in malum sumatur. In arcano enim sermone non inconuenienter nigredo ærumnarum & afflictionum electorum in hac vita Symbolū putatur, secundū illud sponsæ Cant. 1. Nigrasum, sed formosa filia Ierusalem. Est enim nigredo veluti quædam vultustenebræ, colorque lugubris, luctumque significans, qualem habent iusti in hac lacrymarum vallē, expectantes beatam spem. Sed hæc nigredo exterior, quamuis deformē reddat apud stultum vulgus, ut ta bernacula Cedar, sed apud sponsum Christum multis modis exornat eam ista nigredo. *Visi sunt enim iusti, oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.* Magis autem proprie nigredo ista peccatorum hominum nigras per malitiam & deformes animas designat, quo significatu, tenebras etiam peccatoris statū significare ostendimus. Huc spectat quod Psal. 7. est

Q<sub>5</sub> oratio

*Canti. 1.*

*Sapient. 3.*

*Psal. 7.* oratio Dauidis calumniam patientis apud Saulem, & iuxta  
 Hebræum Siggaiion Dauid. &c. Id est, Psalmus Dauid, quē  
 cantauit Domino pro verbis Chroosi filij Iemini, ut patet ex  
 2. Regum. lib. capit. 16. admodum illius cantilenæ (iuxta,  
 quosdam) cuius initium erat, Siggaiioni, propterea quæ di-  
 xerat, vel perpetrauerat Chus, id est, Æthiopiæ filius Iemi-  
 ni. Vbi vocat Saulem Chus quod atris esset moribus, quos  
 non magis mutaret, quam pellem suam Æthiops. Vocatq;  
 filium Iemini, id est, Beniaminitā: nā Iemini fuit tritauus Sau-  
 lis, & Cis atauus, ut constat ex. 1. Reg. capit. 9. Nigredo ita-  
 que deformitatem ex peccatis contractam denotat. Quæ  
 ideo protulimus in medium, quo locus ille Cantico. 1. No-  
 lite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me sol,  
 qui basis est nostri Symboli noni, ex hoc, ut cunq; pate-  
 fiat. Sol etenim ibi cultum idoli Solis, exprimere videtur.  
 Nolite me despiciere (textus Hebræus habet) quod fusca  
 sum, nam decolorauit me sol. Ex aspectu & ardore solis,  
 qui nigerrima solet reddere corpora, suam sponsa nititur ni-  
 gredinem excusare. Nigredo autē apud Ægyptios antiquos  
 foliserat Symbolum, scarabæumque magnopere veneraban-  
 tur, animatam Solis putantes effigiem, quod in lib. de abstine-  
 tia carniū edocet Porphyrius. Vnde quamuis apud Persas  
 Sol quem Mithram vocant, sub imagineque Leonis cum co-  
 rona adorant, magno fuerit in pretio, Ægyptij tamen primi  
 omnium Solem & Lunam Deos putarunt θεοι illos appel-  
 lantes quod ambitu eterno circumagi ac currere viderentur:  
 Solem Ofirim dixerunt, sicut & Lunam Isidem. Propterea  
 Deus Optimus Maximus populo Iudæorum grauissimis  
 comminationibus, adorationem Solis, & lunæ prohibe-  
 bat: potissimumque adorationem solis. Nam in terra Rame-  
 ses (quæ in Hebræorum ditionem cesserat cum in Ægy-  
 pto versarentur) fuerat circa Heliopolim collegium sacer-  
 dotum præclarum, Solis cultui consecratum. Vnde euenit,  
 ut exemplo provincie, sacerdotumque autoritate, falsa pro-  
 fessione sapientiæ persuasi, Solis cultus & veneratio profun-  
 de animos eorum occuparet: & tantum ista longa Ægyptio-  
 rum familiaritas potuit apud illos, ut Reges etiam publice So-  
 lis

lis idololatriam profiterentur. Hinc est profecto quod. 4. lib.  
 Regum. capite. 23. Legimus Iosiam Regem omnem solis re-  
 ligionem, quam maiores sui ingenti statuissent studio, &  
 equos, quos Iuda Reges Soli dederunt in atrio templi Domi-  
 ni, funditus euertisse, & solis quadrigas igne combussisse.  
 Et Ieremias. cap. 34. voce Domini pollicetur, se statuum so-  
 lis demoliturum. Et Ezechiel capit. 8. inter cætera illius po-  
 puli flagitia, ut grauissimum commemorat, adorationem  
 & cultum versus Solem. Itaque Hebræi perfidi, Deum,  
 qui illos genuit derelinqentes, ut verbis Mosaicis utar, obli-  
 tique Domini Creatoris sui, Solem coluerunt. Quapropter  
 colligere licet spōsam cū canit se à sole decoloratā, nomine So-  
 lis omne genus dicere flagitij, & sceleris, illam denigrasse,  
 & offuscasse, idololatriam autem præcipuè, quæ in Synago-  
 ga (ut dictum est) viguit maximè. Et Chaldæus interpres in  
 eundem sensum locum exponit. Inquit enim voces istas ni-  
 gredinem excusantes vniuerso cætui Israel esse accommo-  
 dandas, quasi alloquatur vniuersos populos, & nationes.  
 Nolite, inquit, me despiciere, quod vobis video nigrior soli-  
 to, quia feci iuxta opera vestra: Solem & Lunam adoravi.  
 Quam vero dolendum sit, quod ista mulier, vetusque Syna-  
 goga alium præter suum adamat sponsum, fueritque à Sole  
 denigrata & offuscata idololatriæ caligine: tam iucun-  
 dum est, quod nostra noua nupta de coelo descendens, à So-  
 le vero, iustitiæ fonte, lumine fuerit condecorata, &  
 ceu quodam vestimento aureo amicta. Verum  
 hæcenus de hoc Symbolo, aliud non  
 dissimile apponamus.

SOL

SOL BEELZEBUB, BELVS 55  
& Bahal.

SYMBOLVM. 10.

**S**OLEM diximus & monstrauius, idolum Solis vel eius cultum in sacris denotare; nunc denuò adijcimus Solem ipsum Beelzebub in sacris appellari literis, sicut & Beel atque Bahal. Venerati sunt quippe ingrati Hebræi Solem, & non solum Solem, sed & Serapin illum Ægyptiorum Deum, vt optime ostendit super Eusebium in *Abulensis.* Chronicis Abulensis & S. Clemens Romanor. lib. 1. Recog. prope med. in persona D. Petri Apostoli id testatur. Vitulum enim conflatile, vana & falsa religione Ægyptiorum imbuti in deserto adorauerunt. De Deo autè illo Ægyptiorum plures *Plinius.* auctores meminere, & Plinius ex eis in l. 8. sic de illo inquit. Bos in Ægypto numinis vice colitur, Apin vocat, in signe ei in dextro latere cādicans macula, cornibus Lunæ crescere incipientis, nodus sub lingua, quem cātharū appellant. Quē nodū præclare enodat *Porphyrius* lib. de abstinentia carniū, scarabæum, qui sub lingua est eum vocās. Sic enim ait. *Scarabæum animal, rerum diuinarum indocti abominantur, quod Ægyptij summopere venerantur animatam solis effigiem putantes. Lunæ prætere a taurum dedicauerunt, quem Apin nuncupant, nigrum præ cæteris, & signa Solis atque Lunæ habentem. Mutuatur enim ex Sole Luna. Solis Symbolum est coloris nigredo: nam & Solis ardor nigriora reddit humana corpora: & qui sub lingua est scarabæus. Luna verò coloris diuisio.* Plura fide isto boue nosse cupis lege *Solinus.* simiam Plinianam Solinum in Polyhistor. Coluerunt igitur Hebræi vitulum, siue taurum istum in deserto, superstitionis & idololatriæ reliquias ab Ægyptiorum nimia consuetudine trahentes. Qui (vt refert Rufinus lib. 2. c. 23. hist. Eccl. ex alijs) simulacrum Apis consecrarunt Iosepho, propter beneficium frumenti seruandi. Quod proculdubio scelus est grauissimū, apud Deum odibile, vt quod maximè. Vnde S. Iob *Iob. 31.* cap. 31, suam rectè transactam commemorans vitam dicebat:

Si

*Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare & latatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo*  
 Quilmos etiam mundo inolcuit, vt reuerentiæ gratia, ex osculatur id quod, porrigimus, idque potissimum, si literæ sint. Et cum salutant aliquem, ex osculor tuas manus, dicunt nostrates. Osculari itaque manum apud Iob, adorare significat iuxta hanc, quam modo sequimus expositionem. Sed de hoc alias. Erat autem Sanctus Iob à peccato idololatriæ Solis, quod Hebræis ex Ægyptiorum familiaritate, altissime infederat, alienus valde. Sed iam Solem Beelzebub vocari, siue Beel, vel Baal, ostendamus, quod Symbolum præexigere videtur, vt originem adorationis & cultus Beli altius repetamus. Idololorum cultum multis ex causis hortum habuisse indubitatum est. Etenim cum omnes mundi habitatores, vno eodemque sermone, & linguæ idiomate suos conceptus explicabant, & à Noe iusto ducebantur, & docebantur: credibile est, quod omnes sicut erant labij vnus, essent & vnus religionis, & cultus Dei. At postquam ab humilitate & pietate descuerunt, turrim illam superbam, contra summi verique Dei beneplacitum, ædificare volentes lingua, sermone & mente confusi sunt, ac subinde in varias longinquasque regiones adeò dispersi, vt iuvenes deberent aliorum esse magistri, sibimet necessaria nescientes. Qua propter cum cæci væcorum fere duces essent, omnes pene iuxta Euangelicam veritatem in foream ceciderunt. Sicut enim in linguæ & sermonis idiomate diuisi sunt, & sic in religione & cultu Dei, dispareres & varij, & vani sunt effecti. Alius quidem solem, & lunam, alius verò stellas & alius ignem adorabat. Quamuis autem dubium sit, quod quidam putant Nemrotum homines ad ignem adorandum compullisse minis, & terrore, ne scilicet, vt ex aquæ inundatione totus perierat orbis, etiam totus igne conflagraret, tamen certum est Romanos metus causa res aliquas nimium ab eis formidatas adorasse: tertianam, videlicet, & quartanam, pallidum que colorem, colorisque defectum, qui cum timore & pauore adueniebat, ipsumque pauorem. Cui rei Tullius *Stilius*

filius eorum Rex tertius, principium dedisse dicitur. Is quippe cum vidit se in bello ab hostibus circumdatum, ab amicis que pentus desertum, pauore perterritus, & animo consternatus, totiusque pallidus effectus, necnon & febricitans aliquantulum, his rebus, dum modo euasisset, tempus nanciscentem opportunum, se illibatæ diuinitatis honorem exhibiturum vouit. Verum ex radice, alia idololatria ortum habuit multo antea. Ex adulatione siquidem & ex amore primitus videtur exorta. Nam ex amore coluerunt illius antiqui sæculi Saturnalis homines, Saturnum & ipsius filium in Creta Iouem, Astricti enim eius beneficijs, diuinos illi impendunt honores. Sic hoc enarrat Enemeri Græci historia, quam reddidit Latinam Ennius, idque refert Laetantius diuinarum institutio. lib. 9. & Abulensis super Eusebium parte. 2. cap. 53. Ex adulatione autem omnis idolorum cultus post diluuium videtur initium habuisse. Serui nempe Nini Assyriorum Regis filij Beel, herum suum videntes in memoriam patris, quem summè diligebat, ad eius aspiciere statuam, quam condiderat, in eius memoriale, ad eam siquid mali commisissent, tanquam ad sacram confugiebant anchoram, siue aram. Et sic à filio veniam impetrabant; vtque ei magis complacerent, Belo patri, diuinos honores exhibebant, genua coram eius statua flectentes, Deumque plenis (vt aiunt) buccis, compellantes. Laudauit Ninus seruorum inuentum, instituitque sacerdotes, qui Belo patrilitarent. Vides iam adulationem fuisse principium idololatriæ. Postea verò regum tyrannide inualecente, magisque sæuiente, ob metum multi Belum adorabant. Nam sic legimus Daniel. 4. Nabuchodonosorem sexaginta cubitorum statuam adorari fecisse. Et Iudith. 2. Nabuchodonosor, Olopherni duci suo, deos omnes alios destruere præcepit, vtque, efficeret & præstaret, vt solus ipse Nabuchodonosor coleretur. Plures idololatriæ origines comperies Sapia. 13. capit. & 14. & quam de Belo retulimus. Primus itaque, qui vt Deus veneratus est, fuit Belus ( inquit Eusebius ) quem quidem eum Saturnum vocauerunt. Sed hoc stare non potest, quoniam Belus non fuit Iouis pater, sed Saturnus. Ad hæc Saturnus Græcus fuit, Belus autem ex Asia, & Assyriorum terra in

Enemeri.

Ennius.

Laetantius

Abulensis.

Dan. 4.

Iudith. 2.

Sap. 13. &amp;

14.

65

66

67

68

69

in

70 in Chaldaea, ibique versatus fuit. Eius ergo cultus per varias nationes & gentes cepit propagari. Quare quidam eum vocauerunt Beel, alij Baal, alij Beelzebub, & Beelphegor. Legimus autem Solem lingua Phœnicum Hel appellari, vnde & Helios, & heliotropium. Hel autem idem est, quod Beel, siue Bahal. Quem certè Hebræos coluisse, clarius & notius est quam quod ex sacris literis ostendi debeat.

*Tunc coluere Bahal, nunc elegere Barabbam,*

71. (Sedulius ait.) Erat quippe Bahal idolum Samaritanorum ex. 3. Regum. 16. & eius altare destructum fuit, Iudicum. 6. & sacerdotes illius occiduntur. 3. Regum. 18. Colebaturque Beelzebub siue Bahal maximè, in ciuitate Acharon. 4. Reg. cap. 1. Nam Ochozias ægrotans misit nuncios dicens ad eos. Ite & consulite Beelzebub deum Acharon, Vtrum viuere queam de infirmitate mea hac? Beelzebub autem (iuxta quosdam) vir muscarum interpretatur, ex eo quod ad abigendas muscas, quidam seruus fuerit institutus, cæterum ad nomen idoli extensum est. Quod verò Remigius docet Iudæos perfidos ob ironiam & contumeliam Christo Matth. 12. cap. obiecisse, quod in Beelzebub principe dæmoniorum, dæmonia eiciebat, vt eum nimirum Beelzebub, id est, virum muscarum appellarent, ironicè, non videtur probabile. Sed cum doctissimo Abulensi tomo. 4. super Matthæum cap. 12. quæst. 62. dicendum est ex principatu & primatu Beelzebub inter alios dæmones dixisse Iudæos illos, Christum in Beelzebub principe dæmoniorum eicere dæmonia. Quod & optime Christus impugnavit & expugnauit. Sciendū quippe est Ethnicos Iouē vt potentissimū, Apollinē autē vel Phœbū seu Bahalem, vt sapientissimum fuisse veneratos. Notior autem erat illis Apollinis sapientia, ex frequentissimis oraculis, quæ reddebat, quam Iouis potentia. Potissimum autem hoc apud Hebræos, qui Apollinem adorabant magni ponderis erat. Vnde & Ochozias (vt dictum est) illum consuluit oracula reddentem in Acharon. Hinc ergo colligere licet, Beelzebub siue Phœbum, vel Apollinem vel Belum, seu Bahalem (idem enim hæc omnia significant) dæmoniorum principem existi

Sedulius.

3. Reg. 16.

Iudith. 6.

3. Reg. 18.

4. Reg. 1.

Remigius.

Matt. 12.

Abulens.

74.

sti



stimasse. Nam (vt habebant ex Psalmis) omnes Dij Gētium dæmonia. Vel forte principem dæmoniorum illum appellabant, ex prioritate illius & primatu, quem habere putabant ex eo, quod primus post diluuium pro Deo adoratus est apud multas nationes. Quo sensu nos primum vocamus præcipuum, & principem primatem, & primatum ipsum principatum. Porro quod apud Tartaros dicitur Cham, scilicet, summus, princeps, & Dominus, apud Turcas & Hebræos dicitur Sultan, & apud Moscouitas Basilius; apud Seruios, Despota, sic & apud Babylonios Bahalis nomen in vsu fuit & hinc princeps dæmonum denominatus est Beelzebub ex Beauxami in Harmo. tom. 2. Et Iustinus martyr, q. 82. ad orthodoxos, hoc nomen, vt & dæmonum cætera ab ipsis, vult homines didicisse, & fuisse edoctos. Iam vero sufficienter ni fallor ostensum est, quemadmodum Beel, siue Beelzebub, vel Bahal, seu Belus: Sol vocitetur siue Phæbus, vel Apollo. Ad idque forte alludit sponsa in Canticis, cum aiebat, se à Sole, quæ colebant Ægyptij, fuisse decoloratam quem cæci Hebræi Deo vero relicto coluere multoties.

Sed habeat hic Decas prima finem,

DECA

Beauxamis  
S. Iustinus.

75

76

77

# DECA S SECUNDA.

SOL ECCLESIAE NO-  
ua Status.

SYMBOLVM I.



78

79

80

NAM eandemque rem, diuersarum esse Symbolum in sacro arcano sermone non semel aut bis demonstrauimus iam in nostra Isagogæ. In Sole autem res ista apparet manifesta. Nam dæmonem eiusque cultum, & præcipuè Christum Dominum in sacris significare, ex superioribus est planum, quemadmodum insuper Ecclesiam nouæ statum exprimat aperiamus Deus in Sole, id est, in Christo, vel in eo, quod circum agit Sol, posuit tabernaculum suum, id est, Ecclesiam suam. Quare & Catholica, & vniuersalis dicitur. Quodam modo verò sicut, & de Ecclesiam capite Christo cecinit Rex & pastor, vatesque Dauid, quod permanet cum Sole & ante Lunam Psalm. 71. Et de membris eius Dauidis filius sapiens prodidit, quod sapiens, iustus, scilicet, permanet vt Sol, stultus autem vt Luna mutatur: Sic & de Ecclesia dicere possumus, quod in Sole posita est, & permanet cum Sole & ante Lunam. Nam nisi regnum Christi foret æternum in Ecclesia, quæ regnum eius dicitur, non permaneret, Ecclesia cum Sole & ante Lunam, quæ tabernaculum Dei, à Dauide appellatur positum in Sole. Ex quo Manichæi impij ansam sumpserunt afferendi, Solem adorandum: ipsumque adorandi, ceu tabernaculum ac perpetuum domicilium corporis Christi, vt docet D. August. li. 20. contra Faustum, nulla ibi facta me-

R tio

Psalm. 71.  
Eccle. 27.

D. Aug.

tione nominis Origenici. Quod ideo dixerim, ne quis arbitretur, Origenē Manichæis errandi occasionē præbuisse. Origenem nanque accusat Serapion Episcopus Tinuenus contra Manichæos scribens, quod in elucidatione allegorica huius versiculi, scilicet, *In sole posuit tabernaculum suum*, docuerit, Christum, cum in cœlum ascenderet, corpus suum reliquisse in globo Solis: inde verò solam animam, secum supra omnes cœlos, ad dexteram Patris egressisse. Verisimile autē est valde (Vt Sixtus adnotauit) cōmentarios Origenis hoc loco ab hereticis falsatos fuisse, eoque maximè, quod Pamphylus martyr in Apologia demonstrat, hanc sententiam fuisse ab Origene dedita opera impugnatam, in hac ipsa præsentis Psalmi atque versiculi explanatione, his planè verbis ex ipso Origenis cōmentario de sumptis. *Quid est, quod dixit David, In sole posuit tabernaculū suū? Quidam quidem dicebant, quod Saluator noster ascensus ē terris ad cœlum, & corpus suum assumens, peruenit vsque ad eum circum, qui Solis Zona nominatur: & ibi, aiunt, posuit tabernaculum corporis sui: non enim ultra erat possibile id progredi. Sed hæc illi ita sentiunt pro eo quod allegoriam nolunt in scriptura diuina recipere: & ideo pura historia deseruiētes, huiusmodi fabulas & figmenta componunt. Nos vero precamur omnipotentiā Dei, ut nos dignetur audire, & secreta nobis spiritalis intelligentiæ dignetur aperire. Quod ergo à nobis in hoc loco sentitur hoc est. In sole posuit tabernaculum suum. Quæro quid sit tabernaculum Christi, & quæ sit habitatio, in qua tabernaculum Christi collocatur? Habitatio tabernaculi Christi, Sol esse dicitur. Tabernaculum verò Christi, Ecclesiam intelligo. Solem autem, quem alium sentire debeo, nisi illud lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? Ipsum video solem, de quo dictum est, Quia timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. In sole ergo posuit tabernaculum suum, id est, in sole iustitiæ Ecclesiam suam collocauit. Ex quibus planè colligitur, nullum erroris offendiculum Origenem tribuisse Manichæis. Sed & ad nostrū institutum non parum hæc Origenis conducit expositio. Nam iuxta eā Ecclesiæ noue status à Dauide, per eius in Sole iustitiæ Christo collocationem exprimitur eleganter. Ipsa est enim quam vocat Ioannes in reuelationibus suis, tabernaculum Dei. Quæque fundata est in Christo firma petra angula-*

81

82

83

84

85

rique lapide, quem reprobauerunt Iudæi ædificantes. In hoc tabernaculo Christo est, vsque ad consummationem sæculi, & in æternum & ultra. Optimè ergo per collocationē Ecclesiæ nouæ in Sole eius status firmitas designatur. Verū de hoc Davidis versiculo iam supra attulimus nonnulla. Quare de hoc eodem sapientem eius filium audiamus attentī; qui in suis Eclogis, & epithalamio voce sponsi ad amatam sponfam ita alloquitur. *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora con surgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis, vt castrorum acies ordinata?* Vtitur Salomon Buccolico, pastorum more sermone. Principio nanque sponsam assimilat auroræ, secundo loco Lunæ, tertio Soli, quarto castrorum aciei, mirabili ratione ordinatæ. Solent certè pastores dilectas & amicas, Auroræ sibi gratissimæ, astrisque ipsi assimilare. Vt autem reconditos huius literæ sensus referemus, aduertendum maximè non semper ab orbe condito eandem lucem ecclesiam habuisse. Aurora quippe erat, cum naturæ legibustantum duceretur, quibusdamque solum reuelationibus. Sciebat certè quæ ad bene beateque viuendum expediebant: sed non ita diffuse & clare, vt post promulgatam cognouit legē. Vnde ad Moysen Exodi. 3. dixit Deus: *Ego sum Deus Abrahamæ, Deus Isaac, Deus Iacob: & nomen meū non manifestavi eis.* Id est amplā diuinarū rerum cognitionem, qualē tibi. Habebant veteres illi suū exteriorē cultū, altaria, ceremoniasque, & vota, & preces, aliaque id genus: sed nō talis erat ac tantus ille Dei cultus, qualis ac quantus in lege Mosaica seruabatur. Erant vaticinia quædā: at non adeo frequentia, vt post datam legem, quādo nulla inueniebatur ferre ciuitas Iudææ memorabilis, in qua vates non reperirētur. Quare satis apposite status Ecclesiæ in lege nature, Auroræ cōpar ac similibus efficitur, cum lux iam sese in prospectu manifestat: vel etiam status Synagogæ, ab Aegypto recens egressæ, & per desertum ante datam legem ductū Moyse, eiusque rudī, vt ita dicā, & facili instructione, festinatis, status verò eiusdē post datā legē, Lunæ lucidissimō planetæ cōparatur, quando plena erat & amplior cognitio veritatis. Ea enim lucis nomine in arcanis literis appellatur, secundū illud Pauli. 2. Cor. 4. Deus qui dixit de tenebris lumē splendescere illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientiæ claritatis Dei, in facie

Cant. 6.

Exod. 3.

2. Cor. 4.

Iesu Christi. In signum autem quod Synagoga ampliori iam gaudebat lumine, *Splendida apparuit facies Moysi, adeo, vt non possent filij Israel intendere in vultum eius.* Exodi. 34. Lux Lunæ à Sole emendicatur, sic & Moyses à claritate Dei & familiaritate eius, quasi ex coniunctione cum Sole Luna. Vnde & Paulus eandem rem. 2. Cor. 3. exprimens aiebat: *Quod si ministratio mortis lapidibus deformata, fuit in gloria, ita vt nō possent filij Israel intendere in faciem Moysi, propter gloriā vultus eius, quæ euacuatur, quomodo nō magis ministratio spiritus erit in gloria.* *Legem veterem appellat mortis ministrationem, quod oblata occasione, homines suo vitio in scelus & peccatum adigere n̄ tur. Quāuis verò lucida valde erat tunc synagoga, tamen luci Lunæ, quæ defectibilis est nimis, vt cū est Luna filens in coitu assimilatur, eo quod adueniente Sole iustitiæ luere definit, vt ad exitum Solis lux stellarum & Lunæ euacuatur.* Populus sanctus ille vetustus, qua parte se ad Deum conuertebat, velut alter Moses micantibus illustrabatur radijs, qua vero erat ab eo abductus & auersus, tetrissuit ac turbulētis tenebris coopertus, & obscura peccatorum ac errorum caligine circumuallatus. Desiuit autem lucere, vt dictum est: cū Sol iustitiæ aduenit. Ac proinde Ecclesiæ Euāgelicæ & nouæ statum considerans Salomon adiecit. *Electa vt sol.* De Solis autem encomijs aliquid in tertia primæ Decadis Symbolo intexuimus. Ecclesia enim sicut & sacerdotium Christi, de quo cecinit David. Psal. 109. æternū esse, & secundum ordinē Melchisedech sacerdotis Dei altissimi, semper durabit. Perma net quippe regnum Christi sine fine vllō. Prodit Gentiū fabula, Lunā ardere Solem, seu deperire, ob eamque rem flagranti desiderio illū sectari, respicere, colere, venerari, quod ab illo cupiat vehementer, concipere, & vt ab illo mutuetur omnē rationem venustatis, & pulchritudinis. Quæ vna causa fuit vt inter Ethnicos amantes rebus amatorijs crederent præesse Lunā. Ad hūc ergo modū Ecclesiæ veteris statum possimus considerare, omnino ad nouū prospexisse, illumque veluti deperisse, vt sui complementum & perfectionem maximam. In figura si quidem omnia contingebant illis, dicente Apōstolo Cumque status ille esset lunaticus, vt ita loquar, & mutabilis, etiam erat acies spiritualis illius populi debilis & in

& infirma. Non enim in vultum Moysi prospicere audebant Israelitæ. Sed in nostro Ecclesiæ solari statu, quid lucis sit, aucti ex Paulo. 2. Corinthiorum, cap. 3. sic scribente. *Nos autem gloriam Domini speculantes veluti apertis oculis & recta facie, in eandem imaginem transformamur.* Sicut, è contrario Solis positum speculum, radios vt Sol emittit. Cum verò, dixerimus Moysen esse veluti Lunam, Christum autem vt solem, profecto in monte Thabor, solem & Lunam videmus fuisse coniuncta. A deo vt vetus sponsa non iam merito à longe suspirans, & in sponsi absente amoris & desiderio flagrans tota, IESV dicere possit. *Osculetur me osculo oris sui.* In monte Thabor Helias & Moyses cū Sole iustitiæ cōiunguntur, vbi proferunt & cōferunt adinuicē noua & vetera, deque Exodo Christi confabulantur. Fulgent Moyses & Helias sed claritate emendicata à facie Christi, quæ effulsi vt Sol, & plusquā Sol. Postremo sponsus ne putemus sponsam pulchram, sed nō fortē, eam aciei castrorum comparat. Sed quid Sol ibi signet cum dictum sit, quare Lunæ assimilatur Ecclesia amplius ostendamus.

LUNA ECCLESIAE VETERIS STATUS, & INCONSTANTIA.

SYMBOLUM. 2

PRÆcedenti Symbolo obiter exposuimus, quo pacto Luna apud Salomonem, sit imago status Ecclesiæ antiquæ, expedire visum est, in Symbolo præsentis id magis inuestigare, & rationem huius radicis eruere. Significare autē Lunam ecclesiam ipsam in sermone sacro arcano, concors est sententia sanctorum patrum Hieronymi, Gregorij, Ambrosij, & Augustini, Chrysostomi, aliorumque. Accipit nempe lumē à Sole Christo, vt Luna à Sole materiali. Quoniam vero Luna Solē videtur imitari elegāter Cicero in somno Scipionis, discipula m solis illam vocat, multoque potius Ecclesia tali tantoque est nomine dignissima, vt videlicet Christi discipula appelletur, quippeque, & eius præceptis veluti

ancilla & pedissequa, & eius confilijs veluti sponsa adhaereat & amata. Quam recte quidem Alanus ille doctus in mu-  
 nostrae familiae monachus, in parabolis suis inquit:

*A Phæbo phebe lumen capit, à sapiente Stultus.*

Sapientia vero huius mundi stultitia est apud Deum, ac proinde nisi Ecclesia lumen à iustitiæ sole Christo mutuaretur, qui Patris est immensa sapiëntia, lumenque de lumine, obscura esset proculdubio, & sine mente cæca, perinde prorsus ac sine sole Luna. Neque vero Luna de se multis gaudet laude dignis proprietatibus. Nã est vagabunda in signa Zodiaci,

*Ptolomeus.*

*D. Ambrosius.*

*Beda.*

cum malis est mala, ut tradit Ptolomæus. Prænuncia est temporum mutationum iuxta D. Ambrosium in hexame. & Beda. Cum enim pallida est, seu aurea in initio, ventos prænotat. Sin autem nigra sit in superiori parte vel altiori cornu, pluuiosam se in principio futuram ostendit. Quod si nigra appareat versus medium, vel in medio, cum plena fuerit, tempus sine ventis pluuiæque transibit. Cumque videtur Luna super remos nauigantium scintillare, proximam maris agitationem à ventis, docente Beda præmonstrat. Habet quippe dominium in mari magno, & spaciofo valde, cum sit eius crementi & decemti causa. Traduntque Astrologi magnam, in corpora hominum habere potestatem, præ alijs planetis. Quoniam (ut Ptolomæus autor est, in lib. suo, quem in per librum fecit de stellarum motu continetur sub luna, ægritudo, metus, clades, & pavor. Prouenitque ei maxima vis, ex propinquitate & motu circa nos. Vnde Hippocrates in initio suorum prognosticorum de Luna loquens, esse planetam dicit multum à medicis perspicendum, quoniam mirus est valde, super hæc inferiora influxus eius. Medicorum etiam Galenus facile princeps, in principio dierum Criticorum prodidit, oportere medicum hominem in hoc intendere quod est indefectibile, in medicina nimirum in coniunctionem Lune cum stellis fortunatis, id quod & Ægyptij Astrologi tradiderunt. Tunc enim feliciter finem habent ægritudines, & cõtra si Luna cum male fortunatis coniungatur, finem male fortunatum fortiuntur. Vnde iuxta doctrinam Hippocratis, attendat medicus, quando sit plena Luna prima. Nam in plenilunio, omnes ut & mare redundare compertum est hu-

mores.

mores. Oportet ergo cognoscere, quod si eger in lectu incidit cum Luna est noua, crescit tunc infirmitas quousque; Luna ad oppositionem accedit, plenitudinemque recipit à Sole. Quod si tunc Luna ad malum accedit planetam, signumque malum est, ut ad aspectum Martis, vel Scorpionis; anceps manet infirmi salus miseri. Contra verò si propitio & beneuolo adhaerit planetæ, signoque felici dominantis, melius habebit aegrotus, secudum Hippocratem in lib. de iudicijs infirmitatum. In eo cui præualuit Luna, mutabilitas est, & inconstantia huc illucque vagatio oculorumque inæqualitas, vel saltim ophthalmia ratione humiditatis lunaris, iuxta Ptolomæum. Ferrè autem mala influit ac demonstrat, ex se Luna atque mutabilitatis & inconstantiæ significationem ipsa præferre videtur. Audi Nasonem in lib. Metamorph. quintodecimo.

*Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ*

*Esse potest, semperque hodierna sequente,*

*Si crescit minor est, maior si contrahit orbem.*

Luna quippe modò cum Sole coit, modoque ab eo recedit diuersa; sæpe facies induit. Sed & quarta luna nati dicuntur infelices, ideoque iuxta Eustachium in lib. Iliados. 2. quod ea Luna, natus Hercules dicatur, qui tot labores exantlauit, nullam ferè quietem habens. Nolumus autem suam laudem luminari adimere noctis, quod secundum D. Ambrosium in Hexame. est noctis pulchritudo, rorisque parens, marisque dominum habens, temporisque mensura à Deo factum, leuationisque Solis, aeræque mutationis. Pulchra sane Luna est, ab Sole sua trahens pulchritudinem, & venustatem, eiusque proinde, ut iam insinuauimus, imago à Salomone apponitur, cum ait Ecclesiam esse, ut lunam pulchram Canticorum. 6. c. Ut & exponit idem S. Ambrosius ubi supra lib. 4. c. 8. multasque ex Luna mundo commoditates accedere certum est. Verum inconstantiæ & mutabilitatis symbolum esse, quis negare queat? Apud Romanos docet Plutarchus moris fuisse, nobilitate præstantes omnes, lunulas in calceis gestare, cuius non vnã video assignari rationem. Ludouicus Cœlius illam magis placere debere dicit, quæ ideo factitari solitum doceat, ne prospera fortuna insolesceret, suæ & rerum aliarum vicissitudinis & inconstantiæ memores. Pierius lib. 4. titulo, luna & nobilitas, non multum aridè hæc sententia, qui & tra-

R 4

dit

*Hippocrates.*

*Ptolomeus.*

*Ouidius.*

*Eustachius.*

*D. Ambrosius.*

*Plutarchus.*  
*Cælius.*

*Pierius.*

dit in more fuisse istud nobilitatis in signe & Hieroglyphicum apud Arcadas, eosq; ea de causa Profelenes nuncupatos, quod ab Deucalioneo diluio, primi ipsi Lunā inspexisse nascentē se credidere, quodq; putarēt vniuersum humanū genus a quis obrutū periisse, & a se rursus originē propagationis emanasse. Erat verò (vt idē ait) gestamē id, quo vti soliti Arcades, fibula in Lunæ cornua porrigētis speciē, qua calceamēta connectebātur. De qua scōmaticū Herodis dictū fertur in Bradeā vxoris fratrē, qui cū generis sui nobilitatem æquo verbosius apud Romanos ostētare, Ne tu, inquit Herodes, generis tui nobilitatē in astragalis gestitas. Huc & spectat *Martialis*. lunata pellis, id est, calcus apud Martialem. Atque de *Quintiliano* Iruenalis ait: Et nobilis & generosus.

*Appositam nigra lunam subtraxit alata;*

*Aulus Ian.* Aulus Ianus Parrasius in Claudianū de raptu Proserpinæ. l. 2. *Claudianus*. dū illud enarrat.

*Elysiōsque magis mirabere campos*

*Cultoresque pios: illis pretiosior ætas;*

*Aurea progenies habitat.*

Ita scriptum reliquit. Magis mirabere, inquit lōge suspicies: & alludit ad illud Maronis.

*Quamuis Elysiōs miretur Græcia campos*

*Lycophron* Quos in Beotia celebrat Lycophrō in agro Thebano, Diō Plutarchus & Philostratus in insulis Britannicis ad oceanū, quibus astipulātur Euripides, Hesiodus, & Homerus. In Arcadia quoq; redduntur, & in Hispania, quod scribit etiā Strabo Herodotus & Duris, Ægypto cōtribuūt, non procul à ciuitate cui nomē Auasis. Eisdē Deiotari gener Castor ille Romani nominis studiosissimus in lunæ globo constituit. Vnde inslūtū ait, vt qui natalibus apud Romanos præstarent, lunulas in calceis ferrēt, argumēto, q̄ obita morte, rursus animi, subiectā pedibus lunā calcabūt, id quod Lucanus & Papinius affirmauerūt. Reliquaq; subsequētia Claudianū addidisse tradit Ianus, vt non nisi qui cū virtute vixerunt illuc accedere intelligātur. Quare autē in Hispania nostra in Bethica fuerint Elysiij campi constituti, apud Zamorē Occāpo inueniens in sua Chronica exaratū. Itaque iuxta hāc sententiam æternitatis & beatitudinis Lunā Hieroglyphicum in nobilioribus erat.

Apud

Apud Hebræos etiam id in more fuisse. D. Isaias capite: 3. in finuare videtur cum comminatur dicens. *In die illa auferet Dñs ornāmētum calceamētōrū, & lunulas & torques*. Sūt tamē qui lunulas inibi aureas, bullulas explicēt collis circūiectas in quibus est D. Hieronymus hūc enarrās locū, saltē id ornāmētū, in modū fuisse Lunæ, negari nō potest, cū nomē id præfērat, ab Ethnicisq; vsque ad Hebræos profluxisse, qui cum eis valde cōmunicabāt, morē illū lunulas in calceis gestādi, dubitandum nō videtur. D. August. Lunā pro mutabilitatē poni in sacris, docet in p̄sa. 60. tomo. 8. glossaque & Lyranus in illud Apocalypseos. 12. *Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius*. Per lunam omnia mutabilia & secularia intelligunt. Et quidē iuxta prædicta, Ecclesia sole iustitiæ amicta; Lunam que calceans, quid aliud est, quā diuinum quoddam Hieroglyphicum futuræ beatitudinis, in qua lunam calcabūt iusti? Et si ad nobilitatē referas, vos, inquit D. Petrus ad fideles veros, genus electum regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis. Hic est populus ille, quem Dñs Abrahamo promisit, multū, vt stellas, cœli futurū, pellucidū atque præclarum. Stellæ profecto supra lunā sunt, eamque quodammodo calcāt, sic & iusti in futura vita: at in præsentī mulier illa amicta Sole, Christo, scilicet, vestita suo, omnia fluxa, caduca & peritura huius mūdi, que vanis mulieribus ē collo pēdent, vel super capita gestari solent sub lunularū symbolo, conculeat, despicit, sub pedibusque habet. Coeterū, si quod mihi in mentē venit est dicendū, videtur mihi populus à Deo desciscēs per apostasiā à fide qualis est hereticus grex, perfidaque Hebræorum Synagoga nomine lunæ significari apud Ioannem. Erat quippe vetus illa synagoga varia & mutabilis, peruersa & stulta, multoties in multis filiis suis. Quam enim non sibi cōstas, quamq; non semper vna fuerit, vel ex solo Moyse cantico Deuteronomij satis abūde patet. Vtque & quam ob causam, vetus illa, Deo quondam amabilis, nunc autem nimis exosa, infensaque, ob eiusdem Dei filium crucifixum & abiectum, Ecclesia, lumen amiserit, & cum lumine honorem, vagabundaque sit, & sine rege sine sacerdote, & vate, videmus omnes, illiusque miserimum vicin & obscurissimum statū. Hāc ergo lunā sub pedibus habet ecclesia licet rebellē & recalcitran-

R s tem

tem, de qua & illud intelligo. Psalmus. 109. à Deo patre, 21  
 dictum Christo suo. *Donec ponam inimicos tuos, scabellum pe-*  
*dum tuorum.* Pedes, Ecclesiæ pedes utique Christi sunt cum  
 sit Ecclesia vestita Christo, Ecclesiæque caput Christus sit.  
 Eiusdem sunt & caput & pedes sub quibus sunt lunatici &  
 phrenetici Hebræi increduli. *Stultus*, inquit sapiens Eccle-  
 siastici. 27. *ut luna mutatur, sapiens autem permanet ut sol.* Iu- 22  
 stum vocat sapientem, nam quantumcumque abundet sa-  
 pientia, omnis peccans est ignorans. Protritum est illud apud  
 nostrates, *Aquel que se salua sabe que el otro no sabe nada.* Et  
 quis stultus & amens adeo, ut Hebræus populus, qui huc  
 vsq; cōtra stimulum recalcitrat & veritatē, & in moribus, lo- 23  
 cisque varijs, millies ut luna mutatur. Quis vero iustus & sa-  
 piens, nisi qui in Christum per fidē viā credit, qui rex est cū  
 seruire Deo regnare sit, cuiusq; regnū permanet ut Sol, seu cū  
 Sole? Dicunt isti maledici, mala aduersus Dñm & aduersus  
 Christū eius in maledictis conciliabulis suis adhuc etiam sub  
 pedibus Ecclesiæ positi ut luna, in glorijs, & sine luce iacētes  
 & prostrati, *Quæ admodū* inquit Patriarcha noster Bernardus in 24  
 sermone de natiuitate Ioannis Baptiste, *Luna sine feruore, modo*  
*plena, modo exigua, modo nulla videtur mutatum quidem lumen, nū-*  
*quam in eodem statu permanet, sed crescit, deficit, & extenuatur, an-*  
*nihilatur, & penitus non comparat. Sic qui conscientias suas in alie-*  
*nis labijs posuerunt, modo magni, modo parui sunt, modo nulli, secun-*  
*dum quod adulantium linguis, vituperare, vel laudare placuerit.*  
*At vero iustus permanet ut Sol. Solis splendor igneus est & cum* 25  
*feruet acrius, etiam oculis lucidior exhibetur. Sic sapientis ardor in-*  
*ternus foris lucet, & si non datur ei vtrumque: curat semper magis*  
*ardere, ut pater qui videt in abscondito reddat. Hæc D.P.N. Ber-*  
 nardus. Quæ ideo inteximus, ut locus iste appareat populo  
 illi stulto conuenire, cui magis placuerunt externa, quam in  
 terna etiam. Illis verbis à Deo admonitus cum erat, popule 26  
 meus qui te laudant ipsi te seducunt, quique in alienis la-  
 bijs constituit gloriam suam, volens nimirum Christum tē-  
 poraneum esse regem, imperioque potentem, non autem hu-  
 milem abiectumque, & prima facie contemptibilem. Arde-  
 bant Christum, sed suis pessimis desiderijs accōmodum. At  
 iustus non sic, sed credit Christo & permanet ut Sol, nonque  
 in

in diuersos rapitur inconstans errores. Eo autem ipso, quo  
 27 quis stultus ignoransque peccator est, varius est & multiplex *Origenes.*  
 & non vnus. Nanque secū idū Origenem. hom. vnica in li.  
 Reg. *Vnus ad laudem pertinet iustorum ut: 1. Reg. 1. Erat vir vnus*  
*de Ramathain. Nos qui adhuc peccatores sumus, nō possumus istū*  
*titulum laudis acquirere, quia vnusquisque nostrum, non est vnus*  
*sed multū. Intuere alicuius vultum irati, nunc iterum tristis, pau-*  
 28 *lo post rursus gaudentis, iterum turbati, rursus lenis, in alio tempo-*  
*re de rebus diuinis consulentis, paulo post vero, quæ ad auaritiā;*  
*vel quæ ad gloriā sæculi pertinet molientis. Vides quomodo ille,*  
*qui putatur vnus non est vnus, sed tot in eo personæ videntur esse,*  
*quot amores, quia & secundum scripturam, stultus, ut luna muta-*  
*tur. De iustis non solum per singulos vnus dicitur, verum & omnes*  
*vnus competēter dicuntur.* Aliaque in hunc modum Origenes  
 29 ibi contexit, quæ ad mysticum sensum spectare videntur, ad  
 iuuantque significatum quod persequimur, quo adeo mutabi-  
 lis in varias formas peccator, & Synagoga nomine lunę sig-  
 nificatur. Ac proinde nouam nuptam Hierusalem vidit Ioan-  
 nes de cœlo descendentem Sōle amictam, hoc est Christo vi-  
 30 ro suo, lunāq; sub pedibus habentē. Sol quippe iustitiæ Chri-  
 stus, vir est Ecclesię, caputque mulieris vir est dicente Paulo. *1. Cor. ii.*  
 Rectissime ergo, in capite Ecclesię videlicet Christo corona  
 duodecim stellarum cernitur, ex duodecim nimirum Aposto-  
 lis, vel ex eorum prædicatione contextam. Hæc enim pru-  
 dens mulier & noua mater coronatur à filijs suis: illa verò  
 31 vetus altera dolens ait: *filij matris meæ: ex carne videlicet, & Canti. 1,*  
 ex sanguinibus nati ut Ioannis verbis vtar: *pugnauerunt con-*  
*tra me, idololatriæ nimirum totos se dedētes. Generationem*  
 igitur hanc prauā & adulterā sub pedibus habet nostra vere ma-  
 ter Ecclesia, quæ ex casta & vere pulchra generatione suā mi-  
 32 rā cōponit coronā. Sicq; manet diuina sapiētia coronata à fi-  
 lijs suis. Illi siquidē quos scuto bonæ voluntatis suæ benignita-  
 tis videlicet, & magnificentix coronauit; coronant ipsi ma-  
 trem suam. Sed & Christus diademate à matre sua in Salo-  
 monis epithalamio legitur coronatus sub eiusdem Salomonis  
 33 persona. Sed de hoc alias. Utq; eo vnde digressa est, reuertatur  
 oratio, luna cōmuni summorum Theologorum consensu,  
 Eccle

Ecclesiam significat, veteremque præcipue vt videtur nobis, estque iam explicatum in illaque visione Ioannis, in constantiam, & mutabilitatem, siue hoc ad perfidos Hebræos, siue ad hæreticos, vel Sarracenos accom-<sup>34</sup> modes. Omnes enim isti sciissi, vt stulti & tardi corde ad credendum ijs, quæ loquuti sunt prophætæ, leuesque corde, omnique doctrinæ vento agitabiles. Quam non sibi mutuo cohærent, sed in varias sectas scinduntur, Arabes Afianique Mahometici, & potissimum Lutherani, id-<sup>35</sup> que genus homunciones, & tenebriones. Sunt isti plane lunatici, phreneticisque multo mutabiliores, quos sub pedibus habebit Deo duce Ecclesia, quæ vsque in finem mundi duratura est. Patitur equidem ærumnas calamitate- que maximas: sed tandem à Christo deducetur victrix canens in psalmis.

S O L I N T E L L E C -  
tus est.

S Y M B O L V M. 3.

**M**VNDOS esse tres à scientissimis hominibus traditum esse video. Esseque primum siue sum-<sup>36</sup> mum, angelicum siue intellectualem. Cuius Plato commemorat in Phædro, pro dignitate encomijs & laudibus efferi vlla sermonis copia negās. In illo quippe inuenire esse angelorum nouem miros ordines, totamque illorum politiam & Rempublicam Mundum autem secundum celestem, ex orbibus compactum coelestibus, appellarunt veteres. Tertium denique & infimum sublunarem, hominis mansioni, & maiestati videmus contributum, sed quem tenebrarum vocat conceptaculum. Nec me clam est doctissimos sentire viros, omnes hos mundos vnum esse. Sunt<sup>37</sup> Aristotel. & qui astruant, quartum mundum, non vtique minorē solum, vt mentionē eius fecit Aristoteles in Physica auscultatione, & tritū est passim & vulgare: sed magnū & maiorē mūdo, in quo

vno

vno, quæ in alijs sparsa videris, simul copulata & coniuncta cernere possis. Qui sane non est alius quā homo. In eo, quæ dixi palam comperies, si illum in tres partes distribueris. Sitque<sup>38</sup> caput prima, & summa, mox secunda & media ab collo vsque ad umbilicum assignetur, & residua corporis imā, pars, vltima agnoscantur. In capite sensus vigent, & agnitionis sedes est reposita, & in pectore latet cor, continens vitæ principia & motus & calor. Inferior mūdi portio rerum semina, præ habens, per homines refertur generatiuam facultatem. Inuenies quemdam & mundum Angelicum, intellectum, scilicet,<sup>39</sup> & eius pedisse quam voluntatem. Habent & ista vicem luminarium. Nam vt oculus mundi dicitur Sol, vt demonstratum est iam à nobis, sic & voluntas oculus vocatur Matthæi. 10. *Si oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum erit.* Intentio enim quidam oculus est, non quæuis intentio, sed quæ præ uia & ductrice regitur ratione recta. Cuius caelestis orbis serenitatem tranquillitatemque vt assequi possimus ostēdit & cecinit Saphico illo adonico. lib. 1. de consolat. Philoso. metro, 7. Boetius,

*Tu quoque si vis,  
Lumine claro,  
Cernere verum,  
Stamine recto,  
Carpere callem,  
Gaudia pelle,  
Pelle timorem,  
Spemque fugato,  
Nec dolor adsit.  
Nubila mens est,  
Vinctaque frenis  
Hæc ubi regnant.*

Boetius.

Voluntatem ego & intentionem Lunæ libenter assimilem, Solis nimirum rationis & intellectus insequentem lumen. Quod filuminaria quædam in arcano sermone Ecclesiastes. 12. cap. oculi vocantur à sapiente, Sol videlicet, & Luna; non impari iure, vocandus est intellectus nomine Solis. Sit & quidam simplex oculus voluntas bona, quæ & arbor bona in recondito Christi sermone nūcupatur. Nam D. Ambrosio

Ecclesiastes. 12.

*D. Ambro.* brofio autore, affectus tuus operi tuo nomen imponit. Habēt que Theologi ab fine morales & humanos aētus speciem accipere. Appellatur & intellectus diuinus mūdialis machinæ supremus architectus, à Platone Sol. Et religio nostra Solem vocat diuinum Verbum, intelligendi sempiterno genitum actu. Est & valde similis intellectus noster materiali Soli. Sol enim ille visibilis generat multa que producit, nec sterilis & infœcundus est noster intellectus. Castissimo namque conubio & copula producit verbum, quosdamque filios spiritales, dum in auditorum animis disciplina ingeminatur & gignitur, & coalescit: generare videtur. Hac dicendi metaphora sapiens videtur vsus, cū aiebat. Audi fili mi disciplina patristui. Sed & D. Paulus. *Filioli*, inquit mei, *quos iterū parturio, donec formetur Christus in vobis.* Lābebat quodāmodo filios suos spiritales Paulus. Ecce quidā diuinus conceptus & partus. Appellat & fratres & sorores & matres Christum eos, qui voluntatem Patris sui faciunt. Neque adeo beatam fuisse innuit, Deiparam matrem suam, ex corporeo conceptu, quā ex maternitate illa spiritus & diuina profus. Quin imò (dixit Luca. 11. c.) *Beati, qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud.* Non ergo debet intellectus noster sterilis permanere, cum tam valeat esse ferax, & abundans partibus. Sol ille corporeus vnus est in orbe, sic & vnus in corpore vno, homineque vno. Teneret sanè magis similitudo, si vnum cum *Auerroes.* Auerroes in omnibus agentem intellectum agnosceremus. Sed delirauit exlex. Vna in homine est anima & in vna vnus intellectus, & in singulis animabus vnus numero ab alijs distinctus intellectus. Omnia visibilia Sol illustrat, luceq; perfundit, multoque magis id competit lumini intellectus. Phantasmata illuminat, lucida & ceu diaphana facit intellectus agens spiritaliter. Intelligimus autem per conuersionem ad spectra illa, quoniā pro statu isto, cognitio nostra omnis incipit à sensu. Vt ergo sine Sole mundus, constare nequit, sic & sine intellectu homo. Hominem enim sine intellectu & mente, quasi mundum sine Sole dixeris. Appositissime igitur in arcano sermone Solis nomine, intellectus fidei viuæ lumine illustratus designatur. Nā tenebriones illi, de perditione extremè, in iudicio dānati ingemiscēt sine fructu dicētes, iuxta Salo-

Salomonē Sapien. c. 5. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis: & Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Quod periude est, ac si dicant. Sic mente cæci & tenebriones ambulauimus per vias non bonas, nolentes fidem rectā habere dūctricem, ac perinde errauimus à Christo; quia veritatis via est, veritas & vita. Amētes hactenus fuimus, lumē vultus Dei supernos signati, renūentes sequi. Adduximus & Symbolo. 3. Decad. 1. D. Gregorij huius loci explicationem, qua sol intelligentiæ Christus, dicitur; sine quō mundus in tenebris permansisset, quam tantum abest, vt abijciamus, vt & ex osculemur, veneremur & suspiciamus. Sed ex Michææ cap. 3. alium proferamus locum: *Propterea, inquit Michæas, voce Domini, non vobis pro uisione erit, & tenebra vobis pro diuinatione, & occumbet Sol super prophetas & obtenebrabitur super eos dies.* Hoc est dabit pseudopropheta Dominus in suorū scelerum & flagitiorum pœnam, cæcitatē mentis profundā densasque tenebras mentis oculis offundet. Quare Sol illic intellectum significat, & occumbere Solem, est intellectum eclipsim quandam pati, adijcit & Lyranus defectum prosperitatis pronuntiarī à Michæa. Nec indocte sanè, cum nomine lucis, & lucidorum prospera & foelicia designari in sacris videamus. Sic & cū luminaria tristitia & nubibus obteſta describuntur, calamitatem important haud parua. Sitque pro exemplo caput Ezechielis. 34. vbi promittit Deus se diuos liberaturum de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerāt in die nubis, & caliginis: id est, afflictionis, & calamitatis magnæ. De die etiam iudicij, quæ dies appellatur tenebrarum Dominus ait, *Exunt signa in Sole & Luna, & c.* Ad eundem ergo modum possumus cum Lyranolocum interpretari: *Occubet Sol, videlicet, agnitionis veritatis, claritasque occidet prosperitatis.* Iuxta hunc sensum accipiendum est & illud *Isaiæ cap. 60. vbi loquens de Hierusalem ait: Nō occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam & complebuntur dies luctus tui.* Sic & accipiendum illud ex cap. 30. *Et erit, inquit, lux Luna sicut lux Solis, & lux Solis erit septemplex, sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit.* Quod equidem post diē iudicij videtur adimplendum

*Vide Decad. 1. Symbolo. 3.*

*D. Gregorius.*

*Michæ. 3.*

*Lyranus.*

*Ezechielis.*

*Luca. 21.*

*Lyranus.*

*Isaiæ. 60.*

*Isaiæ. 30.*



- Apoc. 10.* plendum fore, cum & reliquæ Israel ad Dominum conuertentur. Non fecus & Apocalypsi. 10. capit. facies Christi ponitur vt Sol, quod ad gloriam & beatitudinem animæ Christi spectare existimo, vt & in monte Thabor. *Facies eius resplicuit vt Sol, & vestimēta eius facta sunt alba sicut nix.* Cōtra magnam calamitatem illud Amos. 7. *Occidet sol in meridie.* & Iohel. 2. *Sol & luna obtenebrati sunt.* Id quod ad diem iudicij referri valet. Solem item & Lunam significare pulchritudinem in canticis sicut & parentes Iosephi Patriarchæ in eius somno cap. 37. Genesis. notius est, quam quod debeat indicari. Sed non singula Solis symbola sigillatim recēdere, sed precipua, & quæ ad alia sternunt faciem viam in animum induximus, & sic constat solem mentem designare,

S T E L L A C H R I S -  
TUS.

SYMBOLUM. 4.

- D. Isidor.* **Q**VVM de Sole & Luna nonnulla dixerimus hætenus de stellarū significatione placet aliqua interferere Stella iuxta D. Isidorum, à stando dicitur, quoniā cū mouetur, stare videatur. Stellaque esse quædam ignita corpora, ex antiquis non pauci senserunt cum Platone, quemadmodū & cœlum ipsum. Minimè autē id placuit Aristoteli, sed esse quædam essentiam quintam ab elementaliam. Id quod recte vt sentiamus sentire debemus. Habent stellæ cum Luna noctis diuisum imperium, vt ex Genes. capi. 1. & ex Psal. 135. perspicuum est. Lunam autem de se luminosam non esse palam est, & certum, sed non ita de stellis, quæ à quibusdam peculiarē quandā claritatem habere dicuntur, tametsi complementum lucis illarum à Sole fit. *Stella ab stella differt in claritate.* (Paulus inquit) quæ est metaphora, ad diuersos gradus fœlicitatis beatorū explicandos aptissima. *Verū hoc ex Alberto in secundū de cœlo talia docēte intelligi potest. Cū illustribus, inquit, viris, stellā quālibet astruimus à sole illuminari: sed aliā plenius, aliā minus, pro natura nobilitatē, &c.* Itaque licet graues

- graues autores, vt Macrobius primo rerum naturalium & Cleomedes apud Celium Lodonicum & Bartholomæus Anglicus in suo de proprietatibus rerum lib. 8. cap. 33. à se habere lucem astra senserint, magis tamen placet Aristotelis sententia in lib. de proprietatibus elementorū & Planetarum, & Plinij insuper, qui solem, lumen suum cæteris Syderibus dicit foenerare, & stellæ à sole mutuari lumen asseruit in libris compositionis magnæ Ptolomæus, Albertusque vbi supra, & alij quam plurimi, ijque grauissimi autores. Faciunt tamen, vt fatetur Aristoteles loco allegato, stellæ distinctionem temporum mutatione sua, ex signorum variatione, sub quibus sunt & vagantur. Nam Luna suam facit mutationem & peragit singulis mensibus, Mercurius autem & Venus decem, & sol anno integro, Marsque in duplici: sed Iuppiter annis duodecim, Saturnus triginta: mutatioque illa triplicitatum, per quinquaginta terre durat annos: quæ vero est stellarum fixarum centum fit annis, quibus vnum tantum gradum transigunt. Mutatio denique totalis cœli ab vno pūcto donec ad idē reuertatur, triginta sex mille peragitur annis. Quod temporis spatium vocant quidam magnum annum secundum Philosophi doctrinam in præfato libro. Sed Macrobius in Scipionis ex Cicerone somnium, anni istius magnifinem quindecim mille annis aduenturum dicit, quando stellæ & planetæ omnes ad punctum ex quo primo exorta sunt, reuertantur, Nec non & impius quidam Helias Iudæus ex principio Geneseos enumeratione quadam literarum Kabalistica, sex mille annis mūdum esse duraturum vane & superstitiose colligebat. Futilia tamen sunt & sine fundamento hæc omnia, cum id neque Apostolis sciscitantibus Dominus noster voluerit aperire, sed non esse illorum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, respondit. Sed vt ad stellarum præstantiam insinuandam amplius conuertamus orationem, tanta est profecto, vt Platonici fecerint illas animatas. Sed & Origenes ille, quod magis mirandum est, eiusdem fuit erroris. Is enim in primo libro Periarcon scripsit, se putare cælestium orbium corpora, esse animata, quoniam à Deo demandata dicuntur accipere, quod rationalis est naturæ: scriptum enim legitur, Mandatum ego stellis iniunxi omnibus. At quæ nam

*Macrobi.  
Cleomed.  
Barthol.  
Anglicus.  
Aristo.  
Plinius.*

*Ptolome.  
Albertus.*

*Helie  
Iudæi.  
Error.*

*Origen.*

Sunt

funt (inquit) mandata hæc nempe, vt astrorum singula, suo ordine, suisque meatibus indultæ sibi quantitatis mundo splendorem præbeant. Quæ in re id omnino colligi videtur liquido, corporum illorum motum absque animi functione posse haud quaquam effici. Nec rursus citra motum futura, quæ animantia sint. In tanta vero ordinis ratione, atque constantia nonne solidissimum fuerit, rationis auferre potestatem. Apud Hieremiam sane Regina item cœli luna memoratur. Quin imo à peccati labe, non seiungi stellas omnino videtur confensisse Iob. Ita enim scribitur in persona Baldad Suis capitul. 25, *Ecce Luna etiam non splendet, & stelle non sunt munda in conspectu eius.* Id quod utique ad corporis fulgorem, non videtur posse referri. Sed non possum satis mirari, ita sensisse Origenem, ipsique potissimum motiuis. Hunc locum Iob D. Hiero. pertractans ait, in commentarijs ipsi attributis. Si enim Angeli & cœlorum etiam corpora, ad comparisonem Dei, immunda esse dicuntur, quid putas homo existimandus est, cum sit ipse putredo? Ex quibus verbis, ineptius colligit, id quod & adnotauit Sixtus, Faustus in Gallia circa annum Domini. 430. episcopus, animarum & Angelorum naturam esse corpoream quam Origenes ex verbis è Iob libro desumptis, corpora cœlestia animata debere iudicari. Quod si ita sensit Origenes, quod in Manichæis reprehendit, non admittere nimirum allegoriam, in scripturis in ipso magis id est reprehensibile. Quis enim nesciat, illud Baruch. 3. *Qui emittit lumen, & vadit, & vocauit illud, & obedit ei in tempore, stellæ autem dederunt lumen in custodijs suis, & latata sunt, vocata sunt & dixerunt, adsumus, & luxerunt ei cum incunditate, qui fecit illas, translaticie & metaphoricè accipi debere?* Sic item Luna Regina cœli vocatur. De quo & dicemus inferius. Verum audire iuuat D. Chrysostomum hom. 52. in Matthæum super prædictum locum Iob, obiter scribentem talia: dum illud ex Matthæi. 24. explicat, Responderunt autem prudentes dicentes: Ne forte nec nobis, nec vobis sufficiat. Et vere, quis est homo, inquit, natus de muliere qui credit iustum se esse inueniendum in conspectu illius, de quo beatissimus Iob dicit: *Stellæ in conspectu eius non sunt munda, & calum sine crimine non est?* Si ergo impeccabilis natura stellarum, & calum quantum

Jerem. 7.  
& 4. 4.  
Iob. 25.

D. Hieron.

Sixtus  
Senen.  
Faustus  
Episco.

Baruch. 3.

D. Chryf.

Matth. 24.

tum ad iustitiam Dei inuenitur esse peccatrix, quomodo ante eum homo appareat iustus, cuius & sine voluntate peccandi, natura ipsa peccatum est? Dicente Apostolo, Romanor. 7. capitul. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato: quod enim operor non intelligo: non enim quod volo hoc ago: sed quod nolo illud ago. Etiam non ego operor illud, sed quod habitat in me. peccatum, Id est, fomes & propensio ad peccatum, iuxta Concilij sacrosancti Tridentini explicationem. Ecce vera & germana ex Chrysostomo (si tamen eius sunt illa secunda in Matthæum commentaria) illius loci Iob intelligentia. Hæc autem non omnino citra rem & vtilitatem à nobis fusius adducta sunt, sed quo tantam esse stellarum præstantiam intelligamus, vt & à se habere lucem esseque anima præditas homines eruditissimi, tametsi falso existimauerunt. Possunt & ista hominibus iustis accommodari, qui stellæ in sacris vocitantur, vt suo in Symbolo demonstrabimus. Qui à se sane non habent lumen, sed à Deo. Gratia enim Dei (ait Paulus) sum id, quod sum. Additque D. Augustinus, & gratia Dei, non sum id quod non sum, scilicet, deperditus misere homo, gratia enim Dei non sumus consumpti, postulantibus id nostris sceleribus: Sol iustitiæ est qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ab eo lumen mutuantur iusti, vt stellæ à Sole. Peragit certo & definito à Deo tempore vnusquisque vitæ suæ cursum, cum Paulus dicat, statutum esse homini semel mori. Omnibus enim data est vita cum exceptione mortis. Triginta tribus annis cucurrit Christus, à summoque cœlo fuit egressus eius, & occursum suum vsque ad summum eius. Nonque conficiet reditum suum vsque ad iudicij extremi diem. Vna est planè stella nostra matutina Christus, quæ & à se lumen habet, & gratis omnibus, qui illum non aspernantur, imperat abunde. Audi stellam ipsam fideles omnes ad se mane quærendam inuicantes, & qui mane (inquit) vigilauerint ad me, inuenient me. Vis inuenire Deum, quærè diluculo & inuenies, pulsa & aperietur tibi. Ad fores eius pernocta. Ne illum in lectulo nimis delicatulus inquiras, in delicijs nimirum huius sæculi, quonia in fugiet à te, ne totas incurius

73

74

75

76

77

78

Rom. 7.

Conc. Trid.

1. Corin. 15.  
D. Aug.

Heb. 9.

Cant. 3.

& negligens ac resupinus noctes immergaris somno profundo vitiorum, odit enim qui huiusmodi patiuntur lethargum, qui discipulos tres illos in horto dormitantes grauatofque habentes oculos fuscitauit, talibusque verbis vigil amantissimus illic est affatus. *Vigilate* (inquit) *& orare, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est caro autem infirma.* Agemus de loco isto, alio in Symbolo. Vigilare ergo oportet, ne in mortis incidas somnum. *Beatus plane seruus ille quem cum Dominus ad iudicium venerit, inuenit vigilantem.* Quis non deperat stellam nostram matutinam quæ lucem nobis attulit in altissimis degentibus tenebris & in umbra sedentibus mortis, exarsit Ethnicus ille Plato & amore flagruit, dum teneretur astrologiæ & astronomiæ addiscendæ studio cuiusdam lucidissimæ stellæ, duoque in laudem eius lusit epigrammata. Quorum alterum quod fecit, ardore quodam iuuenili, poeticoque spiritu, autore eius vitæ historico Plutarcho, sic se habet.

Matt. 26.

Luca. 12.

Plato.

Plutarch.

*Ardentes stellas, lucens mea stella tueris:  
Vtinam ego cælum fierem, te vt multo luminecernam.*

Alterum vero in suo è vita excessu emissum tale est.

*Stella prius superis fulgebas Lucifer, at nunc  
Hesperus ab fulges, manibus occiduus.*

Ardebat igitur sic ob suauitatem ingenij sui miram diuinus ille Plato lucidissimam adeo stellam, à qua nullum, nisi commune beneficium acceperat, nos miseri ingrati stellam splendidam & matutinam Christum, non amabimus? Ab ipso conditi sumus, & in esse confouemur nostro ab ipso & redempti sumus, & candori pristino & ampliori, si gratia eius non abutimur, restituendi. Noluit nos per angelum redimere mediatorem siue per hominem, qui creatura esset solum, ne, videlicet, creatoris munus obliuioni traderemus, in salutem totum nostrum amorem transferentes, sed ipsemet per semet ipsum creator, homo factus & habitu inuentus, vt homo nos captiuos redemit suo sanguine, vt alius non esses creator & redemptor, sed totus Christum deperires in eiusque maneres ære constitutus. Quæ ex mente D. Anselmi ratio

tio est. Non est cur amor tuus in duas discindatur partes dimidiæque cordis præbeas creatori tuo, alteramque dimidiæ partem redemptori exhibeas tuo. Idem enim est creator tuus & redemptor tuus. *Domine adiutor meus* (ait Rex Psalmodographus psalm. 18.) *Et Redemptor meus.* Non solum adiutor est in opportunitatibus in tribulatione, sed & tecum est in tribulatione, & se redemptorem præstat tuum. *Credo quod redemptor meus* viuuit, aiebat Iob, Idemque vt plasmatore suo, *Manus tuæ* (inquit) *fecerunt me, & plasmauerunt me, totum in circuitu.* Metaphora à figulis videtur sumpta, qui in circuitu testacea fingunt è massa luti vasa. Gratum ergo te præsta auctori tuo. Vide quantum debeas stellæ matutinæ. Deperi igitur eam, hymnos concine, psalmosque decanta in laudem eius. Agnouit vates se non eius visu potiturum & fructurum, sine laboribus & vigilijs, ac proinde canebat dicens: *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo.* Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Ecce verum nostræ lucidissimæ stellæ amatorem, qui versuam moribus refertus diu noctuque suauiter nuncupat, & canit. In terra, inquit, deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Affectus hic est amoris vehementissimus, etiam cum absens est videri amato suo præfens. Cum loca arida, ferisque immanibus destinata solū peragrabat Dauid, videbatur tibi præ amoris magnitudine in sancto astare sanctorum gloriamque & maiestatem Dei, apertis ibi conspici oculis: eiusque in se experiri potentiam & virtutē. Sic & eodem ergà Hierusalem affectu alibi canebat dicens. *Lata tus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Cū enim iam starent veluti pro foribus, festi dies, quibus Dauid in Hierusalem eundem erat, etiam absenti sibi adesse Hierosolymis videbatur. Stantes inquit, erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalem. Quod si ita rapiebatur Dauid sanctus in amorem Hierosolymæ terrestrijs, desiderabatque Plato cælum fieri, vt multo lumine suam videret stellam, non mirandum est, si nos millies obeamus pro nostra matutina morte, laboresque immensos deuoremus, vt illam multo cum lumine coelestem Hierusalem

Psal. 18.

Iob 19.

Iob. 1 c.

Psal. 21.

Plato.

contemplerur, eiusque incolae, coelites & spiritus, & agnum qui eius est lucerna. Quin potius mirandum profectò est, quod aliquid quantumuis durum & asperum recuferemus, pro adipiscendo faciali aspectu stellae illius matutinae. *Nunc enim videmus, per speculum & in aenigmate* (vt *1. Cor. 13.* Paulus ait) *tunc autem facie ad faciem*. Quidni totus in amore stellae huius sit, qui Paulum audierit vociferantem in *2. Cor. 4.* Ecclesia? *Momentaneum*, inquit, *& leue tribulationis nostrae in gens gloriae pondus operatur in nobis*. Qui peccat in Christum Thesaurizat sibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicii Dei. Atqui Christo prompto & expedito deseruit amore, ingentes gloriae immortalis diuitias sibi thesaurizat *93* *Psalm. 18.* *Exultauit vt gigas ad currendam viam stellae nostrae, quae duxit* *94* *Matth. 2.* Magos ad Bethlehem. Oportet vt accingamus lumbos nostros, ab omnibusque terrenis exuamur, vt cum gigante tanto stadium vitae possimus percurrere tantum. Rebus quippe onerati terrenis currere minimè poterimus. Nullus in velocitate cursus ei similis in hominibus & in creatis omnibus inuenitur. Omnes infinito spatio & dimensione superat. Creaturas omnes immenso post se relinquit interuallo. *95* *Cantic. 2.* *Eccè iste venit* (aiebat sociabus suis adolefcentulis sponsa) *Saliens in montibus, transliens colles, similis est dilectus meus capreae hinnuloque ceruorum*. Omnes viri & spiritus Sanctitate praecellentes nihil sunt ad illum. Defacili transilit montes quantum cunque excelsos & eleuatos. *96* *Ioan. 2.* *Nam qui de caelo venit supra omnes est*. Omnia coelestia ad nostram colata stellam, immunda sunt, & in conspectu eius haud quaquam lucere possunt. In vmbra eius orietur Sol: talis ac tanta lux est eius, vt Sol in eius vmbra oriri dicatur. Nisi enim obumbratum fuisset virgini à Spiritu sancto, nequaquam peperisset Deum. Dum in hoc mari magno nauigas & spatiofo, vbi reptilia sunt, peccatorum, videlicet, scandala quorum non est numerus, hanc sequere stellam, quae te *97* proculdubio, ad portum salutis educet. Omnibus se se vltro offert, gratisque ducatum donat, & praestat. Et fanè non tantum velocitate motus soli & lunae est praeferenda longeque inter Solem & Lunam plus elucet quam,

quam inter stellas Luna minores. Sed & immunda sunt *98* omnia coelestia, respiciamus si illius celsitudinem, & claritatem. Datum est huic stellae *Nomen*, quod est super omne *Philip. 2.* *nomen, in quo omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus, in gloria est Dei Patris Constitutus* quippe est super opera manuum suarum. Quid enim? An non stella ista *Psalm. 8.* *coelos composuit, & è nihilo effinxit, rerum omnium artifex omnium habens virtutem? Vis ne & videre influxum* *Genes. 1.* *Sap. 1.* *diuinum quem habet in haec inferiora? Audi vocalem stellam nostram concionantem* *Sine me*, inquit, *nihil potestis facere!* Non siquidem possumus iuxta Pauli doctrinam cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. Quid autem videtur in potestate hominis situm magis quam cogitare quod placeat? *Ioan. 15.* *2. Cor. 3.* *Tamen si ad salutem spectet aeternam sine stella prauiam, minimè praestabimus. Nam ab ipsa datur velle & perficere, pro sua bona voluntate. Explicatur hoc quadantenus, ex visibilibus, si ad inuisibilia procedamus. Scitum illud Aristotelis est ex lib. 8. auscultationis Physicae motum primi coeli vitam esse omnibus quandoquidem euidētissima est, & communis operatio vitae intimus motus. Cessante autem coelo, nec caetera mouebuntur, sicut in minore item mundo, si cesset motus cordis, omnes animalis motus perire necesse est.* *1* *Nec Lapis itaque deorsum moueretur, neque ascenderet ignis, quod mirum utique est. Sed rationibus id ostenditur, Si motus quiesceret primus. Est autem quod primū in vnoquoque genere, causa reliquorum quae sub ea continetur ferie, licet nō omnia eadem causae habeant rationem. Porro quod de motu astruim⁹ patet in caloris itē ratione. Nā si coelestis intereat calor, nec ab frigore profluet frigiditas, nec ab calido calor. Si quidem non est frigori contrarius calor ille sydereus, sicuti calor igneus: sed omnes cōtinet elemētares qualitates eminētia simplici, sicut lux omnes colores. Quae vniuersa difertissime colligit Picus Mirandulanus, vir omnifariam prodigiosi cuiusdam ingenij Caelio id referente Ludouico. Quod cum haec ita se habeant, potiori tenemur iure fatēri, cessante motu & influxu stellae matutinae omnem spiritalē lucem spirituum interiturā. In ipsa nāque viuimus mouemur* *2* *3* *S 4* & sumus

& sumus. Eramus omnes natura filij iræ, & tenebrarum, nūc autem lux in Domino. Stella matutina ex oriente nobis ortus est salutis dies. Appositissimè profectò nomine hoc, nuncupatur splendor paternæ gloriæ. Hominē nanque visitat diluculo eūque præuenit in benedictionibus suis. Dumque in peccatis eramus confopiti, sese nostris animæ obiecit oculis, vt nos à somno illo lethæo expergefaceret dicēs: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis.* Stat si quidem Christus ad ostiū Cordis, & pulsat radiando, & foris clamitat in plateis. Neque verò vim aliquam infert voluntati nostræ nec oculos rationis, & mentis excedens infinitè alioqui visum visibile hoc, & pellucidū sed potius perficit & exornat. Mira nāque & inexplicabili quādā suauitate allicit, mulcet, & delectat animū. Est enim lux quæ dā fortis quidem, sed nō minus suauis. Venite ergò & videte, quā suauis est Dominus. Venire enim ad Deū videre est, cū accedentē ad Deum ex Apostoli sensu, oporteat credere quia est, & quia remunerator est. Et in quo remunerator est? audias obsecro. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Vide suauitatem in præmiorum affluentia & largitate. Non est autem lux ista vt venalis, & emptitia, in vita hac mortali gratis data, & sine argento, ob merita quæ Dei dona sunt, in vita immortalī datur. Quamuis merita, nostra sunt opera, quicquid bonum est à Deo est, & perseuerantiæ donum non cadit sub merito, neque potest quis suam promereri prædestinationē. Ante quā quicquā boni faceret Iacob & Esau malū aliquod committeret, odio habitus est hic, & ille dilectus. Quapropter non potest nō placere mihi D. Thomæ sententiā, qua docet, prædestinationis, aut reprobationis nullā ex parte nostra debere assignari rationē, aut posse. Ex modo etenim quem in Iacob & Esau seruauit colligi potest, vt se erga alios gerat Deus. Et sanè qui rem istam exactè perpenderit, non ab sensu D. Thomæ discedet vnquā. Nā quare rogo, contulit Deus tibi primā gratiā? Quā obrem permisit te Deus cadere in peccatum primū? Non est rationē aliquā assignare, nisi voluntatē ipsā Dei, qua in quibusdā suā vult ostendere irā iustā, licet hoc præcise nō sit integra & præcipua causa permissionis peccati, in reprobis omnibus, & in alijs suæ misericordiæ diuitias immensas, thesaurum

Ephes. 5.

Apocal. 3.

Prou. 1.

Heb. 11.

1. Corint. 2.

Roma. 9.

D. Thom.

thesaurūque inexhaustū. Cum enim sub reprobationis actu cadant omnia mala nō quasi à Deo volita absolutè sed vt promissa & vt sunt illa ob quæ ad vltimū damnatur quis supplicium, & sub prædestinatione bona omnia efficaciter volita ob quæ ad vitā transmittitur quis æternā, nō video quem admodū causa aliqua præcesserit, ob quā quis dicatur à Deo vel prædestinatus, vel reprobatus. Stella agitur illa matutina quæ vult sua luce præuenit, cui facile est subitò (vt sapiēs ait) honestare pauperem, & diuiti ingrato auferre quod habet, & deinceps auxiliū nō præstare. Cū Sol eclypsum patiebatur, stella splendida mouit Latronis illius mētē animumque mutauit, & è tenebris eduxit ad lucē. An ob præcedētia eius merita? Reus erat mortis temporaneæ & æternæ. Vt quid ergò? Ostenderet vt in tenebris lucē suā stella sacra. Huius lumini si fideris tuos gressus, nūquā in præcipitiū ruēs, nō in foueā cades. Non possū nō fateri, quod cōsideratio prædestinationis & reprobationis timorē maximū incutit, sed & solamē & spē maximā ingerit si iuxta D. Thomæ doctrinā perspicitur à longē abyssus ista: his qui ob patrata multa facinora, in amaritudinē amarissimā incidere solent. Nā cū ex nobis nulla detur prædestinationis causa, quis quātūcūque vitijs astuauerit, de pietate diuina aut deat diffidere? Et si in alto quis se meritorū cōspexerit gradu, vidēdū sibi & cauēdū est ne cadat, cum ex parte nostra reprobationis nullā queat quis rationē assignare. Humilis præterea erit iste, considerās à Deo esse quicquid habet boni, & præcipuè suā in bono perseuerantiā, quæ gratis & immerito illi, hoc est, nullo præuio merito illi data est. Quis etiā in sublimitate meritorū cōstitutus, illi irā subitanē nō formidabit, qui eum, quæ ad apostolatū suū vocauerat, in desperationē permisit incidere? *O altitudo sapiētia & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius.* Libet & cū Dauide exclamare etiam: *Iudicia tua abyssus multa.* Qui stat ergò (iuxta Pauli cōsiliū) videat ne cadat. Ne post lapsū illud verissime dictū à Boetio agnoscat *Qui cecidit stabili nō erat ille gradu.* Ex his iam aliquantulum quantus sit stellæ matutinæ influxus notum erit. Eius ortum admirandum & stupendum Spiritibus almis longē antè præuidit & prænunciavit Balaā Numerorum .24. Capite ita dicens: *Orietur stella ex Iacob, & confur-*

Ecclesi. 11.

D. Thom.

Rom. 11.

Psalm. 35.

1. Cor. 10.

Boet. 1. de.

Cons. Car. 1.

*Num. 24.* *D. Atha.* *Euse.* *Cas.* *D. Hieron.* *Leo.* *D. Hieron.* *S. Doro.*

*get virga de Israel. Quem locum D. Athanas. de humanitate Verbi & eius aduētū demagorū stella exponit & Origenes fa per eundē locum hom. 18. Eusebi<sup>9</sup> itē Cæsariens. demonst. Euangel. lib. 9. Demonst. 1. Vbi docet hanc Balaam prophetiam obseruasse posteros eius, cumque peregrinam hanc & in solitam stellam vidissent Magi, in Iudæam se conferre decreuerunt. Origenesque per illa verba, Orietur stella ex Jacob diuinitatē Christi exprimi dicit, per illa verò, Et exurget homo de Israel, eius humanitatem. Talē autē antiquis lectionē fuisse Septuaginta translatio, Diuique Hieronymi lectio id insinuare videtur. Nec parum tibi visum sit ad rem agere, vtrū legatur Zarach, id est, Orietur, an verò Darach, id est inces sit aut processit. Magis enim ad rei euētū accedit legere, Orietur. Id quod & Leo Cæsaris in suo Apologetico adnotauit, S. Hieronym<sup>9</sup>, pro eo quod Septuaginta legūt Antropos ex Israel, vertit ipse, Virga ex Israel. Quod & Paulus attulisse visus est Rom. 15. dicens: Erit in die illa radix Iesse & qui cōsurget imperare gentibus. Duæ nāque fuerūt quondam hui<sup>9</sup> loci lectiones Hebraicæ. Vna quidē, Et percutiet duces Moab, vel vastabit duces Moab, quos pro dæmonibus Moabitarū accipit Eusebius, cōfētitque Origenes Christū omnē abolitū idolorū cultum. Vfusque hic est figuræ Synedoches. Non poterant (inquit Origenes) gentes ad verū Dei cultum adduci, nisi Christus in cruce, de aereis potestatibus triumpharet. In idemque recidit illud. Vastabitque omnes filios Seth, id est ad veritatem pelliciet, & perducet eos. Septuaginta lectio ita Latina potest effici: Captiuabit omnes filios Seth. Vtinā me, ait Origenes, captiuū ducat Iesus, & me ducat in prædā suam. Ascendēs Christus in altum, captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. Quibus? captiuis vtique suis. O foelix, dulcisque captiuitas, O foelix culpa, quæ talem ac tantū meruit habere redemptorē. S. Propheta Hiere. vt refert D. Dorotheus Tyri Episcopus & Martyr in sua synopsis, sacerdotibus Ægypti in signum dedit, quod expediret idola eorū destrui, per puerū Saluatorē, ex virgine nasciturū, in præsepio reclinādū. Vnde & suo tempore, vt idē Diuus ait, in lectulo quodā virginē ostentabāt, puerūque iacentē in præsepio, illumque adorabāt Regi autē Ptolomæo causam eius ritus inquirenti respōderūt*

myf

mysteriū esse traditione veluti permanus à maioribus acceptū trahēsque; à propheta sancto originē. Druidæ virginī matri imaginē & templū consecrarūt ante Christi aduentū, vt autor est Belleforest in sua Chronographia apud Hylaretū. Quod fortasse ab illo Hieremiæ oraculo, quod maioribus tradidit Ægyptiorū, dimanauit. Hoc vero est, quod Balaam propheta prædicto loco prædixit. Et quemadmodū narrat Suidas, & Georgius Cedrenus in compendio historia. c. 17. & Nicephorus libr. 1. Ecclesiastica historia. c. 17. cū Apollinē Pythiū oblato sacrificio rum maximo, Cæsar Augustus consulisset quis post eum Romæ regnaturus esset, dæmon in idolo tale responsum reddidit quod latine traductore Guiljelmo Xillando ita sonat.

*Me puer Hebræus, iubet hoc discedere templo Rex diuūm & Stygium rursū remeare sub Orcum. Tu tacitus nostrā hęc, iam nunc altaria linque.*

Accedit ad hęc, quod D. Thom. opusc. 20. & Paulus Oros. li. 6. c. 18. & Abulēsis super Eusebiū ipseque; Eusebius in Chronicis, nec nō & Aluarus Pelagius de plāctu Ecclesiæ articulo 4. referūt, quod cū Senatus Augu. diuinos vellet tribuere honores, Sibyllā ipse cōsuluit, erat vero ea Tyburtina, vel Albunea vt illi ostēderet, vtrū aliquis alius Augusto maior esset. In die que natalis Dominici ostēdisse ei dicitur, in celo circulū aureū, & in eo virginē super arā stantē, & pueri baiulā Cæsaris; admiratione plenus, vocē hęc audiuit. Hęc est ara coeli. Tūc autē Sibylla dixit ei: Hic puer maiore est, ipsū adora. Dedica tusque; fuit dei paræ virginī locus ille vocarique; dicitur Camera aræ coeli. Et aliter alij volūt, quod Cæsar Romā reuersus struxit in Capitolio arā quādā ei que; præ titulo inscripta, Ara primogeniti Dei, quæ nūc, Ara coeli nūcupatur. Ex indeque; cōstat quā rei euētus cū Bala amica conueniat prophetia, ad ortū nimirū stellæ illius diuinæ ex Jacob, omnia idola corruitura. S. Prosper Aquitanicus Episcopus S. Augu. imitator maximus, in promissionū li. promiss. 38. de idolorū ruina per Christū exponit illud Isaiæ c. 19. *Fugient omnia manufacta Ægypti.* Et illud *Abscōdēt Deos suos in cauernis petrarū.* Qui & refert in quādā Mauritaniæ parte, è cauernis terræ, valde antiqua idola educta fuisse & de hoc ait Trismegistū Hermē doluisse, cū ita scriptū reliquit *Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque; templorum, mortuorum*

orum erit cadauerūque plenissima futura.

Abscōdebāt liquidē iuxta sacrū vaticiniū Deos suos in cauer-  
nis petrarū. Narratque idē met Sāctus currū quēdā in Alexā- 29  
driā tēplo Serapi Deo falso cōsēcrato, quē sustinebat magnes  
cēcidisse, quod quidā Dei seruus sustulisset magnetē. Sic &  
de dracone quodā, qui erat Romæ ruinā similē refert. Ex qui-  
bus videre est iam vt ad aduentum & exortū stellæ matutinæ, 30  
tenebræ effugerint idolorū. Hic est planē lapis ille, quē vidit  
Daniel, abscisus de monte sine manib⁹, hoc est, cōceptus de  
virgine Maria sine viri opera. Quod enim mas in hominū cō-  
ceptionib⁹ solet præstare, id totū præstitit Spirit⁹ sanct⁹. Nā  
cum virgo ad Angelum dixisset, *Quomodo fiet istud, quoniam*  
*virum non cognosco? Respondit Angelus, Spiritus sctus superue-*  
*niet in te & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Ecce lapis abscisus de 31  
mōte sine viri manibus, almi pneumatis actione solū Maria so-  
la materiā ministrāte ad opus. Hic lapis regna dæmonū omni-  
nō contriuit. Sed de hoc Danielis loco alias dicetur. Ad eādē  
idolorū per Christum demolitionem, videtur aliquid facere il-  
lud, memorādū exēplū, scitu nō indignū, quod Chæroneus 32  
Plutarchus vir iudicio & Græca eloquentia summus in libro  
cui titulū fixit, *Quod oracula veterū defecerint, de Panis cu-*  
*iusdā dæmonis magni nūcupati intertū refert.* Omnino autē  
dignū diligēti est anima dersione, secūdū Pamphilū Eusebiū 33  
qui id ad Theodorū Episcopū recēset, eodē tēpore fuisse hūc  
dæmonis obitū, quō & Christus Dominus noster, omnes qui-  
dē dæmones de hominū vita expulit, atque de iecit. Tyberio  
enim imperatore Christus vixit, & pro salute omniū mortaliū  
in crucē elatus est. Neq; vero inde liceat tibi suspicari nos pu-  
taredæmones mortales cū Plutarcho, sed eorū cultū superstitione  
& falsitate plenissimum cū Christonato & mortuo, fuisse 34  
mortuum & euauuisse. Id quod Sophonias c. 2. suo vaticinio  
sacro maxime cōfirmat. Adorabūt eū, inquit, vnusquisque de  
loco suo. Quē locū S. Augus. de Diuin. dæmonū li. 1. c. 7. & in  
Psa. 134. illū versum enarrās: Similes illis fiāt qui faciūt ea & c.,  
de victoria, quā Christus per martyres de Idololatriæ reporta-  
tus erat, exponit. S. Theodo. de curādis Græcorū affectioni- 35  
bus, ita legit, apparebit Dñs super ipsos & perdet omnes Deos  
& c. S. Chrysoctom. in fine orationis. 2. contra Iud. legit illu-  
cesce 36

Luca. 2.

Daniel. 2.

Pular.

Euse. P.

Sophon. 2.

S. Aug.

Theod.

cescet Dominus super omnes gentes. Quoniam verba Septua-  
ginta diuersimode referuntur ab interpretibus. Atque ex hoc  
D. Chrysoct. arguit contra Iudæos, ostenditque idem esse  
quod Paulus ait: Apparuit vel illuxit gratia Dei omnibus  
hominibus erudiens nos & c. Namque propheta dixit: illu-  
cescet Dominus & Paulus ait, *Apparuit gratia Dei, vel illu-*  
*Ad Titū.*  
37 *xit.* Prophetaque *Super omnes Gentes*, inquit, Paulus vero,  
*Omnibus hominibus.* Propheta addit: *Abolebit omnes Deos Gen-*  
*tium*, Paulus autem, *Erudiens nos & c.* Et quod propheta ait,  
*Adorabunt eum viri, vel vnusquisque de loco suo.* Est id ipsum  
quod ad Samaritanā Dominus ait Ioannis. 4. capitu. *Crede mi-*  
*Iohan. 4.*  
38 *hi mulier, quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in*  
*Hierosolymis adorabitis Patrem, & cetera vsque ad illud, Sed*  
*venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem*  
*in spiritu & veritate.* Cyrillus lib. 9. contra Iulianum, & Euse-  
bius de Præparatione Euangel. capitul. 1. & alibi exponunt  
& legunt locum Sophonix ad sensum & modum D. Chrysoct.  
& D. Theodreti. Iam plane talpa erit, qui stellæ nostræ ma-  
tutinæ & splendidæ influxum non cernat intimum & super  
39 coelestem ad cuius lucem Deorum luminaria eclypsim omni-  
modam passa sunt, sapientiaque huius mundi stultitia repu-  
tata est. Et hoc pronunciauit Balaam in loco iam elucidato  
Qui tamen de Magorum stella optime intelligitur, ad il-  
lum videtur allusisse in Apocalypsi capitul. vltimo Ioannes  
40 cum Christum inducit loquentem: *Ego radix & genus David,*  
*Apoca. vi.*  
*stella splendida & matutina.* Hæc est in cuius manu sunt septem  
stellæ. Quinimo omnes *Iustorum*, Qui stellæ in sermo  
ne sacro vocantur, *Animæ in manu Dei sunt.* Et quo  
41 *niam in eius manu esse noluit Lucifer ille qui ma-*  
*neoriebatur, primus inquam Angelus, & cœ-*  
*lo in Tarara ruit, desijtque lucere, &*  
*niger super carbones esse coepit*  
(.?)  
Stella

STELLA MAGORVM AD  
uentus Christi.

SYMBOLVM.

S. Ignat.

Stellam illam Magorum ducissam, in orbe toto celeberrimam, fuisse aduentus Christi Symbolum fidelis esse non potest, qui in dubium id vocauerit. Nonque scitu in digna en comia de illa antiqui prodiderunt. Nos illo quod D. Ignacius martyr Epist. 14. quæ est ad Ephesios, protulit, contenti simus. *Stella, inquit, fulsit, in splendore superans stellas omnes, quotquot ante fuerant. Lux enim illius inenarrabilis erat, & stuporem incussit omnibus aspicientibus eam, rei nouitas. Omnia autem reliqua astra vna cum Sole & Luna, chorus fuere stellæ illius ipsa vero claritate exuperabat stellas omnes. Turbabanturque vnde prodiret hæc, quæ apparebat nouitas. Hinc euauit mundi sapientia præstigia facta sunt nugæ, magia risus, omnes ritus malitiæ aboliti, ignorantia caligo fugata, & tyrannicus principatus destructus, cum Deus vt homo apparuit, & homo vt Deus operabatur. Hæc ille. Excellentia & præstantia dignitasque stellæ maior in Euangelio est, quam & Magi illis verbis significarunt: Hoc signum magni Regis est, eamus & inquiramus eum. Neque vero præter rem fuerit, quæ de hac stella apud varios inueni autores hic cogerere. Videntur enim asserere quidam ex genethliacis diuinationibus, Magos Christi natiuitatem prænoscere potuisse. Et in primis Petrus Aliacus presbyter cardinalis (apud Sixtum) quæstione in Genes. 30. & in lib. de legibus & sectis, super stella Magis in Oriente conspecta disputans ostendit, Magos illos syderalis scientiæ peritissimos, potuisse ex Astrologici contemplationibus prænoscere futuram Christi natiuitatem & vitam, non tamen ea certitudine, qua postea ortum Christi noua stella prænunciante cognouerunt. Nam & si omnes naturæ facultates in plerisque excedant: in aliquibus tamen naturæ cœlorum & astrorum virtutes, tanquam ancille Domi-*

Petrus  
Aliacus.  
Sixtus  
Senens.

Domino suos famulantes, amica lumina & benignos influxus quos à Christo acceperant, nascenti Christo largissime suppeditarunt. Ea propter possibile fuit magos præter hanc recentis astri apparitionem etiam duobus alijs indicijs præcisse nasciturum, in signem religione, imperio & gloria virum, primo ex magna quadam coniunctione Iouis & Saturni, qui anno ante Seruatoris nostri ortum sexto in signo Cancris coierunt, prædicentibus cunctis illorum temporum Astrologis & Astronomis portendi magnam religionum mutationem. Secundo ex obseruatione constitutionis cœli, quam habuit ipsa Christi natiuitas. Ea incidit in annum Octauij Augusti. 42. Octauo Kalendas Ianuarij, ante noctis dimidium: fuitque in ea Horoscopus pars virginis octaua, quæ religionis immutationes significat, & in culmine cœli Saturnus planeta, imum cœli tenente sole, cæterisque planetis eo ordine dispositis, quem tibi repræsentabit astronomicum illud schema, delineatum, ad latitudinem Hierosolymitanæ urbis distantis ab æquatore partibus sex & triginta, quod apud Sixtum habes in suæ Bibliothecæ li. 6. annotat. 10. Quam Aliacus sententiam longe ante à tuebatur Albertus Magnus qui in li. cui Speculi titulum fixit, referens descriptionem ab Albuma fare astronomo traditam, ita posteris tradidit. Albuma fare in suo maiori introductorio tracta. 6. *Ascendit, inquit, in prima facie illius signi virgo pulchra & honesta habens in manu sua duas spicas, & nutrit puerum, & vocat ipsum puerum quædam gens Iesum & ascendit cum ea stella virginis. Hæc Albuma fare. Nos autem scimus (ait Albertus) quod sub ascendente eiusdem virginis, natus fuit Dominus noster Iesus Christus, cum hoc quod æquario motus Octauæ spheræ in tempore eiusdem fuit octo graduum, & triginta minorum secundum calculationem certissimam, & quod ipsa erat tunc minuenda de locis planetarum inuentis per canones. Non quia subiaceat stellarum motui, aut earum iudicio datorum desideratissimus, qui creauerat ipsas stellas, sed quia cum extendere cælum sicut pellem, formans librum vniuersitatis, noluit literis eiusdem dcesse ex his, quæ secundum providentiam suam in libro æternitatis sunt scripta, etiam illud elegantissimum à natura, quod de virgine nasceretur, vt profecto per hoc innueretur homo carnalis & verus, qui quidem licet homo verus esset, non natu*

Alb. Mag.

Albuma fare.



*naturaliter nascebatur non quod celi figura causa esset, quare nasceretur, sed potius significatio imo & vero verus, ipse erat causa quare modus admirande suae natiuitatis significaretur per caelum.* 53  
*Hucusque Albertus siue alius quispiam eius nomine. Nam is liber ab eruditis Alberti esse negatur, vt ait Sixtus. Hanc opinionem refutat D. Augustinus lib. 5. de ciuit. Dei capit. 1. Neque Nigidius eius respondet argumento de simul ortis & genitis sub eodem horoscopo: tamen si Figulus ille cum in uenit horam ortus Octauij (vt autor est Suetonius, dixit, 54 Dominum terrarum orbigenitum. Idem D. Augustinus contra Faustum sic inquit: Itaque stella illa, quam viderunt Magi, Christo secundum carnem nato, non ad decretum dominabatur, sed ad testimonium famulabatur. Non ideo Christus natus est, quia illa extitit, sed illa extitit, quia Christus natus est. Atque optime id quidem quod nec Aliacus negaret. Quare & stellam eius Magi verissime vocitarunt. Neque vero negari potest, stellam illam signum aduentus Christi Domini fuisse. Signum etenim magni Regis vocauerunt stellam Sapientes illi. Et negari non potest signum aduentus Christi extitisse stellam. Sed an sola stella illa, an aliunde sint admoniti Reges, non immerito quis quaerat. Non desunt qui ab Angelo quopiam dixerint admonitos: sed hoc non apparet vt pote quod Euangelium non reticuisset. Quod a Spiritu sacro concitati, qui illis indebat calcaria, quasi erunt adorantq; nouu regē, ipsumq; annūciauerūt, autor est S. Leo 57 in sermone de Epiphania, & S. Thom. 3. p. q. 36. ar. 8. Quod & D. Chrysostomus in hom. Innocentium astruere visus est cum ait: Talis misericordia Domini circa Aegyptum, qualis circa illos Magos ostensa est, qui Christum Dominum agnoscere meruerunt. Nam cum iam dudum sub Moyse, Magi diuinis virtutibus resistere ausi sunt: nunc Magi viso vno tantum signo caelesti, Dei filio crediderunt. Fuit ergo misericordia Dei erga Magos, vt Christum agnoscerent qua vius est ad intra illuminans illorum corda, vt per illud vnum tantum signum Deum agnoscerent. Idem & sentit Cantacuzenus Apolog. 1. aduersus Mahometum. Neque contra hoc est quod Origenes super Numer. hom. 22. prodidit in hunc modum: Ex illo (scilicet Balaam) denique fertur Magorum genus & insti*

Sixtus  
Senens.  
D. Aug.  
Nigidius.  
Suetonius.

D. Leo.  
D. Thom.  
D. Chrysof.

Cantacuzenus.  
Orige.

institutio in partibus orientis vigere, qui descripta habentes apud se omnia, quae prophetauerat Balaam, etiam hoc habuerunt scriptum, quod, orietur stella ex Jacob, & exurget homo ex Israel. Haec scripta habebant Magi apud semet ipsos, & 60 ideo quando natus est Iesus agnouerunt stellam & intellexerunt adimpleri prophetiam &c. Et cum Origenes fuit D. Cyprian. in sermone sub eius nomine de stella & Magis, & S. Leo papa in sermone. 4. de Epiphania. Sed & D. Chryf. super Matt. Et 61 tamen hi omnes diuinæ id tribuunt reuelationi. Iacobus Vorigineus in sermone de Epiphania Domini asserit, quod praeter stellam illam magnam, quae in aere apparuit, quaeque neque ex fixis erat, neque ex erraticis, apparuit quaedam alia Magis ex spectantibus in quodam monte stellam Balaam (Nam ei negotio destinati iuxta historiam, quae se refert legisse, D. Chrysol. super Matthæum) Visa & fuit illis ad eos, & in pueri descendit specie. Addit insuper autor iste, quod secundum Innocentium & Horologium, apparuit circulus quidam aureus, & 62 in huiusce rei confirmationem, quod ex Albumasare protulimus testimonium, licet aliter, adducit. Aitenim, in caelo quandam fuisse virginem conspectam, in brachijs suis puerum gestantem, iuxta quam visus est & senex, eam haud quaquam attingens. Puerumque Deum suum Christicolae nuncupant. Sed de Circulo aureo iam mentionem aliquam fecimus & verum ex Albumasare relatum est testimonium. Nunc Ioannes de Boulaese ante Hagogen, quam ad mysticos sacrae scripturae sensu typis demandauit, citat Plinium, & docet de hac Magorum stella testimonium posteris reliquisse. Quod ego in Plinio non potui inuestigare. Meminit sane in libr. 2. 63 capitul. 25. criniti syderis, quod per septem dies in regione caeli sub Septentrionibus est conspectum tempore Augusti, non multum post patris obitum Caesaris. Sed Christus, quadragesimo secundo Augusti anno natus est. Et in eodem loco Plinius sic ait: *Fit & candidus cometes argenteo crine ita refulgens, vt vix contueri liceat, specieque humana Dei effigiem in se ostendens.* Quibus verbis planum est, non commemorare praeteritum euentum peculiarem, tamen si talis cometes fortasse in Christi apparuerit natali. Quicquid autem de Alberti & Aliaci sententia sit, non

D. Chrysof.

Boulaese.

Plinius.

video quemadmodum inficiari quis queat, nisi veritati refragando, stellam ad Christi præsignasse initium. Plane licet stella illa non erat ex naturalibus, sed à Deo ad sui filij patefaciendum natalem, recens condita, tamen quo pacto quis eam posset astronomus intueri peritus, quin maximi viri ortum iuxta axiomata & canones artis suæ, significari prænoceret. Idque ex Magorum disciplina astrorum suapte natura prænuntiare stellam, Magorum videntur in sinuare verba illa: Hoc signum magni Regis est, eamus & inquiramus eum. Neque enim stellæ Jacob fecerunt mentionem expressam, sed simpliciter agnouisse appareret & dixisse, Hoc signum magni Regis, mouente tamen ad id, pneumate sacro, & interiora pulsante. Annon Cæsar Augustus, sibi illum cometem natum se que in ortu illius exoriri gloriabatur. Non itaque limites excedebat Astronomiæ cognoscere, nouam stellam, magni Regis signum, præxitisse ad eorum illuminationem, quales ex arte solebat mutuari. Cæterum ex solo præuio lumine stellæ, certo certius est, nequiuisse Magos, in agnitionem Christi Domini deuenire, ne quis Alberto & Aliaco nos colludere suspicetur. Multoque minus per cæli Horoscopum, natalem Christi Iesu præscire potuerunt astronomi periti quantum libet. Magi autem illi supposita maiorum traditione Baalamique prophetia, visa stella per lumen internum, ad inquirendum Christum suaui quodam impulsu moti Hierosolymam aduentarunt. Lucebat equidem illis externa stella, sed matutina & splendida (de qua iam proximo Symbolo) magis irradiabat. In testimonium enim solummodo, Christo stella est famulata. Secundum astronomicos canones magni Regis ortum prænuntiabat, sed ex voluntate diuina illis interne referata, Christum natum annunciabat. Fateor ex patribus quosdam maleficos siue magicis intentos artibus fuisse Reges, autumasse, sed qui fuerint, vndeque aduentarint,

Symbolo sequenti, commodius elucidabitur. Iam pro stella satis,

(?)

Ma

*MAGVS MALEFICVS EST*  
vel sapiens, Rex, seu Regius vir.

*SYMBOLVM 6.*

**N**ON absere erit, postquam in Magorum incidimus mentionem, & non nihil de eorū ductrice stella prodidimus ex varijs autoribus, adijcere plura de illorum aduentu ad Christum puerum adorandum. Duplicem esse Magiam in sacris commemoratam, multi Patres testatum reliquere. Et in primis Origenes, (qui plusquam par erat, vt Sixtus ad notauit, à Polychronio in Ezechielem, & à Theophilo Alexandrino Episcopo in secundo libro Paschali, hoc in negotio iniuria afficitur & carpitur) Magiam bifariam esse constituit. Alteram plane ab eodem Origene laudatam, quæ ad practicen naturalis philosophiæ perinet, docens res admirabiles operari, ex applicatione mutua virtutum naturalium, ad in vicem agentium & patientium. Circumfertur & libellus, sub nomine magiæ naturalis. Alteram ab eodem damnatam, maxime quæ per foedera cum dæmonibus inita aut vere aut apparenter operatur, quæ incantatorum esse dicitur, quam quomodo profcindat, & præsternat Origenes in homilia 23. super Numer. videre poteris. Quam partitionem D. Hieronymus amplectitur primo libro commentariorum in Daniele super illis verbis secundi capituli: Præcepit Rex vt conuocarentur harioli, & Magi, & malefici, & Chaldæi, Vbi adnotans, cur Daniel Magos à maleficis, hariolis & Chaldæis distinxerit ita scribit. Quos nos hariolos, cæteri epasodus id est, incantatores interpretati sunt, videntur mihi esse, qui verbis rem peragunt, Magi, qui de singulis philosophantur: malefici, qui sanguine vtuntur & victimis, & sæpè contingunt corpora mortuorum. Porro in Chaldæis, Genethliacos significari puto, quos vulgus Mathematicos vocat. Consuetudo autem communis Magos pro maleficis accipit, qui aliter habentur apud gentem suam eo quod sint Philosophi Chaldæorum: & ad artis hu-

*Polychronio  
Theophilac.*

*Magia naturalis.*

*D. Hieron.  
Daniel. 2.*

ius scientiam, Reges quoque & principes eius gentis omnia faciunt. 76  
 Unde & in natiuitate Domini saluatoris, ipsi primum ortum eius  
 intellexerunt: & venientes in sanctam Bethlehem adorauerunt  
 puerum, stella desuper ostendente. Idem in. 2. aduersus Iouinia-  
 num libro, *Enbulius*, inquit, qui historiam *Mitrae* multis volumi-  
 nibus conscripsit, narrat, apud Persas tria genera Magorum, quo-  
 rum primi, qui sunt doctissimi & eloquentissimi, excepta farina  
 & olere nihil amplius in cibo sumunt. Hæc D. Hieronymus. An- 77  
 te quem Iustinus Martyr & Philosophus eandem approba-  
 uerat distinctionem in libro quaestionum à Gentibus positarū  
 q. 24. & 26. In quibus discutiens, quid interfit inter miracula  
 Magorum Ægyptiorum, & Mosis, & inter miracula Christi,  
 & Apollonij Thyanei Philosophi, à Mose edita diuina ope- 78  
 ra, per mutationem naturarum, facta dicit, quæ vero à Ma-  
 gis dæmonum arte & apparentia & præstigijs, sed quæ doc-  
 tus Apollonius faciebat, ex applicatione virium & facultatū  
 naturalium, Saluator autem noster diuina autoritate & impe-  
 rio miracula operabatur. Hinc igitur superest, quemadmo-  
 dum in sacro eloquio Magorum nomen male & benè audiat,  
 in bonamque & malam accipiatur partem. Sed & Aristoteles 79  
 lib. 14. Metaphysic. Magos in bonam partem sumit, cū eos  
 refert vnum rerum posuisse principium, idque putasse ipsum  
 optimum esse. Et Strabo lib. 14. Geographiæ describit illorū  
 in signia sacerdotalia. Nam sacerdotes vt inter nos Pontifices  
 fuisse dicit, vt & Herodotus in Clione, Perfarum describens  
 mores. Additque insuper apud eos legem latam, de non sacri-  
 ficando sine Magis, seu sacerdotibus. Sed vtrum Magi Re- 80  
 ges, qui stella ducti Dominum adoraturi venerunt ex male-  
 ficis fuerint, an vero ex Sapientibus Chaldæorum, vt fuit  
 Thyanaxus philosophus etiam inter antiquos patres contro-  
 uersum est. Nam quod Magi fuerint magici & malefici, gra-  
 uissimi patres non id obscure docent. Diuus enim Ignatius in  
 uerbis illis, quæ in proximo superiori Symbolo retulimus  
 ex epistola ad Ephesios, quæ est. 14. innuere id ipsum visus  
 est. S. Ambrosius lib. 2. super Lucam cap. 2. id astruit non ob-  
 cure & S. Chrystomus super Matth. Et S. Augu in sermone  
 quodā de epiphania. Sed & D. Hierony. quæ superius, ex sa-  
 pientibus & Philosophis Chaldæorum, Magos prognatos  
 eff.

D. Hieron.

S. Iustinus.

Apollonius

Aristo.

Erodotus.

D. Ignati.

S. August.  
Hieron.

effedicentē proferebamus dum Daniele enarrabat, & i 3 pug-  
 nabat Iouinianum, huic fauet sententiæ, in Commentarijs  
 ad Isaiā cap. 19. in illa verba, *Ecce Dominus ascendit &c.* Vbi  
 possibile ait fuisse, vt docti à dæmonibus venerint, referente  
 id & explicante D. Anselmo super Matth. cap. 2. Sanctus  
 item Basilius in homil. de humana Christi generatione, præ-  
 dictis Patribus subscribit, vt & Theophylactus in Abachuch. 82  
 cap. 1. In quo profectō (Luciferus habuit) resplenduit maxi-  
 me benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, qui per mi-  
 sericordiā suā magnam, tam beneficis, ex tam maleficis, fe-  
 cit Magos. O diuina metamorphosis, & Palingenesia. Tuā  
 sunt nempe opera ista Christe paruule, ad eō magna & stupē-  
 da profusa. Antequam enim agnosceres se uires vocare patrē  
 matrem ve, Damasci spolia abstulisti. Quo nomine vnus eo-  
 rum Regum vocabatur Græce iuxta quosdam. Duo alij, ap-  
 pellius & Amellius. Hebraicè vero Galaath, Malgalath, & 83  
 Saratim. Latina recepta sunt, Gaspar, Balthasar & Melchior.  
 Quæ an ex alia lingua fuerint mutuata, atque in Latinā trans-  
 lata, ambigere & inquirere non immerito quis posset. Et pars  
 affirmans videtur verosimillima. Describit eos Reges Beda  
 tomo. 3. in Collectaneis patrum & floribus ex diuersis. Ne-  
 que verò defunt qui dixerint, Chaldæos coluisse stellam, vt  
 Deum, ac propterea vt gloriantes dicebant: Quam nos cole-  
 bamus pro Deo, Deum verum nobis ostendit. Quæ omnia (si  
 ita sunt in maiorem Dei gloriam, laudemque redundant.  
 Nam statim atque Christū incunabulis & fesceninis positū ad  
 huc coluerunt, vitā & mores in melius cōmutarūt, veterē que  
 more serpentū pellē dēposuerūt, & Christū nouū hominē in-  
 duerunt id super Matt. docēte Chryf. Cūque D. Thom. illac  
 trāseuntē postquā ad suā remearūt, verbū Dei referētē & enar-  
 rantem audijissent, illi Apostolo adiūcti sunt, Christū & Do-  
 minum annunciantes post modum. Ecce ē Magicis, ex imios  
 Ecclesiastas factos. In additionibus ad Bedam de sex retatibus  
 mundi, legimus: Rodolphum Agripinensium Archiepisco-  
 pum illorum sacra corpora Coloriam transtulisse. Atque  
 quidam antiquus autor, refert, quod cū illa trāferret S. Euf-  
 torgius lupū qui vaccā alterā deuorarat, munus eius obire co-  
 git, sub iugoq; amiscere fecit, & vaccæ substituit in locū. Hoc  
 T 3 idem

D. Anselm  
S. Basilius.  
Theopyla.Vide Ma-  
gist. histor.  
Schol. in hi  
Euangel.  
Beda.

D. Chrysof.

dem nimirum Christus in eorum conuersione, fuit operatus cum eos ex lupis fecit agnos, ex feris que, & agrestibus reddidit sibi domesticos sub iugo que Euanglij suauissimo, eius dulce onus de portare iussit. Verum quicquid sit de istorum Patrum sententia, cum Origene & D. Hieronymo locis à me 89 citatis, videtur mihi dicendum, vt parabola magis, rationique consentaneum, illos non fuisse, & magis magicæ studiosos vnquam, Quinimo & D. Ambrosius qui opinioni præfata fauet, non nihil hunc in modum lib. 1. super Lucam cap. 2. ait. *Isti ergo sunt (inquit) non minus fidei (Balaam scilicet) quam successu hæreses. Ille stellam vidit in spiritu, isti viderunt oculis & crediderunt.* Verum vt rem hanc penitus perspicere lector possit, ex Ethnicis autoribus nonnulla, non ingrata subiungamus. Et in primis Plato in Politico (vt refert S. Clemens Alexand. lib. 2. Stromati) sapientiam vocat rem regiam, regemque hominem sapientem. Idemque in Alcibiade fatetur, non aliud sibi videri Zoroastis Magiam (fuit autem is filius Oromasi) quam diuinorum scientiam atque cultum, quo imbuantur Regij Persarum filij, seu Principes, vt ad mundanæ Rei publicæ imaginem, suam & ipsi Rempublicam gerere, distribuereque cõditant. Prodit ite Persis in more fuisse, septenni Principi, prædagos adhiberi quatuor, regios nuncupatos, quorū vnus esset sapiētissimus, qui Zoroastis Magiã edoceret Principē. Secundus autē sobrius valde, qui eū sui simile redderet, aliusque fortissimus, vt nō timēda doceret non timere, sed resistere. Iustissimus denique alius, qui illū in semper dicenda veritate institueret. Et hi quatuor Regē regebant, poterātque (ait Plato) Reges nuncupari, vt & medici dici possent illi per quos medicinæ ignarus, mederetur agrotis, Omisso quod Regales prædagogi, magni sunt vt in plurimū in Regno. Ad hæc Cicero de Diuinatione scribit neminem apud Persas Regio potius fastigio, qui prius nō Magica, imbibebat. Possidonium quoque sequutus Strabo tradit, Parthorū esse cõciliū duplex, vnū quidē syngenon, id est, nobiliū, vel iuxta Strabonis interpretē affiniū: alterū verò sapiētū & Magorum, ex voto quorum eligere Reges cõsueuerūt. Magia autē ipsa erat, naturalis autē & bona de qua D. Hiero. in epistola ad Paulinū remissus, Apolloniū Thyanaū ait Magū iuxta vul-

D. Hieron.

D. Ambro.

S. Clem. Alex.

Plato.

Possidon. Strabo.

Rhodig. Calius

D. Hieron.

gus, vel Philosophū iuxta Pythagoricos fuisse. Legoitē (Gorius inquit li. Antiquarū lectio. c. 93) Magos quādoque prophetas dici præsertim si & futura præfagirēt, ac religioni annexā medicinam cõsecrēt. Chalcidius in super Platonicis apud Clarium in Scholijs in Mattic. 2. dū Timeū Platonis enarrat appellat Magos nostros Sapientes Chaldaeorū, his verbis. Est quoque alia sanctior & venerabilior historia, quæ perhibet ortu stellæ cuiusdā, nō morbos, mortesque denūtiatas, sed defectum Dei venerabilis ad humanā cõuersionis rerūque moralū gratiam, quā stellā, cū in nocturno itinere suspexissent Chaldaeorum profecto sapiētes viri, & cõsideratione rerū celestium satis exercitati, quæ fuisse dicūtur recētē ortū Dei reperiaque illa maiestate puerili, venerati esse & vota Deo tāto cõueniētia nūcupasse. A Sibylla Erythræa quā dicit fuisse Chaldeā, putat Cyprianus nosser, potuisse Magos edoceri de Christo per stellā designādo, dū secūdū Matthæi enarrat caput Audiamus & Alex. ab Alex. qui li. 3. dierū genial. ca. 3. ita inquit. Apud Chæones autē annui magistratus, ex primoribus cuius deliguntur Armeniorū Magistanes, Cretesū Cosmiditi sunt. Sic ut Persarū Magi & Caramages, qui loco prætoris erāt Ex quibus omnibus recte illa obseruātibus, duo perspicua manebunt. Vnum nimirum Magos illos maleficos non fuisse sed sapientes, alterum autem Regios honores vel magistratus habuisse, quod & traditio Ecclesiastica est (quam nonnulli frustra labefactare conātur) Et testatur id D. Hiero. Dani. 2. c. & Isai. 47. & pfa. 71. & Cantacuzen. Apolog. 1. aduersus Mahumetum. In qua sic ait: In Christi natiuitate Persicæ regionis Magi ex diuina reuelatione cognouerunt quod Deus nasciturus esset. Magi vero non vulgares erant homines sed Domini, & regionum præfides. Cum hæc cognouissent, delibauerunt inter se quo modo illuc proficiscentes Regem adorarent, & dona offerrent. Consentit Anselmus Matth. 2. capitul. & Druthmarus ibidem & Theophylactus & glossa, nec non & Tertullianus li. contra Iudæos & li. 3. cõtra Martionem c. 8. non obscure id affirmat scribens fuisse Reges. Alij & complures non infimæ notæ autores in hac persistunt sententia. Fuerunt itaque proculdubio Reges vel principes, seu magistratus, siue superiores suis in prouincijs, vt indicatum est.

Calius Rhodig.

Chalcidius.

Alexan. ab Alexand.

D. Hieron. Cantacuzen.

S. Anselm. Druthma. Theophila. Tertulian.

Beda.

Illud vnum præmittendum nequaquam est, quod Beda to-  
mo. 8. in lib. aliquot quæstionum quæstione. 1. & Arias Mon-  
tanus obiter in annotationibus in Matthæum & alij, veriffi-  
me (nostro iudicio) docent, stellam utique non vsque Hieru-  
salem perduxisse illos, & illic reliquisse, vt dicunt quam plu-  
rimi. Neque enim si ita se res habuisset, Euangelista diceret,  
Et ecce stella, quam viderant in Oriente antecedebat eos,  
neque si antea illis fuisset præuia, tacuisset: Neque adeo sub  
silentio venire potuissent eos semper in via visibili & mira-  
stella ducente & comitante, nisi alijs fingamus factam inui-  
sibilem vel quæ eleuabatur noctu ita vt à solis stellarum obser-  
uatoribus discerni posset: quoniam cum esset terræ vicina, tan-  
tum in locis propinquis lucebat præfertim die, quod docet  
Nicephorus lib. 1. Histor. cap. 13. Sed hoc non satisfacit. Sal-  
tem enim die videri debuit à propinquis incolis quos vicina  
stella pertransibat. Illi præterea tantummodo dixerunt, Vi-  
dimus stellam eius in Oriente. Quid ergo? In Oriente primū  
illam viderunt, & in exitu Hierusalem rursus illis denuo  
comparuit, ducemque se exhibuit, vsque quo veniens sta-  
ret supra vbi erat puer. Nec sat est dicere, non oportuisse Euā-  
geliā omnia. 6. à explicate enarrare. Hæc nāque (si ita fuissent)  
maxime ad rei miraculum exprimere conducebat. Cui con-  
traria placeat sententiā videat P. Suarez Tom. 2. in. 3. part. D.  
Thom. quæst. 36. art. 2. & 3. disput. 14. sectio. 5. Verum vbi  
& men Magorum accipiatur ostensum est à nobis, quid  
per Orientem Diuus intellexerit Matthæus,  
dicens, Ecce Magi ab Oriente vene-  
runt & c. proximo Symbolo elu-  
cidabitur.

(.?)

AB

AB ORIENTE & AFINIBVS  
terra, idem quod à Saba Arabia apud  
Matthæum,

SYMBOLVM. 7.

4 **N**ON debet quisquam profecto ægreferre, nos in ijs ali-  
quantulum im morari, in quibus viri cætero quin gra-  
uissimi etiam post longam moram, sunt allucinati. *Ma. 12.*  
5 Ecce plusquam Salomon hic, id est, hoc in loco Christus, quē  
Magi Reges tres & sapientes, in incunabulis vagientem, nō  
mira naturæ arcana resonantem audire venerunt, vel magis  
adoraturi, eiusque visuri fescenina. Haud dubium quidem  
6 est eos ab Oriente carpsisse viam, Reginam que Saba à fini-  
bus terræ ad regem Salomonem aduentasse, sed ex qua Mū-  
di parte, & vtrum ex eadem regione, Reges aduenerint &  
Regina a viris doctissimis in dubium vocat Ianfenius. in E-  
uangelica concordia capite. 1. in illa verba: Regina Austri-  
& c. hæc super huiusmodi Reginæ ad Solomonem aduen-  
tu ad verbum ait. *Hæc autem Regina Austriaca est, quæ .3. Re-  
gum cap. 10. vocatur Regina Saba, non illius quidem quæ est in  
Arabia sed alterius quæ est in Æthiopia. Duplex enim fuit Saba,  
cuius meminerunt scripturæ. Reginam autem hanc, quæ ad Salo-  
monem venit, Ægypto & Æthiopiæ imperasse, testatur Iosephus*  
7 *Æthiopiæ autem inter cætera insignia, insulam habet Medianinē  
fertilitate & incredibili frequentia hominum nobilem, quam Ni-  
lus ambitu suo complectitur, dictam Meroe. In hac vrbs est vetus-  
tissima, quæ totius Æthiopiæ regia erat, nomine Saba, quam postea  
Cambises Rex denominauit Meroen in sororis suæ memoriā, vt tes-  
tatur Iosephus li. ant. 2. & Strabo li. 17. hæc fuisse regiā Æthiopiæ cō-  
8 memorat his verbis est autem maxima Æthiopiæ regia vrbs Meroe  
eiusdem nominis cum insula. Aduertendum autem Meroenos fæ-  
minis parere solitos, vt etiam testatur Strabo lib. 16. sicuti & Scy-  
thæ suas reginas habebant & Assyrii suam Semiramidem. Secuta au-  
tē. etate reginæ Meroes, Cādaces appellatæ sūt, voce perinde commu-*

I 5.

m

Plinius s.

ni illis atque Pharaonum & Ptolomæorum nomen commune fuit regibus Ægyptiorum. Vnde Plinius Scribens de Æthiopia regno, quomodo Neronis exploratores eo renunciantissint lib. 6. cap. 29. sic inquit. Regnare (scilicet retulerunt) feminam Candacem quod multis iam annis nomen ad reginas transijt. Hinc cum Actorum. 8 Lucas memoret Eunucho illum quem Æsaia lectione doctum Philip pus baptizavit fuisse ex aula Candace Regine Æthiopia intelligi datur illi genti scripturarum lectionem ab ætate huius Regina qua Salomonem adiit, familiarem atque visitatam fuisse: Neque alia de causa Hierosolymam, seu famigeratum religionem locum quo tannis, quamvis distanti itinere, visitare consuevissent. Hactenus Gandauensis. Quæ omnia quatenus sint vera dicemus post modum. Abulensis super lib. 3. Reg. cap. 10. q. 2. & 3. ponit duplicis Saba differentiam (de qua statim) dicitque secundum Herodotum Halicarnasseum, & alios historiographos Reginam hanc fuisse totius Africae, Æthiopiae, & Ægypti: & iuxta Iosephum lib. 8 Antiquitatum Nicaula vocatam, quæ & Æthiopiae fuit Regina. Quod ipse Abulensis optimè refellit. Etenim, tamen si verum sita Mineo, qui Memphim fundavit Reges Ægypti nomina Pharaones accepisse (fuerunt enim 330. reges illiusque; successit in regno Nichaula Regina Æthiopiae & Ægypti) hoc stare non potest: paulo siquidem ante aduentum Reginae Saba ad Salomonem accesserat ad eum Rex Ægypti vt. 3. Reg. cap. 9. habetur eratque Salomonis focer, vt constat ex cap. 3. eiusdem libri. Regina ergo Saba, non erat Nichaula, quæ sola in regno 330. regibus successit, Accedi tertiã quod non cum tanta admiratione reddisset, si focer Salomonis vxor extitisset, quibus procul dubio aliqua interuenisset consuetudo & familiaritas. Sed neque Regina Saba focerum Salomonis in regno sequi potuit, vt potest quæ si ita se res haberet, ex suo Ægypti regno visura Salomonem, & non ex Æthiopia aduentasset. quod certe regnum non multum distat a terra Chanaan, ex qua filii Israel ad emenda frumeta illuc properabant, vt ex Gen. 42. & 43. ca. cõpertum est. Si vero ex Ægypto Salomonis visendi gratia Hierosolymam aduenisset, vt quæ sointelligi posset illud Euãgelij, Regina Austri a finibus terræ venit audire sapietiam Salomonis? Vult igitur Abulensis. non Ægypto, sed Æthiopiae dominatã, id quod 2. Paral. c. 9. q. 2. docet quãuis cum hoc sciat illud Pl. 71. Reges Arabum

Iansenius. Abulensis.

Herodotus. Ant. arnã. Iose.

3 Regum. 9

Plal. 71

bũ & Saba de Saba Arabũ intelligi, & sic ab vno filiorum Chã nomine Saba vocatam fuisse vt ex Genes. 10. patet capite habereque ex Orientis parte Rubrum mare, sinum scilicet maris Persicũ, & ex Aquilone Calciorum & Babyloniorum terrã, ad meridiem vero Æthiopiã, atque ex occidenti Ægyptũ abũ dareque arboribus myrrhæ & thuris, alijsque aromaticis plantis, ibidemque vnicã Phœnicẽ exoriri. Hæc placita Abulensis. Quæ ad dicenda ad lögum recensere, per quã utile nobis visum est. Et quidẽ quod attinet ad expositionẽ illius versus psal. 71. verissime docet, de Saba Arabũ intelligi debere. Ex Saba quippe Arabiae Magi (de quibus illã prophetiã intelligit Ecclesia) ad Bethlehẽ accesserunt. Quare & in hunc modum de illis exponit D. Hier. versiculum. Et S. Ansel. subscribit dicẽs, fuisse sapietes Astrologos, de terra Persarum & Chaldæorum, vbi est Saba fluuius, a quo Sabæa regio dicitur, iuxta quã est Arabia ex qua tres fuerunt Magi. Duæ enim Arabiae sunt. Vna in qua est Sina, de qua ait Apostolus: Sina mons est in Arabia. Altera quæ est in zona calida. Vnde Lucanus.

15

16

17

18

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem. Hæc ferme D. Anselmus, in Matt. 2. capitul. cui & Magister historiae scolasticae consentit. Quod verò Iosephus & Abulensis atque Iansenius dicunt, Reginam illam ex Saba Arabia non fuisse, sed ex Saba Æthiopiae, non est vnde quæque verisimile. Quod vt perspiciat lector, sibi Hieronymus est audiendus, qui in Traditionibus super Genes. in illud capitul. 10. Filij Chus, Saba &c. sic ait de Saba. Saba (inquit) a quibus Sabæi. De quibus Virgilius. Salisque est Thurea virga Sabæis Et alibi. Centumque Sabæo Thure.

Atque inferius super illud, Filij Regma, Saba & Dadan, inquit: Hic Saba per sin literam scribitur, supra vero per Samech, a quo diximus appellatos Sabæos. Interpretatur vero nunc Saba Arabia. Nam in septuagesimo primo psalmo, vbi nos habemus, Reges Arabum & Saba munera offerent, in Hebræo scriptum est, Reges Saba. Primum nomen per sin, secundum per samech. Quod sapientius docet Lippomanus in Catena super Genes. capit. 10. qui

Genes. 10.

S. Anselm.

Galat. 4.

D. Ansel. Mag. h. s. schol.

D. Hieron.

Lippoman.

qui sic dicit: Notandum igitur duas esse vrbes, aut duas esse regiones, quæ eodem nomine Sabæ, a nobis & à Græcis appellantur. Apud Hebræos tamen insigne discrimen est. Altera quæ in Æthiopia, 19 altera quæ in Arabia est. Quæ Æthiopiæ est scribitur apud Hebræos per S. ex illo modo quæ vero in Arabia per S. Crassum Regina ergo Saba quæ venit ad Salomonem, ad eumque aromata attulisse memoratur, non Æthiopiæ, sed Arabiæ Sabæ Regina erat. Ex eadem Magi ad Dominum IESVM generis humani reparatorem venerunt, ex ijs quæ regio afferebat dona ei portantes. De Saba vero quæ in Æthiopia est multa scribuntur a Strabone. Fallitur ergo Iosephus scribens Reginam Saba non fuisse eius, quæ in Arabia, sed quæ in Æthiopia est. Quippe quæ ea tempestate Ægypto atque Æthiopiæ imperaret. Quod ex multis scripturæ locis falsum esse conuincitur. Huiusque Lipomanus, Augustinus item Eugubinus Chisamensis Episcopus in Annotationibus Geneseos, idem ferè atque Lippomanus dicit, additque insuper in hunc modum: Ideo ab Isaia (inquit) eodem loco capite, scilicet sexagesimo, ubi dixit, omnes de Saba venient, ponitur Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi. Cedar enim conueniunt omnes, Arabiæ partem esse. Nabaioth quoque Arabiæ populi sunt, qui a Græcis & Latinis paululum luxato nomine Nabathæi vocantur. Sic & David canit Reges Arabum & Saba & 22 Vicinæ autem regiones simul ponuntur in Arabia præterea feruntur esse illa aromata, quæ illa (videlicet regina) ad regem attulerit. Præterea cum diximus Saba per S. Crassum significare eam quæ in Arabia est: patet huius eam mulierem Reginam fuisse, quia tertio regum scribitur Vmalchit sceba id est, Et regina Saba, quod nomen per S. Crassum scribitur. Quam ob rem, non possumus probare sententiam Iosephi. Neque nos moueat, quod in Euangelio appelletur Regina Austri: nam Sabæi respectu Iudææ in Austrum positi sunt: et ea plaga Australis aliquando nominatur. Hac ideo animaduersa sunt, quia plerique apud nos & Græcos horum nominum amphibologia decepti sunt. Hæc Eugubinus Diuersitatem autem orthographiæ huius nominis Saba, videmus tradidit D. Hieron. & Abulensi locis paulo superius citatis. Cõiectura igitur Gãdanensis Episcopi de Reginis Æthiopiæ quæ Cãdaces appellatæ sũt, hac in parte placet, verum ex ea, quæ ex ijs fuisse Reginam Saba colligit, non potest non

non displicere. Venit itaque regina Saba ex oriente respectu terræ Chanaan, ac proinde dicitur in Euangelio à finibus terræ venisse. Ultra Chanaan enim erat Saba Arabiæ, vnde ad uenerunt Magi etiam qui posteri erant Balaam (vt dictum est) qui Numerorum. 24. cap. de montibus Orientis dicitur fuisse quod esset eius patria versus Orientem, Ammonitasque, & ex Mesopotamia fuisse Magos autumo, quæ terræ promissionis coniuncta est. Vnde venire proculdubio, tredecim dierum & minori etiam poterunt spatio, vt aperte demonstrat Abulensis super Matthæi capitul. 2. quæst. 7. Nec mirandum profecto, quod cum ex regione ista regina Saba profecta fuerit à finibus terræ venisse in Euangelio dicatur. Nam & idem Orientis terræ Chanaan apud Isaiam cap. 49. per hanc vocem de longe significari videtur. Multitudinem enim filiorum Ecclesiæ prænuntians Isaias, in hæc ait verba. Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari &c. Itaque eodem sermone Hebraici fere idiomate, Magi ab oriente, & de longe dicuntur aduenisse, quo Regina Saba Austri dicitur Regina, & à finibus terræ ad Salomonem accessisse. Porro quod in Psalmis legitur de Deo nostro, quod Æthiopia præueniet manus eius, & quod ultra flumina Æthiopiæ inde supplices mei, quod in alio propheta legimus, illudque quod est de Christo ad litteram, Coram illo procident Æthiopes, iam videmus impletum. Tametsi enim de Ethnicis, qui ob sua peccata nigriora crimina atros que mores possint recte accipi verba sicut & de dæmonibus, licet non ita forte ad litteram tamen graues in primis autores simpliciter de Æthiopia eius que incolis locum explicant, esto quod Magos ex Æthiopia aduentasse ad Christum non confiteantur. Legimus si quidem Æthiopes audisse atque suscepisse fidem Euangelij. Regina Candaces ex Æthiopia erat & Eunuchus ille, qui à Philippo incunabula & rudimenta accepit fidei, qui dubio procul Regiæ suæ fidem, quam a deo libenter amplexus est postea refunderet. Sed & doctrinam Apostolorum ad Æthiopiam usque peruenisse & legimus & scimus. Quod si quis spem ex Æthiopia Reginam Saba fuisse, vt & Magorum vnus de pingi vulgo solet, animo contemderit tenaci, sciat nos amare minime contentiones. Possit quis dicere fortasse vnum ex Magis

gis Æthiopem natura fuisse, sed patria Arabem: sic & vxor Moyfi Æthiopissa erat, & Iethro filia & hic in Arabia degebat, nō lōge à mōte Sinai. Pictura igitur antiqua quavnus Magorum vt Æthio ps depingitur, nostrā nō obest opinioni. Ad veritatē magis accedere visum est, vt & alijs grauissimis sacrarum literarum interpretibus, Reges Magos vt & Reginā Saba è Saba Arabia & non Æthiopiā ad Ierusalem applicuisse. Ce dit & hoc in magnam gloriam Christi, vt vnde Regina ad vmbraticum Salomonem aduenit, inde ad verum tres illi sapientes Reges properarint.

STELLA MULTITV-  
do est.

SYMBOLVM. 8.

**A**GE iam postquam in Magorum incidimus aduentū quādam prædictis minime dissentanea coniūgamus. Stellam Magis insignum dati Christi, & nati, Rupertus astruit apparuisse ex eo quod per stellas ad Abraham est facta Christi repromissio. Videbatur sane stella proclamare, Ecce quam bonus verax, & fidelis est Deus, ijs, qui diligunt eum in veritate. Videtis iam Abraham illius senis promissionem quondam factam, in plenitudine temporum adimpletam. Suscepit, quippe Deus Pater in signum amoris & dilectionis maximæ, velut in vnliis Israel puerum suum, ceu charissimum filium recordatus misericordix suæ. *Sicut locutus est ad patres nostros.* Et promisit Abraham & semini eius in sæcula. Quid enim ait Dominus ad Abraham? In sermone tuo, benedicentur omnes gentes. Exponit id Paulus hoc modo: In semine tuo, quod est Christus. Potens est siquidem Deus Pater per illum, de lapidibus, Ethnicis, videlicet, suscitare filios ipsi Abraham, *Quis miseratus* (inquit S. Clemens Alexandrinus in Oratione adhortatoria ad Gentes) *multum inscitiam & cordis duritiem eorum, qui lapidauerūt aduersus veritatem, excitauit semen pietatis in Deum virtutē sentiens, ex lapidibus illis, nempe Gētibus quæ crediderunt lapidibus.* Præterea aut (superius paulo ait) *Lapidibus quoq; est insensibilior homo, qui est tinctus ignorantia.* Iā ergo ad Christū cōfluūt primitiæ filiorū Abraham per ducatum

Rupertus.

Luce. 1.

Genes. 26.

Galat. 3.

Matthæ. 3.

S. Clement.

Alex.

31

32

33

34

tum stellæ, quæ eis vice astrolabij fuit, vt profiteantur fidem Abrahamæ. Sic quadantenus etiam & antecessoribus Magorum per Balaami stellam, istam Abrahami nouelam plantationē & prolem in sinuauerat Deus. Prædictus erat quippe multo ante multarum gentium pater is futurus. Quapropter neque mysterio vacare crediderim, Deum Genes. 17. cap. nomen Abram in Abraham mutasse, addita vna tantum litera ex inefabili nomine suo Iehoua. Siue (vt alij volunt) Iesua, quæ erat He. Quannis ex Hebræis quidam (vt refert Leo Castré sis in Apologetico suo lib. 5. nullum aliud mysterium latere afirmet quam quod vocaretur Abram, idest pater excelsus antea, quoniam erat Astrologiæ, & Astronomiæ peritissimus. Et sane hac in parte, similes erant Magi patri suo Abraham. Sed altius adumbratur profecto mysterium. Afferunt quidā D. Hieron. in Quæstionibus Hebraicis dicentem Abraham patrem significare excelsum, posteaque vocatū fuisse Abraham, quod potest exponi, Multarum pater. Quoniam verbū Gentium, etymologia nominis non exprimitur, sed sufficiē dum dicit. Quibus verbis annuit D. Hieronymus nomen Abraham multarum gentium significare patrem. Dicunt autē illi, quod Ham cum Hain debet scribi. Adducuntque in testimonium D. Hieronymum. Quasi vero D. Hieronymus non caluerit, nomen Abraham, non deriuari ab Ham cum Hain quod est populus, perinde ac pater populorū. Quod vtique de Iudæe solum populis verificari posset: ac proinde nulla in eo nomine lateret prophetia. Descendit igitur nomen Abraham ex Ab quod est pater, & Hamon idest multitudo innumera bilis nationum quæ in Christo forent benedicendæ, de quibus scripsit Ioannes Apocalypf. 7. cap. *Post hæc* (inquit) *Vidi turbam magnam, quam nemo dinumerare poterat, ex omnibus gentibus, tribubus & populis, & linguis, stantes ante thronum in conspectu agni.* Abraham ergo illius multitudinis nationum fidelium pater dictus est: id quod & textus ipse Hebræus aperte insinuare videtur, cum habet: Guoim, in nomine, idest, nationum. Quia posui te (inquit) patrem multarum Guoim, non dixit populorum, sed nationum. Hoc ostendit Deus Abrahamo (vt habetur Genes. 13.) cū eduxiteū foras in capū videlicet & dixit illi: Suspice cœ lum

Genes. 7.

Leo cast.

D. Hieron.

Apocal. 7.

Gene s. 5.



lum & numeras stellas, si potes. Et dixit ei sic, erit sermō tuum, Quod & promiserat ei antea cum iussit suam patriam linque-  
*Genes. 12.* re & cognationem, vt *Genes. cap. 12.* scriptum est. Appositif-  
 40 sima imago multitudinis filiorum Abraham, est multitudo  
 stellarum, quam solus Deus potest numerare, & singulis stel-  
*Psal. 146.* lis nomina imponere, secundum illud *psa. 146.* *Qui numerat*  
*multitudinem stellarum & omnibus eis nomina vocat.* Id quod ceu  
 paraphrasi reddidit in hunc modum eleganter in *Paschali Se-*  
*dulius:*

*Sedulius. Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus,  
 Signa potestates, cursus, loca, tempora nosti.*

*Aratus.* Vnde *Aratus* quidam *Astrologus*, qui floruit prope *Ptolo-*  
 41 mei tempora (de quo & mentionem fecit *Eusebius* in *chroni-*  
 cis, & *Cicero* in *Dialogo ad Quintum Hortensium*, & *D.*  
*Eusebius.* *pōst eos Augustinus lib. 16. de Ciuitate Dei capitul. 24.* & ali-  
*Cicero.* bi *lib. 18.*) dicens se multitudinem stellarum & numerum ea-  
*D. Aug.* rum cognouisse, omnibus se præbuit ridiculum. Nam vel ex  
 solo naturæ ductu apparet impossibile, cum cœlum perpe-  
 42 tuo moueatur neque omnes possint stellæ conspici, cum so-  
 lum nostrum se oculis nostris obijciat hemispherium, & *Ho-*  
 43 *izonte ipso minime existente plano.* *Apta* fuit autem ni-  
 mis collatio multitudinis filiorum *Israel*, cum multitudine  
 innumerabili stellarum. Nam, vt stellas nullus homo potest  
 enumerare, sic nec fideles, siue *Abraham* secundum fidem fi-  
 44 lios. De his enim loquebatur *Deus* cum semen *Abrahæ* pul-  
 ueri terræ & arenæ maris, & stellis cœli assimilauit. *Filij*  
 enim *Israel* numerati sunt, vt patet ex *Numerorum* libro,  
 tamen si aliquo modo possunt innumerabiles dici ob tantam  
 eorum multitudinem, vt exponit doctissimus *Abulensis.* Sic  
 & *Dauid psalm. 138.* aiebat de amicis *Dei* innumeris: *Diui-*  
*merabo eos, & super arenam multiplicabuntur.* At arenam maris  
 44 nullus potest enumerare. Vt ergo propheta sancte amicos  
*Dei* enumerabis? Magnam illorum multitudinem voluit of-  
 tendere. Vt ergo stellarum solus *Deus* numerum & nomina  
 nouit, sic & prædestinatorum & fideiū. Nouit *Dominus*, qui  
 sunt eius. Et bou<sup>9</sup> ille pastor *Christus* cognoscit oues suas, qui  
 cas

*Abulens.*  
*Psal. 138.*

*Ioan. 10.*

eas ab hœdis segregabit, in die furoris sui. Et quis, nisi *Deus*,  
 obsecro, in tanta animarum multitudine, bonas à malis se-  
 cernere valeat? *Et si nemo scit, vtrū odio vel amore dignus sit.* Vt  
 45 prodit *Spiritus almus*, quis alios, vtrum iusti an iniusti sint, iudi-  
 care poterit. Adimpleta autem est iam *Abrahæ* promissio, ni-  
 mirum, vt non possit quis multitudinem filiorum eius sensu  
 comprehendere neque intellectu. Audi *Moysem*, quando  
 46 nec dum erant ita multi filiorum *Israel*, qui referens quæ *Exo-*  
*di. 18. capitul. ad eos dixerat. Deuteronomij. 1. cap. ita ait. Di-*  
*xique vobis illo in tempore, Non possum solus sustinere vos, quia*  
*Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie, sicut stellæ*  
*cœli plurimi.* Stellæ igitur multitudinis maxime in *Sacris, Sym-*  
 47 *bolum* sunt. Sic & *Nahum cap. 3. ad Niniuen* inquit: *Plures*  
*fecisti negotiationes tuas, quam stellæ sint cœli.* Quare vt multitu-  
 dinem fidelium iam iam dandam *Deus* ostenderet, *Uam*  
 duces *Magis* dedit.

TRANSIRE PER ME  
 dias animalium occisorum diuisiones, & quæ *Deus A-*  
*braha* in signum promissionis adimplenda  
 dedit, formam iurandi an-  
 tiquam sapere.

## SYMBOLVM. 9.

**N**Equid desit ad exactam intelligentiam promissionis  
*Abrahæ* factæ quoniam in spem contra spem credidit  
 illique est ad iustitiam reputatum, ea quæ in confirma-  
 48 tionis signum *Deus* dedit *Abrahæ*, quid *Symbolicòs* innuant  
 explicemus. Legimus enim *Genes. 15. capitul.* quod cum  
*Deus* illam copiosam filiorum multitudinem spondidit *Abra-*  
 49 *hamo*, ipse *Dominò* talia fatus est. *Domine Deus*, vnde sci-  
 re possum, quod possessurus sim eam? terram, videlicet, in  
 qua erat quamque semini promiserat eius multo nimis. Et res-  
 pondens *Dñs*, *Sume*, inquit, mihi vaccā triennē & caprā trimā  
 & arietē annorum trium, turturem quoque & colūbā. Qui tol-  
 lens

lens vniuersa hæc diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit, & reliqua quæ facta illic à Moyse commemorantur. Quæ omnia quid portenderint non fuerit facile diiudicare. Quid horror ille & caligo præmonstraret tenebricosa, obiter & veluti per transfennam in Symbolo octauo primæ Decadis, ex D. Chryso-  
 50 mo & Ruperto elucidauimus. In præsentiarum autem solū est animus enodare, quam cum præcedentibus hæc habeant connexionem quid que Deus Abrahamæ per hæc significare voluerit futurum, qua poterimus diligentia. Res est enim expositione indigens, & magnam Symboli speciem præferens. Et (vt hinc exordiamur) Abulensis super hunc locum duplicem affert expositionem. Vtramque veram esse dicit, vnamque alterius complementum. Meminit harum & Liranus. Volunt ergo isti autores. Deum dedisse Abrahamo in signum  
 51 quod cognosceret semen suum terram eam pinguem certo possessurum, sacrificium insuper & verum Dei cultum seruaturum. Nanque, vt ex multis sacre scripturæ locis sole clarius est, cum religioni veri Dei dedebantur Israelitæ, eiusque vacabant cultui, & obseruantia, ab aduersarijs non opprimebantur eis succumbentes, neque in eorum veniebant ditionem. At verò cum à mandatis eius declinabāt, statim aderant profo-  
 52 ribus hostes, vt velut amentibus vexatio daret intellectum. Id quod latè prosequitur Abulensis. Altera explicatio loci huius est, Deum Abrahamo pro signo dedisse pactum & fœdus quoddam antiquorum more contractum. Verū libet Abulensis verba in mediū adducere. Vel potest dici (inquit ille)  
 53 quod Deus voluit confirmare pactum suum cum Abraham ad maiorem certitudinē. Et quia inter antiquos mos erat, vt cōfirmātes fœdera, occiderēt aliqua animalia, & diuiderēt in frusta, post trāsirent inter diuisiones, ad notandum, quod sic diuideretur, qui fœdus factum infringeret. De his Paulus Orosius  
 54 lib. 8. de Ormesta mundi in fine, vbi dicit, fœdera occisione porcæ componi: & sic dicuntur fœdera de foeda fœdæ, quæ significat porcā. Ideo Deus voluit fieri tale pactum & confirmari, per diuisionem animalium. Sic etiam lex Mosayca in sanguine confirmata est, quia quando populus consentit verbis Dei, Moyse accepit sanguinem animalium immolato-  
 rum,

Abulens.

Orosius.

rum, & asperisit altare loco Dei, tanquam Deus sanguine aspergeretur. Deinde asperisit super totum populum, vt patet Exodi. 24. Et Apostolus ad Heb. 9. satis declarat, quod confirmatio alicuius pacti testamenti, vel legis sine sanguine non fit.  
 55 Et signū huius est, quia in istis animalibus occisis nō factum est, sicut in sacrificijs fieri solebat, vel postea solitum fuit. In sacrificijs holocaustorum concidebatur animal in frusta, non in duas medietates, sed in multa frusta, & ponebantur super  
 56 ignem, vt patet Leuitici primo capite. In hoc autem fuerunt medietates diuisæ & contra se positæ, vt quasi confœderati, possent transire inter diuisiones. Hæc Abulensis. Quæ sententia verissima est, iudicio nostro. Ac propterea ad maiorem prædictorum lucem, adiiciamus & nos quædam. Et quidem, tametsi ab hoc modo dicendi, non discedimus omnino, aliquid tamen denuo dicemus. Illud autem est, præterquam quod pactum quoddam pepigerit Dominus cum Abraham, & iuramentum addidisse, in confirmationem promissionis.  
 57 Quæ verò varium & multiplex iurandi genus apud omnes fere antiquos, quantumque piaculum, & scelus haberetur deieratio, multis enarratis locis quibus deieratores vi quadam secreta & prodigiosa puniebantur, id ita permittente Deo (vt apparet) ad mendacium ex hominibus exterminandum, partemque inter eos magis conseruandam ostendit Alexander  
 58 ab Alexandro lib. 5. Dierum Genial. capitul. 10. Licitum autem & sanctum est iusiurandum, si suos tres indiuiduos habeat comites, scilicet, vt cum iudicio discretionis, zeloque  
 59 iustitiæ, & cum veritate id fiat, iuxta D. Thomam. 2. 2. q. 79 art. 3. Iurare etenim, vt idem docet eadem quæstione art. 2. secundum se est licitum & honestum, quia introductum est ex fide qua homines credunt Deum habere infallibilem veritatem, & vniuersalem omnium rerum cognitionem & prouidentiam: estque vtilissimum ad finem imponendum con-  
 trouersijs. Ad confirmationem quippe inuentum est, vt idem autor est D. Thom. articul. 7. Idque videtur D. Paulus ad Hebræos. 6. capitul. docere. Vituperio proinde dandum est Phrygibus, quod non modo nullo adiguntur iuramento, sed neque alios ad id cogunt. Sic & de Gallis & Pœnis fertur, nulla religione iusiurandi mo-  
 uerunt

Exod. 24.  
Heb. 9.

Leuit. 1.

Alexa. ab  
Alexan.

D. Thom.

D. Thom.  
Hebr. 6.

ueri, quin ubi visum fuerit deserviant, nullo rapinis modo, aut scruitæ præfinito. Quemadmodum Aphrodisium iuramentum vanum apud veteres erat, nanque ut habetur veteri adagio, Amantibus verum ludificare permis-  
sum est Impium vero illud, quod fertur Dionysij tyranni ver-  
bum reputari debet, sicut pueros tallis, ita homines frustra iuramentis debere. Taxavit autem optimo iure Euripides, & Aristophanes velut infidos & damnosos Spartanos, quippe quibus nec ara, nec fides, nec iusiurandum foret. Corrupto enim rege Aristocrate multis bello contra Messenios fracta fide iuramenti, Martialem virtutem, primi venalem fecere. Quod de The-  
salis quoque Poetæ tradunt, quibus ex fortuna pendit fides in bello Peloponesiaco foedera, & Deos oblit-  
ti, Atheniensibus in ipsa acie ad hostes illorum defe-  
runt. Vnde fides Thessala, ut vana & fluxa prover-  
bij locum iam iam obtinuit. Parthis quoque fides nulla nisi quantum expedit, quibus utilitas semper preponde-  
rat fidei, quod & Afris & Syris est germanum. Mihi contra arripit nimis Arabum & Persarum nunquam nisi quæ viola-  
ta fides eorumque veracissimum placitum, quo sic fidem ex-  
tulerunt, ut fide abolita, societatem humanam tolli putarent ex diametroque ceu Afris oppositi, fidei utilitatem postpo-  
nebant. Quæ ex Alexandro cui iniurato etiam fidem adhi-  
beamus, idcirco in medium adduximus, quo iuramentum quæti-  
sit habendum, eiusque utilitas & pondus ad fidem confirman-  
dam ex sua primæ institutione perspicitur. More enim hominum Deus, quippe qui cum hominibus ageret, pactum cum Abrahamo factum, suamque pollicitationem, iura-  
mento confirmavit. Obijcere tamen nobis poteris illud Pauli ad Romanos: *Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam.* Ut quid ergo veluti extorquet à Deo iuramentum Abrahamus in signum adimplendæ promissionis, si promissioni adhibuit fidem? Nunquid falleret eum, qui nec falli, nec fallere potest summa veritas? Ut igitur signum sic expostulat? Fidem certè adhibuisse dictis Dei Abrahamum quis negare audeat, cum tantopere à Paulo de fide magna laudetur? Iurasse autem illi Deum Genes. 22. capit. constat  
&

Euripides.  
Aristophanes.

Roman. 4.

Genes. 22.

& Paulus ad Heb. 6. docet Deum cum non haberet maiorem se, per se met ipsum iurasse. Et sanè si Xenocrati tanta fides ab Atheniensibus præ cæteris fuit habita, ut cum nullius iniurati testi-  
monium admitteretur, ei tamè sine iuramento cõfessere eumque iniuratum, quod inueteratæ fidei esset, in fidem atque officium admifere, quanto potius (quod citra collationem dictum volo) etiam iniurato, nullumque exhibenti signum tenebatur Abrahamus, qui totactanta eius veracitatis nouerat argumèta, fidem adhibere Deo. Testimonium profecto Dñi fidele, & iudicia Domini vera iustificata in semet ipsa, & quem verum esse per essentiam nouerat, de eius fidelitate ambigere non debuit. Cyrillus Alexandrinus lib. 10. aduersus Iulianum dum illi obijcitur, quod Abraham vsus fuerit vaticinandi arte, & obseruatione cursus astrorum respondet, Deum coniuuentem seque infirmitati senis attemperantem, quoniam principia fidei erant, & promissionis magnitudo spem excedere videbatur, nã res inexpectatæ creditu difficiles (inquit) sunt, in firmo magna benignitate, ad curandum pusillanimitatem donasse quædam, promissionemque iuramento confirmare voluisse dicit. Et de modo, quo iuravit Deus, ita inquit. *Sed erat mos apud Chaldaeos, iuramenta stabilire, transeundo per medias diuisiones: & lex regionis eius rem confirmabat. Hoc facere præcipit dicens: Accippe mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem trimum. Id quod & benè intelligens diuinus Abraham, quamuis Deus solum imperasset debere accipere, ipse tamen addit, & iuxta legem iuramenti occisa in duo diuisit ordine collocans, eo quod statim per medium transiturus esset Deus. Viderit enim quis apud posteriores, talia quædam iuramenta apud Barbaros facta, & apud quosdam antiquiores. Vnde Sophocles in Antigone introducit quemdam nuncium, cui etiam præceptum erat Polimicis corpus seruare, Thebanorum duci dicentem:*  
CHREON hic erat,  
Eramus autem parati & ferrum tollere manibus.  
Et ignem diuidere, & Deos adiurare.  
Nam euntes per medium ignem, & ferrum ferentes manibus faciebant iuramenta. Itaque vniuersorum Deus senioris indulget pusillanimitati, iuxta Chaldaeorum mortem dispensat iuramentum interponens. Scriptum est enim quod sole existente ad Occidentem, facies ignis per-

Heb. 6.

D. Cyrillus

Sophocles.

*medias trāferūt diuisiones. Figurabatur autem iterum quasi in specie ignis diuina & immaculata natura.* Hæc contra Iulianum D. Cyrillus idemque ferè lib. 6. in Genesim super hunc locum, nisi quod ibi nonnulla dicit, quæ Iuliano aliquam obiectioni prædictæ de augurandi officio, & astrorum obseruatione præbere videntur ansam. Ait enim: Apud Chaldæos, optima omnium opinione sancitum erat, vt volatus auium curiosè inspicerent. Deus igitur dispensationis gratia permittit, vt quem admodum eis consuetum fuerat, ita futura possint aucupari. Sed cum complures ad diuisa corpora aues concurrissent, maximo metu Abraham detentus fuit, & quem nam finem id omen habiturum esset, aut ad quos portentum hoc pertineret, animo dubius fuit. Absurdum etenim videbatur, vt aues immundæ, ad sacrificia aduolarent. Sed immundæ apud eos habitæ sunt quæ carnes soleant comedere. Quod cum id omen non prosperum sibi fore suspicaretur, anxius sanè fuit. Sed ea anxietate protinus liberatur. Non enim (inquit) aduersa tibi euenient, vt tu suspicaris &c. quæ in historia sunt commemorat. Ex quibus omnibus, quæ de iuramento prodit digna sanè magna obseruatione sunt, sed Abraham dubitasse & malum omen suspicatum fuisse, ob idque aues abegisse, credendum non est. Vt enim perstans in hac doctrina Iuliano respondere posset Diuus Cyrillus? Quarè potius ambigere, utrū opus illud in Genesim Diui Cyrilli sit. D. Chrysostomus homil. 37. in Genes. paciscendi modum antiquorum esse hoc dicit, & Abraham Deo credidisse promittenti consistetur, id que verissimè personamque Abrahami exprimens loquentè ita loquitur. His quidem quæ à te dicuntur impossibile est vt discredam. Attamen vellem & hunc modum discere, quomodo eam in hæreditatem sim possessurus. Quæ interpretatio similis est illi quam cōmuniter adhibere solent interpretes, respōso Virginis matris, quod Angelo reddidit dicens, Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? D. Chrysostomum libenter sequimur, ne que illud prætermittendum nobis, quod in fine expositionis illorum verborum: Quarta autē generatione &c. Ita docet: Postea vbi compleuit prophetiam, ac cepit etiam ille signum quod ei factum. Et textu interposito, occubitus Solis & illius apparitionis, addit idem Diuus:

Et

D. Cyril.

D. Chryso.

Et flamma & clibanus, & lampades existunt, vt signum habeat iustus firmiorum foederum, & aduentus diuinæ operationis. Denique postquam completa & perfecta sunt omnia igne confumente quæ proposita erant &c. Quibus verbis videtur non obscure insinuare Chrysostomus Deum in signum suæ diuinæ præsentis & operationis dedisse Abrahamo ignem, qui diuisiones illas consumeret animalium. Cui D. Augustinus in libr. 2. Retraçat. capitul. 43. refragatur sententiæ. Vbi loquens de libris de ciuitate Dei dicit: Non debuit promiraculo poni Abrahamæ sacrificio flammam cœlitus factam, inter diuisas victimas concurrisse, quoniam hoc illi in visione monstratum est. Ad quod & litera ipsa facere videtur Genesis, qua dicitur sopor Abrahamo irruisse, idque præcipue si nox erat magis congruit, quod Lyranus asserit, & negat Abulensis, diu visionem contigisse docens. Cæterum pro D. Chrysostomo dici potest Abrahamum sopori miraculoso immersum animi oculis vidisse flammam de cœlo descendentem, & clibanum ardentem, diuisiones illas animalium & aues consumere, in signum acceptati sacrificij. Ignis enim de cœlo venire ad id quondam à Deo consueuerat, de quo inferius Deo dante dicemus. Itaque Abraham (vt sapientis Ecclesiastici. 44. capitul. verbis utar) in tentatione inuentus est fidelis. Ideo iure iurando dedit illi gloriam in gente sua &c. Iusiurandum autem istud & per verba & per res Symbolicas à Deo iuratum est. Genesis nanque. 22. capitul. Angelus voce Domini ait, *Quia fecisti rem hanc per me met ipsum iuravi, dicit Dominus &c.* Et ad Hebræos 6. eadem causa innui videtur. Iuramentum per verba illud est: *Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te:* At iuramentum idem rebus Symbolicis ex more Chaldæorum expressit. Et optimus diuinæ voluntatis hinc in rebus Paulus interpres rationem, ob quam Deus rem iuramento confirmauit, reddit dicens: In quo abundantius, volens Deus ostendere pollicitationis hæreditibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deū fortissimum solatium habeamus &c. Ex quibus verbis efficitur, propter solamen nostrum valde necessarium fuisse iusiur-

V 4 ran

D. Aug.

Lyran.  
Abulen.

Ecclesi. 44.

Genesis. 22  
Hebræos. 6

randum Dei. Signum equidem Abraham petijt & Deus, in quo cognosceret signum dedit, & iuramentum interposuit, ad posterorum Abraham solatium maximum. Ecce miram rationem, ad nos è coelo deriuatam per os Pauli. Cui & conuenit, quod virgo Deipara, in suo quod animo exultante præ gaudio Spiritus sancti cecinit, Canticum, huius promissionis iuramēto firmatæ meminit dicens: Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in sæcula. Sic & sanctus ille iunior Zacharias alioquin senex, venerandi præcursoris pater, maximo perfusus spiritus almi iubilo canebat gaudens quod iam impletam agnosceret & videret promissionem. *Benedictus* (ait) *Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit, &c. Ad faciendam misericordiam cum Patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.* Vbi duorum mihi videtur meminisse. Vnum est misericordiæ exhibendæ Patribus sanctis, qui in tenebris & umbra mortis sedebant in illo lacu, vbi non erat aqua (vt ait Zacharias ille antiquior in suo vaticinio) ex quo educ-  
*Luce. 1.* *Zachar. 9.* *1. Matth. 2.* *83* *84* *85* *86* *87*  
 turus eos erat Christus eripiens in sanguine suo. Alterum vero cuius commeminit, est, testamentum sanctum Dei, id quod verus sequenti magis exprimit dicens, *Ius iurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis. Vt sine timore de manu inimicorū nostrorum liberati seruiamus illi.* In quo videtur ad illud promissionis diuinæ Gene. 22. allusisse. Possidebit (inquit Dominus ad Abraham) sementium portas inimicorum suorum. Quod spiritualiter venit intelligendum, impletumque est in veris Abraham filijs, qui sunt Christi fideles. Sic igitur commemorabant antiqui Patres iuramentum, illud diuinum, quod Deus ad Abraham iurauit vt ex memoria eius suam confirmarent spem, qua consolabatur, vt ex. 1. lib. Machab. ca. 2. & ex locis allatis, alijsque iam est manifestum. Sed de iuramento hætenus dictum est iuxta Diui Cyrilli Alexandrini sententiam, adductis & nonnullis in eius confirmationem minime aspernandis, ostensumque fœdus Dei insuper est ex Mose, Paulo, Chrysofomo, eorumque asseclis Abulensi & Lyrano, reliqua illius visionis, nobis visum est sequenti Symbolo referenda referuare, ne præfens Symbolum excreferet supra modum.

L A M

88 *LAMPAS IGNIS TRAN-  
 siens Per medias animalium diuisiones, & aues, clibanus  
 quoque fumans & ardens, & sopor tenebricosus, siue hor-  
 rens, futuram Israelitarum calamitatem, ab  
 ea que liberationem post mortem  
 Abraham, significabat.*

S Y M B O L V M. 10.

89 **A**bsoluamus iam visionem illam propheticam Abraham. Dicitum est proximo Symbolo transire per medias diuisiones animalium, & aues alitris fecus positas, pacti quoddam genus fuisse, ad denotandum nimirum ita faciendum fore de infringente pactum & promissionem. Id quod ex Iere. c. 34. compertum satis est. Ait enim Ieremias voce Dñi. *Et dabo viros, qui prauaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum, quem corderunt in duas partes, & transferunt inter diuisiones eius Principes Iuda & Principes Hierusalem, Eunuchi & sacerdotes, & omnis populus terræ, qui transferunt inter diuisiones vituli.* Admoniti enim à Ieremia promiserunt se seruos Hebræos dimissuros abire liberos post sexennium iuxta præceptum Domini Exod. 21. cap. quod cū reuerent facere, addidit Ieremias in persona Dñi. *Et dabo eos in manibus inimicorum suorum, & in manus querentium animam eorum, & erit morticinum eorum in escam volatilibus cæli, & bestijs terræ.* Ista enim erat lex fœderis illius ad quam in sinuandâ hominum mori se accõmodans voluit Deus suam vt ageret personâ, lampas ignis auelque abigeret Abraham, vt pactum minime infringendum præostenderetur. Itaque lampas ignis vicem gessit Dei, transiens per medias diuisiones. Sit enim hæc quædam lampadis illius interpretatio Clibanum autem fumantem, & ardentem, quid, nisi miseram Hebræorum captiuitatem intellexerimus à qua per Deum ipsi erant eripiendi? Id quod Hebræi ipsi consentunt Deut. 4. c. Deus (in  
*Ierm. 34.* *Exod. 21.* *Deut. 4.*  
 V 5 quiunt

quiunt) *Eripuit nos de fornace ferrea Aegypti.* Ardēs quidē erat  
clibanus ille, ad magnas, quas in Aegypto arumnas erāt perpe-  
furi explicandas. Est enim ignis in sermone arcano, tribulatio

*Abulens.*

*Exod. 24.*

*D. Theodo.*

*Exod. 3.*

*D. Aug.*

*Exod. 12.*

nis adurentis animum Symbolum magnæ, vt in Symbolis se-  
quentibus in Decadum processu dicemus. Fumans erat, quon-  
iam fumus, qui lachrymas excutere solet, luctum tristitiam  
que designat. Sed ad lampadem reuertamur per medium trans-  
euntis. Dei Planē tametsi verissimum videatur quod Abulen-  
sis docet, confirmationem pacti per illa significatam, quoniā  
vice Dei apparuit, vt & loco eius sanguinē fuit altare consper-  
sum Exodi. 24. & ad Heb. 9. mihi non displicet Ruperti sen-  
tentia, qua docet, lampade ignis futuram portentam libera-  
tionem, qui & ad pactum cum iuramento vel quod pro iura-  
mento esset accedere videtur. D. Theodoretus ad futuram sa-  
crificiorum acceptationem, atque in igne apparitionem qua  
illa præciperet Deus, refert. Quod & ad futuram liberatio-  
nem designandam etiam reducitur. Et perfecto mihi idem  
per lampadem ignis & per rubum ardentem, & non combus-  
tum videtur præostensum. Sicut enim post Moyse, multis per  
actis laboribus, præmōstrata fuit in rubo ardētī & non cōbus-  
to populi Hebraici liberatio, ita & per lampadem ignis trans-  
euntem per medias diuisiones. Stabat Deus in medio rubi ar-  
dentis, & non comburebatur rubus, transibat etiam Deus per  
medias diuisiones, & iuxta probabilem dicendi modum D.  
Augustini, non comburebatur eas. Quid enim est aliud ignis  
transiens, quam tribulatio transiens? Transitus autem ille  
lampadis, populi transitus est per mare rubrum, cum medijs  
in vndis periere Pharij exercitus. Transiit lampas inter diui-  
siones, & populus etiam inter maris diuisiones. Ad Moysem  
Dominus loquutus est se liberaturum populum de manu Pha-  
raonis, in manusua forti & valida. Ad Abrahamū autē audias  
vt id infinuet aperte. *Scito (ait Deus) noscens quod peregrinum su-  
rum sit (semen scilicet tuum) In terra non sua.* Vides & hoc ad  
impletū. Et *subiciunt eos seruituti &c.* Ecce ignis ardēs clibanus  
q; fumās sicut & in rubo ardebat ignis. Et quid tum postea? *Ve-  
rum tamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo.* Id est, pu-  
niam grauitē. Id enim iudicare in sacris literis significat  
iam

iam facturus Moyse prædixit. Quid præterea Dominus  
*Et post hæc egredientur cum magna substantia.* Ecce ignis ardens,  
& non comburens Eduxisti (aiunt) nos in refrigerium. Quan-  
do? Postquam transiimus per ignem & aquam id dicere po-  
terant erepti Hebræi. Sopor autem horridus & tenebrosus ir-  
ruens in Abrahamā, cum sol occumberet, & postquam aues abe-  
gerat, mortē Abrahamæ in pace, & quiete post eius longam pere-  
grinationem, designabat. Dormire etenim in sacris literis, nō  
semel, aut bis, mortem in pace & quiete significat, & nō ip-  
sa morti conuenit, cum tenebris & silentio quiete quoque sua.  
Plures & noctu, quam diu, moriuntur, si id diligenter obserue-  
tur. Aues item peregrinationis Israeliticæ Symbolum præex-  
titisse, non incongrue dicitur. Est enim auis ad volandū (vti  
iam Hispanum obtinuit prouerbium) destinata suapte natu-  
ra, mutabilis & instabilis, & non immanentis māsonis. Quod  
vel ex sacro sermone abūde constat. Et diuus Theo. proditaues  
illas ænigmata fuisse trium generationum, quæ in Aegypto pe-  
regrinaturæ erant, ac proinde, & animalia munda & trima e-  
rant, & quadrupedia, quæ tres illas in Aegypto peregrinantes  
generationes denotabant. Turtur vero, quæ desertū solitudi-  
nēque amat, illius, quæ ex Aegypto auolauit, generationis si-  
mulacrum extitit. Et vide ne ob id Salomon in canticis cecine-  
rit, *Vox turturis audita est in terra nostra,* populum insolitudine  
describēs. Columbam autem, quæ domos inhabitat, generatio  
nē illā, quæ promissam est adeptā terram, delineabat. Vnde  
& Salomon, colūbæ nomine, appellat sponsam, cum iam in  
terra illa, constitutam considerat, Augustinus consentit Theo-  
doreto, & per has duas simplices auiculas, turturem, videli-  
cet, & columbam, spirituales fuisse præsignatos non dubitat.  
Nec dissentit Theodoretus cathena Græca apud Lippomanum  
Abigere denique aues è ca daueribus Abrahamum, ex angus-  
tissimè liberatum populum ob eius merita indicabat, & frustra-  
tas fuisse, mentes peruersas Aegyptiorum, & mala quæ Is-  
rael præparabant in autores fuisse conuersa. Consentaneum  
est hoc D. Hieronymo in Quæstionib. Hebr. Glossæque Græ-  
cæ & S. Theodoretus. Duo autē hoc loco animaduertit Caietanus.  
Vnū est, Abrahamā vt cōsuleret se  
mini suo, vt crederet videlicet firmiter in Christum venturum  
signum

*D. Theod.*

*Cantic. 2.*

*Canti. 6.*

*D. Aug.*

*Lipoma.*

*D. Hiero.*

*Caietanus.*

signum petijisse. Alterum est, talem, Deum hac visione se exhibuisse, in lampade cum apparuit ignis, qualis per desertum futurus erat Abrahæ posteris in columna nempe, ignis, ut & talis apparuit Christus discipulis euntibus in Emaus, qualis in eorum erat animis. *De ipse*, ut qualis est in cordibus nostris per fidem, talem in futura vita videamus, clare videlicet ut creditur & speratur in ea dandus. Verū secunda Decas, ita finē fortiat. 7

## D E C A S. III.

### STELLÆ IUSTI ET MAGNI

#### SYMBOLVM.

**N**X multitudine maxima stellarum, sub cuius signo innumeram prolem Abrahæ sponndit Deus, deuenimus in expositionem Symbolici pacti, & iuramenti. In promissione autem illa, & eius adimpletione admodum reluxit Dei summa potentia quæ a deo magnam posteritatem dedit Abrahamo, ut Propheta Balaam exercitum Israeliticum contemplans (ut ex Numer. 24. cap. constat) exclamaret, *Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis filiorum Israel?* Nam & puluis signum in sacris est à Deo datum, multitudinis filiorum Israel. Abraham enim postquam diuisus fuit à Loth Genes. c. 13. dixit ei Dominus: *Faciamque semen tuum, sicut puluerem terræ, &c.* Et Genes. 22. ad eundem ait Deus: *Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in littore maris.* Quæ verba de filijs Abrahæ per fidem cum sint intelligenda, per stellas ostendebat Deus Abrahamo claritatem & excellentiam generis sui futuram tantam, ut super stellas eueherentur, & transferrentur in æternam vitam, sitamen in illud vni cum semen eius, quod est Christus, fide viua vsque ad mortē crederent. Nam stellæ ex doctrina Pauli Symbolum sunt beatitudinis æternæ, qui, 1. Corinth. c. 13, in hunc modum reliquit

Num. 24.

Genes. 13.

Genes. 22.

quit scriptum. *Alia claritas stellarum, alia claritas solis, & alia claritas lunæ. Et stella ab stella differt in claritate. Sic & resurrectio mortuorum.* Hincque fit, quod illi, qui ad vitam æternam præordinati sunt, iustique & magni viri stellarum nomine in arcano sacre scripture sermone prænotantur. Et originem videtur duxisse hæc appellatio ab Symbolo illo Mosayco, quod ex Iosephi patriarchæ somno dimanauit. In illo siquidē sub imagine Solis & Lunæ vidit patrem suum & matrem, sub que vnde cum stellarum spectro fratres vndecim suos, se adorantes, Ioseph. Et quāuis scriptura, post mortem Rachelis, somnum Ioseph enarret, fortasse contigit antea, nec contrarium colligitur ex litera. Nam Rachel mortua quomodo diceret Iacob, Num ego & mater tua & fratres tui adorabimur super terrā. Solet autem S. Scriptura anteponeere & postponere quædam. 10

Fuerunt vero viri illi magni, & præcellentes ac proinde mirū nō est si stellarum nomine iusti & magni viri in sacris demonstrantur. Fuit que Iacob, ut patet à Sotenus que vxor vt Luia. Quæ omnia simul animo O. x. filio accommodauit Sapiens Eccle. *Ecclesi. 50.*

*fiat. 1. 30. cap. 1. 3. (inquit) martina in medio nebula, & quasi Luna plena in diebus suis luceat. Ut quasi, Sol resurgens, sic ille effulset in domo Dei.* Vides quomodo in laudem iusti crescebat Sapiens Oratio. Quid vero sunt duodecim illæ stellæ in capite: illas nocte mulieris, quam vidit Ioannes, (ut patet Apocalypsis cap. 12.) Ex quibus eius corona intexta erat, nisi duodecim Apostoli, vel illorum prædicatio, quæ corona & seruum exultationis Ecclesie sanctæ fuit? Sed & episcopi septem Ecclesiarum, qui Angeli ex officio vocitantur, ut & Malachias propheta, septem stellæ sunt in manu stellæ matutinæ positæ, quæ est lucens in medio septem candelabrorum, quæ sunt septem Ecclesie, quibus doctrinam dabit Ioannes. Optime autem visæ sunt stellæ, in manu Christi: nam, *Iustorum anima in manu Dei sunt.* Et vbi melius esse poterant, in manu Dei, debent esse Episcopi, ut lucernæ opera eorum bona, ut sint lucernæ ardentes, & lucentes, ut Baptista, de quo dicitur, *Etenim manus Domini erat cum illo.* Et Hispanismo nostro solet dici, *Tu uole Dios de su mano.* Lucē emendicata à Christo, 11

11

12

13

14

Ecclesi. 50.

Apocal. 12.

Malach. 2.

Apocal. 2.

Sap. 3.

Lucæ. 2.

qui

Sap.3.

qui sol est verus lucere debent. Quia propter in manu Solis melius sunt, quam alia in quavis manu. *Fulgebunt iusti* (ait Sapiens. c. 3.) *Et tanquam scintilla in arundinetis discurrent.* Attende egregiam metaphoram, mirumque veræ pietatis exemplar. Græcam enim lectionem si consulamus, illud, *Fulgebunt iusti*, ab anterioribus dependet. Sic quippe habet: & in tempore visitationis eorum refulgebunt. Pro eo quod in vulgata legis, & in tempore erit respectus eorum. Et post incipit periodum aliam. *Fulgebunt iusti.* Itaque, ut est in Græco videtur de die iudicij loqui, quem D. Petrus vocat *diem visitationis*. In die ergo iudicij *Fulgebunt iusti sicut stellæ* (ut Daniel ait) *in perpetuas æternitates.* Vnus enim locus alteri luci dat. *Iudicabunt* (prosequitur Sapiens) *nationes.* Quod nil aliud est, quam Dominus discipulis apud Matthæum promittit dicens: *Sedebitis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.* Quin, ut Paulus interpretatur, & Angelos iusti iudicabunt. De die igitur iudicij locus est intelligendus propter verbum illud, *Fulgebunt*, quo de claritate exprimitur. Et tanquam scintilla in arundinetis discurrent. Ecce agilitatem corporum beatorum, ut & in stellis in suo cursu velocissimis assimilentur. Verum non absurde ad lucem, qua fulgent in præsentis nequam sæculo, per bonorum operum exempla, ex quibus veluti oritur præmium & beatitudo, interpretabitur. Quando tribulatio patientiam operatur, patientia verò spem, spes verò non confundit, sed radios emittere beatæ vitæ semper mihi visa est. Ecce quomodo in arundinetis discurrunt iusti, dum bonis suis operibus, alios ad similia peragenda accendunt. Visne videre ex doctrina Pauli ut scintillent, ut accendant, & inflament? *Si esuerit* (inquit Paulus) *inimicus tuus ciba illum, & si sitierit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.* Hoc faciunt sancti. Feruent enim & ardent amoris magno calore. Ab vno opere in aliud melius. A pupillis ad viduas, & à viduis ad omnino pauperes & desolatos animo, & ex hinc ad infirmos omnium humano auxilio destitutos, & ex infirmis corpore, ad infirmos mente & spiritu proficiunt ardentes & lucetes. Calor amoris, aiebat ut fere ad hoc, quidam sanctus Pater ex Eremitis, non sentit ardorem Solis. Nonne charitas ignis est quem Dominus Iesus Christus misit in terram, & voluit vehementer

1. Pet. 2.

Dan. 12.

Matt. 19.

1. Corint. 6.

Rom. 12.

menter accendi? O quam felices sunt sanctorum isti discursus. Istis ceu via regia peruenitur ad cælum. Quod si Deus subito probat iustum, cumque visitat diluculo, fulgebunt in die visitationis suæ. Sunt enim homines iusti ceu vestis quædam è pelle Salamandræ confecta. Refert quippe quidam scriptor de naturis rerum, quod ego apud Holchotum Almanum in sapient. 3. capitul. scriptum inueni, papam, scilicet, Alexandrum nomine, quamdam de pilis Salamandræ vestem habuisse, quæ quando ad honestatem ablui deberet, non in aqua lauabatur, sed coniecta in ignem lucidior inde prodibat. Bartholomæus Anglicus dum Salamandræ commemorat proprietates, quoddam genus Salamandræ inueniri dicit, in lib. 18. cap. 87. habens pellem pilosam, ut est vitulus marinus, ex qua fiunt cinctoria, quæ igne tantum abest, ut consumantur vt lucidiora & nitidiora prodeant ex eo. Tanta est siquidem à natura ipsa Salamandræ vis tributa, ut ignem adeo efficax elementum, in quo & viuunt penitus extinguat. Scio B. Pererium virum doctiss. in Genesis comment. & in Daniel. enixe contendere, contra Arist. aliosque non dari animal, quod in igne viuat illumque extinguat. Sed modo exemplum tantum afferimus, non rem excutimus ad amissim. Fortasse possit ista quæstio definiri, si dicamus in Cypro quidem aliquod esse animal extinguens ignem, & pro diuersitate regionum, minorem vel maiorem ad id habere vim, ne tantorum virorum autoritati opponamur, eosque verum non retulisse dicere cogamur. Similes autem huic animali sunt animæ iustorum, quæ ex igne tribulationis fortiores prodeunt, & ad bellum aptiores. Cedit quippe victoria victis. Vnde est illud Ecclesiastici 2. In igne probatur argentum & aurum, homines vero in camino humiliationis. Tales igitur debent esse Episcopi, vt sint suarum Ecclesiarum luminaria lucidissima in manu Domini. Ex quibus intelligi datur, quam bene stellæ Apocalyp. 1. capitul. nominantur. Et quidem tametsi falso ex igne putarit esse Plato, tamen luce & efficacia, ignem reddunt & excendant stellæ. Quare & Apocalyp. 8. quidam vir magnus, sub nomine stellæ magnæ ardentis, vt facula è cælo cecidisse commemoratur. Erat vero is Pelagius vel alius quidam qui ab Ecclesia defecit, in qua ceu in cælo stellæ fulgent iusti, qui

Holchot.

Bartholom.  
Angl.

Apocal. 1.

Plato.  
Apocal. 8.



qui sua peruersa doctrina, seduxit plurimos. Fecit nimirum fructus, quamuis amarissimos omni amariora felle sua dogmata, à quibus & nomen absynthii merito stella illa sortita est. <sup>24</sup>

*Apocaly. 6.* Sicitem Apocalypf cap 6. Cum Sol, videlicet, Christus in cordibus hominum ab scopo veritatis aberrantium, factus est vt sacculus cilicinus, siue in fidelium animis dira Diocletiani & Maximiani persecutione, veluti niger redditus est, tunc luna Ecclesia scilicet facta est, velut sanguis propter martyres, stellæque dicuntur è coelo, idest Ecclesia cecidisse, viri, videlicet, insignes, vt Marcellus fuit Papa, qui sacrificare <sup>25</sup> coactus est idolis, esto quod ob martyrium postea victoriam reportauit de infidelibus. Talis ac tanta tunc fuit tyrannorum in Ecclesiam Christi sauitia, vt per annos septem Pontificalis sedes vacarit. Necnon Apocalypf. 9. stellam magnam è coelo in terram cecidisse vidit Ioannes, nam Valens ille vxoris suæ illecebris & suasu, in Arrianam declinauit sectam. Nec <sup>26</sup> prætermittendum est profectò cornu illud modicum apud Danielem cap. 8. Antiochus scilicet, Epiphanes, qui quidem magnificatus dicitur vsque ad fortitudinem coeli, quoniam Israelitas, qui Angelorum præsidio & custodia Dei peculiari vallari solebant, deiecit & attriuit. Theodocio habet, Vsque <sup>27</sup> ad militiam coeli, quod in idem recidit. Nam quod Deum verum colerent, cuius præsidio & pugnant, exercitus coeli & militia Israelita vocabantur. Eiecit (inquit Daniel) de fortitudine & de stellis. Quod sanè circumloquium est, vel periphra- <sup>27</sup> phra- sis Israelitarum. Vel per stellas sanctiores & insigniores, siue duces, siue sapientia præstantiores intelligit Daniel, qui stellis eos comparat. Et conculcauit eas Antiochus cum viros, qui in cultu Dei admodum fortes apparebant, & firmi traxit ad idololatriam. Quid verò de illo Lucifero dicam, qui bellum <sup>28</sup> ipsi Deo indixit, sedere que voluit in monte testamenti in lateribus Aquilonis, & super astra Dei, idest, super omnes Dei excellentes creaturas exaltare folium suum, ascendereque super altitudinem nubium, & esse denique similis Altissimo? <sup>29</sup>

*Isaya. 14.* *Quomodo* (inquit Isaias cap. 14.) *Cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris, Corruisti in terram, qui vulnerabas Gentes.* Siue verò locus hic, de Lucifero Angelo primo, qui in Barathra ob superbiam est detrusus, siue de Assyriorum rege intelligatur, nostro

con

cõgruit maxime Symbolo. Tandè vt ei iam finem imponamus <sup>30</sup> Draco ille Lucifer cum è coelo cecidit, ad imaque è summis deturbatus est, cauda malitiæ suæ, traxit secum tertiam stellarum, idest, Angelorum partem, vt D. Ioanni fuit ostensum in sua Apocalypfi cap. 12. Illius enim pessimi ducis quoniam partes multi Angelorum tutati sunt, & tenuerunt, ideo <sup>31</sup> cum duce suo corruerunt, ignisque illis paratus est vt & diabolo. In igne quippe vt Salamandræ viuunt, sed tamen non lucidi sed fusci & denigrati, & in tormentis. Constat autem iam, arcano sacro sermone, Apostolos, Angelos Ecclesiarum episcopos, & magnos viros in bonum & in malum, stellas frequenter appellari.

*Apoca. 12.*

*STELLAS E COELO CADERE magna & extrema clades.*

*SYMBOLVM. 2.*

<sup>32</sup> **C**A Dere de coelo stellas, sicut & lumen suum abscondere & retrahere magnam cladem, extremamque deperditionem in recondito sacræ Scripturæ sermone significare & portendere, certo certius est, & ex proximo Symbolo, facile & citra laborè deduci potest. Nullus enim est locus ex ijs quos in medium attulimus in illo, in quo non significetur calamitas Ecclesiæ, vt quæ maxima. Credidisse vero videtur Poeta Georgico primo verè è coelo stellas elabi posse, cum dixit:

*Sape etiam stellas vento impellente videbis  
Præcipites cælo labi, nobisque per ymbas  
Flammaram longos à tergo albescere tractus.*

*Virgilius.*

<sup>33</sup> Vbi autè stellas è cælo cadere cõtingat, vates cecinere Hetrusci ex Tarquiniani libris (apud Coelium) titulo de rebus diuinis, nihil viderit tentandum. Octam monstru in fulminu ratione apud Plinium legimus li. 2. Stellamque ab se visam, quæ Antinoi foret, aiebat Adrianus id referente Dion. Fecerat vero Antinous pulcherrimus puer, aut ab Adriano immolat<sup>9</sup>, vt creditur fere quod magicis vteretur artib<sup>9</sup> & sacris vel quod spõte oppetijisset, quoniã op<sup>9</sup> erat imperatori spõte occubētis

*Plinius.  
Dion.*

X

ani-

anima. Vide iam Ethnicorum ridiculam superstitionem nunc è coelo stellas precipitantium, nunc nouas adoptantium pro libito suo, cuius etiam vanitatis animaduertitur à Plinio fuisse Augustus Cæsar. Verum si quis re ipsa ita credat stellas nimirum è coelo elabi & corpora coelitus posse labi (vt verbis vtar Ammiani Marcellini) profanus merito iudicatur atque demens. Nanque iuxta Aristotelem primo de coelo, sublimia nec grauiasunt, nec corruptioni obnoxia. Quælibet autem stella, densior est sui orbis pars. Sunt enim (secundum Philophum in secundo de coelo) aggregationes luminis stellæ. Motus autem illarum est circularis. Facit & ad hoc Euripidis illud: Fulgor ille immortalis est, atq; incôcussus. Aterna est (inquit Plinius) coelestibus natura in textibus mundum, in textuque concretis. Neque verò contra hoc est, quod in die extrema mundi, stellæ è cælo casuræ dicuntur Matth. 24. cap. & in Apocalypsi (vt iam est ostensum) non semel tantum cecidisse. Oportet enim intelligere, quemadmodum è cælo stellas decidere dicat diuinus sermo. Tropologicam esse loquutionem D. Augustinus putat. Nā indè dici æstimat apud Matth. quia lumine videbuntur intimo puiari, maiore se ingerente claritate alia. Ad conflagrationem futuram id referunt alij, in qua obnimum calorem & siccitatem, ita ignescent superiora, vt videantur stellæ de cælo ruere. Cū itaq; ab inflammationibus obteguntur (ait Beda De elementis Philosophiæ lib. 3. videtur cadere sed non cadunt. Quem sequitur Lyranus: & Origenes super Matth. ad deperditionem luminis stellarum, ex obscuracione ab igne conflagrationis proueniente referre videtur. Traiectiones, hoc est, trāscurrentes vocat hoc genus stellarum, quæ quādoque videtur cadere, vti sunt ignitæ trabes, item fauces aciacula, in cætu enūciatorum Commentarijs Ptolomæ. Plinius stellarum discursus dicit, indicare aeris siccitatem indeq; etiam vctū, necnō aquarum imminutiones, & inimicorum assaltus, Ptolomæus etiā autor est. Adde etiā, quod stellæ de cælo in mare, vel in terram cadere visæ Hippocrati per somnium, graues indicabāt ei morbos apparatus, econtra verò claræ & veris ortus currētes, sanitatis futuræ indicia erāt, vt ipse obseruauit. Quod verò ad nostrum institutum attinet, ostēdimus iā præcedenti Symbolo, vt trās latitæ & per metaphoram in Daniele & Ioanne dicatur stellæ vitæ è cælo

lo cadere vel derijci. In Matthæo autem à Dño prædicuntur casuræ in die iudicij, nō quod re ipsa stellæ fixæ sint casuræ sed illæ quæ currētes aut volātes, seu cadētes exhalationes, videlicet, calidæ & siccæ, quæ ignitæ è regione aerea cadere videbuntur. Maximamque per hoc cladem, extremamque miseriam illius postremi temporis intelligimus.

40 STELLAS RETRAHERE  
lumen non parua calamitas.

SYMBOLUM. 3

VEL qui parum in Sacrorum voluminūlectione fuerit versatus cognoscet facile idque potissimum ex Symbolis à nobis iā præhabitis vt magna gaudia, prosperosque & foelices euetus lux omnibus charissima simulque suauissima in sacro sermone significat, vt & absentia eius ingētia mala grādesque clades, maximasque calamitates & miseras portendere cognoscitur. Prophetæ nanque cū læta nimis, & fausta prænunciare gestiebāt, luminaria mundi lætitia magna vestita describebāt, cōtra vero cū tristitia & lugubria, talia etiam & luminosa corpora depingebāt, nempe carētia luce sua, magna que caligine, densisque tenebris obscurata. Hinc est, quod Regius vates cū omnes creaturas ad laudes Deo canēdas prouocabat, post plenos coelesti luce Angelos, cum primum posuit luminaria & lucem. *Laudate Dominum* (inquit) *Sol & luna: laudate eum Stella & lumen.* Sic & in fornace Babylonica pueri sancti à spiritu sancto carmē resonare docti aiebāt: *Benedicite sol & luna Dño: benedicite stellæ cæli Dño.* Dū enim istæ lucidissimæ creaturæ fulgēt, tot sonoras voces in laudem Dei, quot radios, emittere videntur. Et cum plena luce describuntur ad laudemque Dei cōuocātur gaudij nō vulgaris est indicium. Cōtra verò cū stellæ lumen suū retrahere legimus, non parua à Prophetis calamitatem intelligimus prænunciari. Vnde Isaias sanctus cap. 13. ait: *Quoniam stellæ cæli, & splendor carum nō expandent lumen suū,* cū Babyloniorum cladē tātā futuram prædicebat, vt nō nisi obscurus illis appareret Sol cum suo astrorum choro. Nisi forte iuxta Symbolum primum huius Decadis per stellas intel

ligat principes & magnates Babylonis, & per Solem obtenebratum in ortu suo Regem Babyloniorum, cui celebrata natalis sui diem, manus in pariete apparuit scribens, ut est apud *Ezech. 31.* Daniele quinto c. Sic & apud *Ezec. ca. 31.* legimus dixisse Deum contra Pharaonem Aegypti Regem: *Et operiam cum extiteris fueris, coelos, & nigrescere faciam stellas eius. Solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum.* Omnia luminaria caelorum cerere faciam super te &c. Ac si Hispane diceret: *Enlutare los cielos por tu muerte y a sus estrellas.* An vero ita te poenitet & doles Domine super huius mortem peccatoris? Non equidem, sed magnam *Iob. 2. & 3.* lū super principes, & super magnates & populum Phariū ostendunt verba hęc. Vide & ad hoc. 2. & 3. *Iob. c. de obscuratio* ne Solis & lunæ in passione Domini & aduētū 2. & nostrum Decadis primæ Symbolum. 6. & 7. 45

## STELLAE MILITIAE COELI

### SYMBOLVM 4.

**Q**UID stellæ in sermone arcano significant, ut cūque attingimus, nūc nomē quo afferuntur in sinuamus. Et quidem aptissime nomine militiae caeli vocatur stellæ in sermonibus sacris. Nam similitudinē spectes militiam pro collegijs & multitudinē qualibet tū hominū tū aliarū rerū vsurpasse haud ita veteres scriptores scitu dignū, inquit esse Caelius Rhod. *l. 2. c. 39.* De multitudinē autē innumera stellarū, & cuius rei sit Symbolū, iam non nihil diximus superius Decadis proximæ *Sym. 8.* Si vero pulchritudinē aspicias, verbū id quod in Hebræo est, non solum militiam, sed ornatum etiā significat. Nam *4. Reg. 17.* Reg. c. 17. legimus, Adorauerunt omnem militiam &c. Id quod ex Hebræo reddi potest iuxta Abulensem, adorauerunt ornatū caeli. Si verò ordinē attēdas non tibi videbitur sol ille planetarū mediū & præcipuus rex eorū, princeps, & moderator, luna autē regina, & astra reliqua milites & exercitus eorum militates veluti sub eorū signis. Militatū nepe Sydera omni potētī Deo cūcta & cū nullus miles suis militet stipēdijs, lucē qua illi deseruierunt in stipēdiū acceperunt, & sol est qui ordine 48

dine Altissimi, cuius & ordinatione perseuerat dies, illis ē suo distribuit lumen, ipsum que alijs foenerat & impertit. Apposita igitur est non parum translatio, qua nos nomine militiae caeli, stellas interpretamur. Ex quo non erit difficile intelligere illud *Isaiæ c. 34.* *Et tabescet omnis militia caelorum, & multiplicabuntur sicut liber cali &c.* Tenebras enim in caelo futuras, *Isaiæ. 34.* & magnum consequentem malum, ut exprædictis est manifestum, Verba ista minantur. Sic etiam est apud eundem vatem cap. 24. *Visitabit (inquit) Dominus super militiam caeli in excelsis,* id est, super eos, vel in eos, qui colunt in montibus astrorum choros, & eis sacrificia offerunt flagella sua mittet Deus. Sic enim intelligo locum istum, neque alia (ni fallor) indiget explicatione. Non me clam est & ad diem iudicii posse referri *51* verba hęc, cum Dominus veluti punit militiam caeli, hoc est, astra, Solem & Lunam, quoniam lumine suo priuabuntur in malorum poenā. Sunt & qui de dæmonibus explicant, quos Paulus ad Philip. 5. *Reffores harum tenebrarum* appellat, Sic que sint, quasi aeris militia: sed prima expositio simplicior est, & secunda non displicet. Est communis sacrae scripturae phrasis, Visitare super hoc vel illud. Militia autem caeli non *52* vocantur Dæmones. Quadrat & cum prima explicatione, quod inferius paulo elegantissima metaphora ludens *Isaias* dicit: *Et erubescet Luna, & confundetur Sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Hierusalem & in conspectu seniorum suorum fuerit glorificatus.* Credo equidem nec vana fides *Isaiæ* Sancte quod si erubescentiæ essent capaces Sol & Luna videntes se ut Deum adorari, siue adoratas fuisse creaturas a misso creatore, erubescerent, & nunquam tolerarent se adorari, sed ut Paulus & Barnabas prohiberent adorare volentes. At (proh dolor) non confunditur mortalis homo ratione vtens, creaturam quod amplectetur, relicto creatore. Quamuis autem in captiuitate decem tribuum militiam caeli non adorauerint *Israëlites*, ipsosque hoc in loco non intelligamus vocari militiam caeli, non obstat, quo minus interpretemur locum hunc ad sensum expositum. Captiuitas enim illa cum euenit, visitatio fuit, qua puniuit Deus eos, qui militiam caeli adorauerant ante captiuitatem. Itaque *54* bis non displicebunt, qui de illa captiuitate locum interpretentur.

tetur. Erubescētia autē Solis & Lunæ tropologicē ad principes & magnates mundi referri poterit, inter quos & Deum bona temporalia interposita sunt, quæ ab eis apud sapientem c. 5. & Ecclesiasticum, 34. Vmbræ comparantur. At qui in terpositio illorum bonorum eclipſis potentum fuit. Vmbram enim perituræ fælicitatis præsentis apprehendere cupientes, in tenebris manserunt. Tunc ergo erubescēt huiusmodi homines, qui, ut luminaria in mundo esse debuerant, & tenebræ facti sunt, coram iudice illo summō, de quo & locum prædictū intelligit D. Hieronymus, & caput illud de mundi interitu exponit. Sed, ut ad rem redeamus, militia cœli astra vocantur apud Ierem. 19. & 51. cap. & à Sophon. cap. 1. et Deu. 17. & rursum ab Isaia cap. 45. Vbi mandasse dicit se Deus, omni militia cœlorum, manumque suam eos tetendisse. Alijsque in locis Symbolum nostrum inueniēs, ut 4. lib. Reg. c. 17. & 21. & 2. Paralip. 33. Quæ loca (quod ad nostrum institutum attinet) haud difficilia sunt, ac proinde sufficere visum est indicasse.

D. Hieron.  
Ieremi. 19.  
& 51.  
Sophoni. 1.  
Deuter. 17.  
Isaia. 45.  
Re. 17 & 24.  
2. Par. 33

## REGINA MILITIÆ COELI

Luna.

### SYMBOLUM.

Postquam stellas militiam cœli appellari demonstratum est, ut nomen Reginae cœli, eiusque militiae conueniat Lunæ ostendere operæ precium erit. Est vero ob quam appelletur vel illa ratio sufficiens qua est luminare noctis, & alterū eorum, quæ dicuntur magna. Propter suam enim ad nos propinquitatem (esto quod per centum nouem millia, nongenta triginta millia iuxta Abulē super Genes. distet à nobis) tamen si stellis minor sit, maiores suæ lucis ad nos radios diffundit. Sed eius encomia in Symbolo proprio sunt, quod Decadis secundæ secundū est. Per metaphorā autē dicitur Regina cœli. Nā Reginae nomē ad inanimēs restrāfertur etiā. Quo loquēdi genere Horati us lib. Epi. 6. ait,

*Et genus & formam Regina pecunia donat.*  
Et de oratore Cicero reginā omnium rerū orationē vocat. Eadē atque

Horatius

atque; Horatius, sapiēs videtur translatione vsus eū dixit: Pecunia obediūt omnia. Et quidē Orationē, si Ciceronis esset Regina ego dicerem, sed quorūdā orationē, vel ancillæ nō meretur. Porro ipsā lunā Reginam appellat Horati. in Carmin. sæcul.

60 *Syderum Regina bicornis Luna.*

Hanc poetæ Lucinam, Dianā, & Iunonem dicebant, Saturni filiam & Iouis Sororem & coniugē. Et Virgilius eius voce ait *Ast ergo, quæ Diuum incedo Regina.*

Lunam itaque Deorum suorum Reginam appellat, cumque astra Etnici ut Deos colerēt, vocat eā cœli & astrorū Reginā.

61 Quo nomine & apud Iere. c. 7. cōperies appellari. *Filij (inquit) Colligunt ligna, & patres succedunt ignem, & mulieres conspergunt adipem ut faciant placentas Reginae cœli, id est, Lunæ ut exponit super hunc locum D. Hiero. Sic apud eundem prophetā. c. 44 legis respōsum illud impudēs, quod Iere. admonenti. Hebræos, ne Lunā colerent, reddiderūt: Sermonem (inquit) quē loquutus es ad nos in nomine Dñi, nō audiemus ex te, sed facietes*

62 *faciemus omne verbū, quod egredietur de ore nostro. Quod Hispane sonat Nuestra boca ha de ser medida. Et Satyricus Poeta expressit Sic volo sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Ut sacrificemus (inquit) Reginae cœli, & libemus ei libamina sicut fecimus nos & patres nostri, Reges nostri & principes nostri in urbibus Iuda &c. Et subdūt. Ex eo autē tēpore, quo cessauimus sacrificare Reginae cœli &c. Et eadē repetit voce eorū Ierem. inferius*

63 *Faciamus vota nostra quæ uouimus ut sacrificemus Reginae cœli &c. Manifestum est autem ex his Reginam cœli vocari lunā, cui Israelitæ Ieremiæ tempore volebant sacrificare. Nos uero veri Dei cultores cum D. Ioanne in sua Apoc. c. 12. Lunā ponimus sub pedibus Ecclesiæ, quoniam omnē idolatriā per Christum conculcamus, Domināque Deiparā cum Ecclesia matre nostra ita salutamus: Regina cœli lætare, alleluia, quia quæ*

64 *meruisti portare, alleluia, resurrexisti sicut dixit, alleluia, ora pro nobis Deum alleluia. Ipsam insuper Angelorum Reginā nuncupamus eique libamus, & sacrificamus hostiam laudis ab Spiritu Sancto per Angelum Gabrielem dictatam fatemur*

65 *que Lunam, id est, inconstantiam omnem corruptionemque sub pedibus habere profligatam, subque omnia astra, Angelorumque myriades corpore & anima collocatam.*

X 4

CAS

Horatius.

Virgil.

Ierem. 7.

D. Hieron.

Ierem. 44.

Apocal. 12.

C A S T R A D E I A S T R A  
S Y M B O L V M. 6.

**N**ON ab similibus Symboli speciem habet quod castrorum nomine astra in sacris intelligantur. Ait quippe sanctus Iosel cap. 2. *A facie eius contremuit terra, moti sunt caeli: sol & luna obtenebrati sunt, & stellae retraxerunt splendorem suum & Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui quia multa sunt nimis castra eius: quia fortia & facientia verbum eius: magnus enim dies Domini & terribilis valde & quis sustinebit eum?* Quidam ex Hebraeis ad locustas referunt, quas Deus in Israelitiam missurus erat in modum exercitus. Quidam autem, ut clarius ad exercitum Babyloniorum videntur referre qui iussu diuino, qui vox Domini appellatur ingentem Deo & praecipis eius rebellem irruiturus erat. Alij vero ad extremum iudicium ista accommodant, secundum quam explanationem & ad angelos, qui in eotempore munia à Deo sibi iniuncta exercebunt, ut illud de tuba vociferante, Surgite mortui, sepulchraque mortuorum referante, Nec non & illud de cineribus ad suum locum reducendis & colligendis, & ossibus & alia id genus ad iudicij tempus spectantia. Et ad astra potest locus accommodari, & meo iudicio de astris, ut sit melius interpretatur. Per obscurationem enim astrorum aperit optime S. Iosel, calamitatem magnam Israelitis, ut ex verbis praecedentibus est apertum. Quae igitur ante manifeste dixit, sub obscurius subdit: id quod in Isagoge nostra moris esse in Sacris obseruauimus Principio. 18. Et forte vocem Domini quis non inepte tonitrua interpretaretur. In psalmo si quidem ita legimus: *Vox Domini super aquas, Deus maiestatis in tonuit.* Vocem enim Domini ibi tonitrua vocari, post quae descendant aquae è nubibus, quae per tonitrua dissoluantur, qui attento inspexerit animo intelliget. Psalmo autem illo non semel tonitrua sub nomine vocis Domini commemorantur. Eadem ergo & significatione accipere nos apud Iohannem vocem Domini non inconuenit. Erunt enim tonitrua & terrae motus, & fulgura an-

*Psalms. 28.*

ra ante diem illum Domini magnum, & manifestum. Vel si mauius vocem Domini iussum eius accipe, quo luminaria caeli magna & parua, quae exercitus, & castra fortia vocari dicimus, complebunt Domini placitum. Appellari autem astra nomine Castrorum in sermone sacro, vel ex illo Ecclesiastici capitul. 43. satis constare poterit. Vas castrorum, inquit Salomon, in excelsis in firmamento caeli resplendens gloriose. Quamuis enim communiter hoc de Luna intelligatur, quae vas castrorum dicitur, hoc est praeclearum instrumentum Dei inter astra, quae Dei castra & militia caeli in scripturis vocantur appositissime. Et huic expositioni communi faueat licet adiectiuum gloriosa, quod in finem quidam libri habent, & Lunae tribuitur à Rabano, melius tamen ut docet Cornelius exponitur de astris. Appellat siquidem Sapiens vas castrorum, totum illum qui in caelis videtur Astrorum apparatus instar castrorum pulchre ordinatum, & dispositum: Vnde & militiam caeli dici ostendimus, & exercitum Dei, quo ad sua iussa complenda Deus uti solet. Graeca autem bene verti possunt Apparatus, instructio, vel armatura castrorum. Dicit ergo Sapiens post Solem & Lunam esse etiam in excelsis insigne vas castrorum, hoc est, veluti apparatus militarem, resplendentem in firmamento caeli, qui & ipse mirabiliter gloriam Dei manifestat, & annunciat, iuxta illud psalmi. 18. *Caeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.* Ad id & videtur facere quod Dauid Psalm. 8. in admirationem rapiebatur ex inspectione armorum & astrorum huiusmodi, indeque magnam spem concipere visus est, Deum non impune dimissurum, sed potius destructurum inimicum sibi hominem, & ultorem, quo nomine infidelem simul & rebellem Hebraicum populum intelligit, vel daemone ipsum inimicum vocat bonorum malorumque ultorem quoniam videbo caelostuos opera digitorum tuorum, Lunam & stellam quae tu fundasti. Ac si diceret: Quis talem armaturam & instructionem castrorum in caelis viderit, qui non admiretur & speret Deum regnum diaboli destructurum, & qui bonos persequitur, insuper & Christum eius ad nihilum, & inane reducturum. Vnde & consequenter ad haec aiebat: Quid est homo quod memores eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum.

*Ecclesi. 43*

*Raban. Iansen.*

*Psalms. 18.*

*Psalms. 8.*

D. Gregor.  
Naz.

S. Gregorius Nazianz. in libris de Theologia ita exponit illud, *Quoniam videbo &c.* Ut ad spem cœloſ post hanc vitam viſendi & Deum i pſum, quam Dauid habebat eumque vehementer exhilarabat locum referat. Et vide ne huiusmodi cœleſtibus caſtris aſtrorum Salomon Eccleſiam in deſerto ſub pationibus inſtar caſtrorum poſitam & inſtructam, aſſimilaue- rit, cum Cantic. 6. dixit: *Quæ eſt iſta quæ progreditur, quaſi Aurora conſurgens, pulchra vt Luna electa vt Sol, terribilis vt caſtrum acies ordinata?* Quid enim mirû ſi dicamus eû principio cõparaffe Eccleſiã Auroræ, deinde Lunæ & poſt modû ſolî, & de niq; aſtrorû caſtris admirâdis, quæ Iohel forti vocauit? Forte & de tonitruo illud Ezech. 1. eſt, quod ſonus alarum animalium quatuor quæ cherub erant vt ſonus erat caſtrorû. Sed de hoc alias.

Cant. 6.

Ezech. 1.

CASTRUM DEI ET MILITIA  
cœli Angeli.  
SYMBOLVM 7.

PER ſtellas in Angelos deuenimus, perque militiam aſtrorû, eorumque caſtra, in Angelorum militiam & caſtra. Adoramus equidẽ nos militiã cœli, ſed non qualem Ethnici adorabant. Nos viuam & ſanctã Angelorum multitudinẽ colimus qui aſſiſtunt dominatori vniuerſæ terræ, veneramur, & aſtra nõ viſibilia, ſed inuiſibilia, non corporea, ſed incorporea, aſtra nimirum illa matutina, quæ conditorẽ, quem agnoſcunt cognitione matutina, nos agnoſcimus & veneramur ipſaque agnoſcunt eum, laudant, ſuſpiciunt & venerantur. Quare iuxta Rupertû ſuper Geneſim, vocatur Deus à Prophetis Dominus Sabaoth, id eſt, exercituum illorû cœleſtium. Quos ideo cantantes vidit illuſtris vates Iſaias ſuperna captos gloria in hũc modû: Sanctus, Sanctus, Sãctus, Dominus Deus Sabaoth. Ad quorum imitationem, & exemplû expromimus in Miſſa nos id i pſum. Quod vtique Symbolû eſt omnipotentis & maiestatis diuinæ. Ad quã & adduci poteſt Iohelis illud ex ca. 2. quod Symbolo proximo explicuimus de aſtris. Ait quippe Iohel de iudicio extremoloquẽs iuxta gloſſam. *Et Dominus dedit vocẽ ſuã ante faciẽ exercitus ſui, quia multa ſũt nimis caſtra eius, quia fortia & facientia verbû eius &c.* Nã ſecundû Pſalmographi vo-  
cem

Rupertus.

Iohel. 2.

79 cẽ, Angelos eſſe facit ſpiritus ſuos & miniſtros ſuos ignẽ vrentem. Ad hũc enim ſenſum videtur accipere D. Paulus in Epif- tola ad Hebræos ſcripta. Nã tametſi Hebræi de vëtis & igne verſiculû iſtû pſ. 104. quorû miniſterio vſus eſt Deus contra inimicos ſuos, vt ſuis ſubueniret amicis, ventorû enim miniſterio viã ſtrauit Hebræis in mari Rubro, igneq; cõſumpſit Sodomitas: & alia id genus exẽpla ſunt in hiſtoria ſacrã. Idque innuit Dauid pſ. 149. dicẽs: *Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarû, quæ faciũt verbû eius.* Tametſi (inquã) hæc ita ſe habeãt Dauid eis verbis prædicat Deû non ſolû earû rerû quæ ſub aſpectû cadunt, ſed etiã earû, quæ ſola cogitatione percipiũtur, opificem fuiſſe. Vocauit autẽ eas mêtes ſpiritus, & ignẽ vrẽtẽ, vt celeritatẽ & vim earû atq; efficacitatẽ declararet: vt Theo. & Eutym. interpretantur, quæ diligẽtius perſequitur D. Dio. in eo, qui eſt de cœleſti Hierarchia lib. Eoſ igitur qui natura ſunt ſpiritus, ad ſua iuſſa exequẽda facit Angelos Deus. Angelus enim, vt D. Greg. prodidit, officij nomẽ eſt nõ naturæ. Ad  
80 hũc ergo ſenſum, & verba illa Iohelis poſſũt accipi, id quod & Symbolo anteriori inſinuauimus perſpicue. Dei enim exercitus & caſtra ſunt cœlites illi ſpiritus, ante quos dat Deus vocẽ imperij ſui. Vnde S. Patriarcha Iacob Gene. 32. ca. cũ Angelos habuit obuioſ, qui Dei iuſſu in eius ſolamẽ ei occurrerũt in via, quod timeret valde fratrem ſuũ reprobũ Eſau, talia fatuus eſt: *Caſtra Dei ſũt hæc.* Quod perinde eſt, ac ſi diceret inſtructio & apparatus militiæ Dei, ad me tuẽdũ aduenit, ne fratrem poſt hac adeo formidarẽ meũ. Duas legionẽtãtũ ei occuſſiſſe Caie- ta. ſuper hũc locũ ex quibusdã refert. Per hoc autẽ quaſi apertẽ dicebat ſeruo ſuo Iacobo Deus: Ecce bone miles, qui ſub meis militas ſignis & in meis caſtris ſtipendiũ promereriſ mea caſtra meãq; militiã, aduerſus quæ inimicos tuos paratã inſtructã que phalãgẽ: ne ſis poſt hac formidoloſus. Habeo enim in tui defenſionẽ & munimẽ, iſta caſtra fortiſſima. Quid times fratrem tuũ quãtũuis peſſimũ, & temerariũ tibiq; in ſenſũ quãtũcũq;? Ego ſum Deus patrũ tuorũ &c. Quæ expoſitio conſona eſt D. Aug. in quaſtionibus ſuper Geneſim & D. Hier. in Hebraicis Diuoq; Chry. & Theo. & Rup. alijsq; patribus & eſt cõmunis & genuina. Ad id ſcãla, ad id luſtra cũ Angelo etiã Iacob data fuit, vt fratrem ſuum non timeret. De quo & Symbolis ſeq. di-  
cemus

Pſalm. 103  
Hebræ. 1.

Pſal. 149

D. Theodo.  
Euthymius  
D. Dionyſi  
D. Gregori.D. Auguſt  
D. Chryſoſ.  
D. Theodo.  
Rupertus.

cemus. Secundum Hebræos cuiusque provincie præstituit Angelos suos Deus, ut illam custodiant, Angelusque Iacob erat, ex eis, qui Syriæ destinati erant, iuxta eorumdem placitum, ut Lyrannus refert super hunc locum: Miles autem Dei ille, qui cum Iacob luctabatur, non contra Iacob, sed pro Iacob luctabatur, ut scilicet animaret eum se sinens vinci. Præliantur autem pro nobis Angeli prælia nostra contra dæmones. Vnde sic mystice exponit vocari milites D. Gregorius magnus lib. 17. Mora. ca. 8. à Baldad Suhite apud S. Iob. Verū & ad litteram Baldad Suhites forte de Angelis loquitur cum ait Nunquid est numerus militum eius, & super quem non surget lumen illius, quamuis verosimilius apparet de astris loqui atque militia coeli. Cæterum audi D. Ioannem in Apocalypsi. cap. 12. Angelorum enarrantem primum bellum, videbifque verissime Angelos vocari milites, milites eorūque ordinatam multitudinem militiam & castra. Et factum est (inquit) prælium magnum in celo Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, id est cum maximo dæmone, & draco pugnat & angeli eius & non valuerunt, neque locus inuentus amplius est eorum in celo. Per caudam autem qua diabolus & serpens antiquus tertiam traxit stellarum partem, Beda eius intelligit dolos ac fraudē, Berengadus autē Antichristum, qui plurimos in Ecclesia instar stellarum fama atque scientia præcellentes decepturus non ignoratur. Aliam & nos viam pugnam hanc interpretandi Michaelis cum dracone in Isagoge Princip. 49. secuti sumus. Nam illa tertia imagine fuga videtur tangi Cosdroe. Heraclius enim (id quod apud Ederum ex Aureolo inuenies) anno imperij sui duodecimo contra Persas armata manu in qua D. Virginis Mariæ gerebat imaginē proficiscitur, quos etiam debellauit. Quo bello draconem illum Cosdroam mox à principio coegit in fugam, ac temporis successu, ciuitates & regiones, quas ille deseruerat omnes pene deuastabat. Quibus peractis tunc demum in Ecclesia vox illa est audita, Nunc facta est salus & virtus, & regnum Dei nostri &c. Nam hoc prælium totum, ait Ederus, non de Angelis tantum, qui spiritus sunt, sed rectius etiam de hominibus intelligendum esse ex illis maxime patet verbis, quæ habentur in textu: Et non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. Verum

Lyrannus.

D. Gregor.  
Iob. 8.

Apocal. 12.

Berengand.

Aureolus  
in Breuia.  
Bibl.

rum enim vero, quod Ioannes animas tribuat Angelis & mortem, mirum non est, cum & nomen Michaelis & Angeli tribuat iuxta Ederum homini, sed & nomen Diaboli & serpentis. Itaque prælium illud, in quo mortuus est ille hostis antiquus dæmon, de Michaelē Archangelo, qui victor euasit, suo contentus ordine, esse, & gratia, nonque maiestatem Dei appetens, communiter rectè ita interpretatur. Visi ergo sunt a D. Ioāne Angeli milites & fortes pugnatores. Similiter iuxta D. Hierony. quatuor venti, quos vidit Daniel (ex cap. 7.) pugnantes in mari magno, sunt Angeli præfecti regnis & prouincijs: quorum vnusquisque satagit pro eo regno, quod sibi commissum est. Cui consonum est & illud apud eundem prophetam cap. 10. Princeps autem regni Persarum restitit mihi, viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis, venit in adiutorium meū, & ego remansi ibi iuxta Regem Persarum. Sic item est in eodem cap. Et nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. Hic etiam est, qui cum disputans altercatur de Moyse corpore, non est ausus (ut auctor est Apostolus Iudas in sua epistola catholica) iudicium inferre blasphemie, sed dixit: Imperet tibi Dominus. Simile huic videtur, quod Zacharias capit. 3. dicit: *Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdote magnum stantem coram angelo Domini, & Satan stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad Satan: increpet Dominus in te Satan &c.* Quod si in Cantico suo Moyse Dominum vocat pugnatorem, quid ni dicamus Angelos eius esse milites? Sed & in psal. 67. Dominus depingitur triumphans in curru myriadibus multis Angelorum circumdatus in monte Sinai. Sic & ab Ezechiele in curru, quem quatuor cherub deferebant gloriosus describitur potensque contra incredulos & rebelles. De quo dicemus suo in loco. Sed Lucas vnus sufficit pro Symbolo nostro, qui cap. 2. natalem Domini enarrans ait: *Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ celestis laudantium. Deū &c.* Nos etiā milites sumus Christi dum cis quo nomine à Michæa vocatur, eius sub vexillo pugnemus.

D. Hieron.  
Dani. 7.

Zach. 3.

Psalm. 67.

Ezech. 1.

Luca. 2.

Michæa. 5.

(.?)

CVS-

SYMBOLVM. 8.

**M**ILITES esse Angelos diximus in bonum nostrum, præ-  
liaque pugnare nostra, & gerere, nunc de Angelorum  
custodia breuiter aliquid prælibemus. Ad idem enim  
quodammodo argumenta hæc faciunt, omisso quod Ange-  
lorum custodiam ex Hebræorum sententia probari referen-  
te id Lyrano, licet leuiter, astruximus, circa regiones & pro-  
uincias Symbolo proximo superiori ex Daniele quoque, que-  
dam recensentes. *Magna est* (inquit D. Hieronymus) *dignitas*  
*animarum, vt vna quaque ab ortu suæ natiuitatis habeat Ange-*  
*lum sibi deputatum.* Et in natiuitate imo & in vtero incipit ha-  
bere puer secundum S. Thomam in secundo scripto d. 11. q. 3.  
ne dæmon eum interficiat, vel complexionem mutet, vnde  
puer pronior efficeretur ad peccandum. Non autem habuit il-  
lum Christus, quoniam non erat illi opus, vt omnes dicunt  
Theologi: habuit tamen ministros Angelos, qui esurienti post  
quadragesimale ieiunium accesserunt & ministrabant. *Matt.*  
*4.* Adeoque hoc, quod dicimus de custodia Angelorum ve-  
rum est, vt sit etiam Antichristus Angelum custodem habitu-  
rus. Beata vero Deipara virgo ex priuilegio Angelum non  
habuit sibi præsidem, vtpote quæ in gratia confirmata vsque  
adeo & stabilita erat, vt nec peccare posset. Pernecessaria est  
solum peccatoribus & ad peccatum procliuius Angelorum  
custodia. Non solum autem homines, sed & rem vnã quam  
que visibilem in mundo præpositam sibi habere Angelicam  
potestatem, docet D. Aug. in lib. Octoginta trium quæstio-  
num, atque apud Damascenum est, Diabolum vnum ex ijs  
fuisse, qui terrestri præessent decuriæ. Origenes etiam Nu-  
merorum vicesimum secundum enarrans caput, mundo esse  
opus Angelis scribit, qui bestijs præsent, & animantium ge-  
nerationi, & virgultorum ac plantarum & id genus cæterorū  
incrementis. D. Hieronymus in cap. 59. Ieremiæ sicut & in  
epistola ad Lætã malleum terræ vocat Satanam ac proinde  
quam

Lyranus.

D. Hieron.  
D. Thom.

Matt. 4.

D. Aug.  
D. Damas.  
Origen.

D. Hieron.

95

96

97

98

99 quam mundus indigeat Angelorum tutela contra eum fati-  
tet. Quod vero ad humanam attinet ab Angelis exercitam cus-  
todiam, non solum singulis hominibus, singuli coelites depu-  
tantur spiritus; sed & singularis homo plures sibi soli fortitur  
dèstinatos. Quod si Platonis & Platoniorum placita consuli-  
mus, nobis dicere consentanea reperiemus. Ex eorum enim  
sententia cui libet nascenti suus dæmon datur (quem nos bo-  
num appellamus Angelum) testis omnium actionum eius, &  
100 cogitationum explorator diligens, qui que ex hac migrantē  
vita raptet ad iudicem protinus, opera eius singula, vel appro-  
bans suo testimonio vel refellens, quod in Phædone docet So-  
crates apud Cælium Ludouicum, Proclusque repetit. Quē dæ-  
monem, si vt Socrates sanctitate & religione colat homo, mi-  
ris iuuabitur ab eo modis immittente somnia, signaque pro-  
dente mala dissipante & auertente, augendo prospera & bo-  
na, illustrando obscura & omnia denique in prosperū Sydus  
reducendo. Sed & Menander comicus ita ait: *Adest statim nas-*  
*centi cuique dæmon.* Quod & Theocritus confirmat dicens, *Cū*  
*suo ipsius dæmone.* Quid? Quod etiam preces nostras Deo opti-  
mo maximo credunt Platōnici, dæmones præsentare? Et S.  
Gregorius lib. 4. Dialogorum in mundo visibili, nil nisi per  
inuisibilem creaturam disponi asseruit. Et D. Augusti. in ter-  
tio de Trinitate, corpora omnia per vitæ spiritum rationalē  
regi pronuntiat. Nec prætereūdū arbitror exemplum quoddā  
ex Plutarchi libro de Romanorum Fortuna. *Tradunt*, inquit,  
*Marcum Antonium, & Augustum singulari amicitia & beneuo-*  
*lencia iunctos cum suppeteret otium saepe lusibus in ter se varijs, tem-*  
*pus transigere solitos. At cum semper victus discederet Antonius, qui-*  
*dam apud eum diuinator insignis, audacia non parua sic eñ monuit.*  
*O Antoni, quidnam tibi cum adolescente isto? Refuge ipsum &*  
*vita. Tu quidem illustrior es, natu item grandior: sed & plurium*  
*quoque imperator. Bella multa exantlasti, & bellandi peritia præ-*  
*stas. At ignoro quo pacto dæmonus huius ipsius dæmonem reformidat.*  
*Quin tua quidē fortuna ex se ampla est, sed fortunæ adolescentis sub-*  
*blanditur. Quod ni abieris procul, ad illum defecturam apparet. Quā-*  
*ti autem haberetur ab Ethnicis dæmones isti, vel ex dæmone*  
4 Socratis constat, quem Deum appellatum fuisse ex Apulleij  
libro, cui titulum de Deo Socratis imposuit, abunde consta-

Plato.

Cælius.

Menander.  
Theocritus.

D. Gregor.  
D. Aug.

Plutarch.

Apulleius.



re arbitror. Nā & inferiores Dij, quandoque ab Ethnicis sūt isti dæmones appellati. Hinc visum est doctioribus dæmones cum hominibus locutos fuisse, illos que multa secreta & occulta docuisse, affuisseque fortibus viris & pugnantibus, & in pace, familiares que illis fuisse genios, eorumq; adminiculis floruisse Pythagorā, & Socratem. Sed & Galenum ego addo atque Hippocratem, quibus multa (ni fallor) naturæ arcana à dæmonibus, vel vigilantibus seu dormientibus, ostensa sunt. Atque hæc ideò adduximus carptim ex humanioribus literis, Cælij varia lectione adiuti quo perspicuum fiat, etiam Angelos bonos custodes, vanos illos sapientes assignasse. Relucet autem in hoc maximè potentia Dei. Nam cum *Nec misereus quisquam sit homine nec superbius* (vt verbis Plinij utar) In mari medio miseriarum constituto, dedit Omnipotens potentes præfides, & duces, dedit Omniscius rectores & custodes sapientes, qui custodirent & regerent homines & ab innumeris penè periculis liberarent. Ita nimirum videmus, laudabilem & admirandum se præbere Deum in pusionibus, quorum *Angeli semper vident* (vt ipse Deus dixit) *faciem Patris*. Quoniam enim modo paruuli ad ætatem maturam sine Angelorum custodia sollicita peruenirent? Semper ferè videas illis, mortis pericula imminere quam plurima, & ab omnibus euadere Angelorum sæpè manu. Cernas quidè quosdā pueros iā penè in aquis immergi, alios verò è turri pendere, nec deesse qui eos separet, alios rursus per proceras arbores serpere leuissimos nec tamen cadere, alios denique se lapidibus impetere mutuo nec perire. Vndè horsum spectare illud Psalmi .8. *Ex ore infantium & Lactentium perfecisti laudem*, dicunt quidam. Hoc est Laudabilem te ostendis Deus ex mirabili quam habes prouidètia erga pueros mille periculis expositos, illos conseruado incolumes. Sic Vatablus suis in Scholijs. Alij ad Apostolos id referunt, qui infantes & lactentes ob simplicitatem à Deo doctam, quam habebāt vocitantur. Sed neque ad pueros nec ad Apostolos solum ita accommodandum, sed pueris in diæ palmarū Christo Regi acclamantibus, ex parentum adhuc vberè pendentibus Christus ipse nos docuit. De quo & nos inferius, in Symbolo peculiari Nunc Angelos custodes & rectores ex sacris ostendamus literis. Deuteronomij .32. *Cecinit Moses*

Cum

*Cum diuidebat Altissimus Gentes cum separabat filias Adam: constituit terminos populorum iuxta numerum filiarum Israel.* Quò videlicet populus beneficia sibi à Deo exhibita sepe præ oculis haberet. S. Hieronymus super Mich. c. 6 vult de Angelis intelligi Deum, & legit pro Filiorum Israel, Angelorum Dei, vel Filiorum Dei. Ita enim Angeli vocantur apud Iob. cap. 33. *Cum melaudient astrum matutina, & inbilarent omnes filij Dei.* Sunt qui velint (vt Abulensis super hunc locum Deu.) *Israelitas vocari filios Dei, vel ob appropinquationem ad illum, vel ob innumera illis præstita beneficia.* Ita que voluit Deus, iuxta hanc expositionem, cum nationes diuidebat in confusione linguarum, quæ in turri Babel ædificanda Dei ordinatione contigit, tot nationes in terram promissionis mittere quot multitudini filiorum Israel commensurabantur, ex amussi mentis suæ. Vide Liranum super hunc locum. Sed S. Hieronymus & D. Gregorius quos refert Glossa, & alij, volunt intelligi de Angelis, quos in tutores nostros & præfides Deus posuit. Elicere que vult Gregorius Magnus ex illo verbo, *Iuxta numerum Angelorum, vel filiorum Dei, vt legunt Septuaginta pro Angelorum vertentes Filiorum, prædestinationem hominum iuxta numerum fuisse Angelorum, qui è vertice coeli corruerunt.* Quod verò Deus prouincijs & ciuitatibus Angelos in custodiam præstituerit, & designauerit opinio est Hebræorum. Diuique Hierony. & aliorum, dilucide que colligitur ex locis apud Daniel. 7. & 10. cap. Id quod superiori Symbolo commemorauimus. Et ex Isaia in super cap. 62. vbi voce Domini canit: *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, id est Angelos, secundum Glossam.* Videbitur & facere quibusdam locus ille Ecclesiastici 17. cap. *In vnâ quamque Gentium proposuit rectores,* hoc est, Angelos iuxta Glossam similiter. Cæterum meo iudicio ad literæ sensum accedemus, si ad eius contextû & seriem attendamus, dixerat enim Salomon de Israelitis: *Vix illorum coram illo sunt semper, non sunt abscondita ab oculis ipsius, nunc redit rationem huius: In vnâ quamque Gentium præposuit rectores, id est, alias gentes tradidit gubernandas suis principibus, & regibus, quos eis preposuit & præfecit. Et pars Dei, inquit Israel, id est, Israel pars selecta Dei, facta*

Y

cta

Galenus.  
Hippocra.

Plinius.

Matth. 18.

Psalm. 8.

Vatablus-

Deut. 32

D. Hierony

Iob. 33.

Abulenses.

Liranum.

D. Hieron.

D. Gregor.

Glossa.

Daniel. 7.

Isaia. 62.

Ecclesi. 17.

Glossa.

sta est manifesta. Nam populum Israel, sic sibi assumpsit peculiariter in suum peculium, & partem aut portionem, vt, in illo Deus regnaret ipse solus. Vnde Deut. 7. Moyses ait: *Te elegit Dominus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram.* Et Isaiæ 19. dicit Dominus: *Hæreditas mea Israel.* Et in cantico Mosayco: *Pars Domini populus eius Iacob funiculus hæreditatis eius.* Hinc factum est, vt quasi indignatus Dominus quod Regē hominem postulassent per Samuelem ad populum dixerit. 1. Reg. 12. cap. *Grande malum fecistis vobis petentes super vos Regem cum Dominus Deus vester regnaret super vos.* Quod & Iansenius non oscitanter adnotauit. Quare in credulus ille populus, duræque ceruicis, ante quam Christum Domini cruci affigeret, à Deo immensis afficiebatur beneficijs, summaque cura curabatur, adeò, vt & oracula in templo darentur de futuris, vt ex oraculo Zachariæ patris Baptistæ apertum est ex Luca. 1. ca. & Angelos mitteret Deus, templo & ciuitati præfides vt Rupertus super Ioannem prodit. At postquam aduersus Deum ipsum insurrexere, multa illi Reipublicæ mala obuenerunt, quæ Iudæus natione Iosephus scribit lib. 7. de bello Iudaico cap. 12. Ex quibus illud vnum quod & Iosephus ipse enarrat, & Egesippus lib. 5. c. 44. et Eusebius in historia Ecclesiastica li. 7. c. 3. ad nostrum non parum facit institutum. Videlicet, quod in die pentecostes appropinquante iam templi destructione, eo die quo data fuit lex, cum couenissent sacerdotes in templo vt iuxta præscriptas facerent cæremonias noctu, motum in primis & strepitum senserunt, dein verò vocem hanc de subito audierunt: *Migremus hinc.* Quam equidem mihi, vt & Rupertus videtur, Angeli templi præfides miserunt, quasi relinquentes illos, ob eorum frequentissima scelera, & nefanda crimina, quæ admittebant & cõmittebant. Et iam tunc multa templa in honorem Christi constructa erant. Inter beneficia autē, quæ populo illi ingrato Deus exhibebat, quod maius conferri (vt ita loquar) poterat, quam illud, quod tempore Christi conferebat. Mirtebat nimirū quotidie Angelū suū (qui fortē erat Raphael, vt Antoni⁹ æstimat de Gistandis in suo illo opere aureo feria. 6. quæ est de paralytico) in piscinā & mouebat aquam, & qui tunc in eam introibat infirmus à

Deuter. 7.

1. Reg. 12.

Iansenius.

Luca. 1.  
Rupertus.Iosephus.  
Egesippus.  
Eusebius.Antonius.  
de Gistandis.

quacūq; detineretur in firmitate sanabatur. Sed mai⁹ multò profecto fuit, Angelū cõsiliij magni, ad homines sine cõsilio & sapiētia, qui nec saperēt, nec intelligerēt, misisse Deū Patrē, pro salute illorū, vt crucis ab eis pro eis patibulū subiret. Cū ergò (vt iā ostēsum est) Angeli ex Dei præstitutione vsq; adeò nos & nostra curēt, & custodiant rectè in sacro eloquio rectores & custodes appellātur. In noua certè lege frequētissimè apparuisse in nostrū bonū, & commodū Angeli legūtur. Sic & per potestātē à Deo malis Angelis per missā ad maiorē etiam vtilitatem bonorum, punitionemq; malorū, rectores tenebrarū harū mūdi, qui collat⁹ cœlesti lucidissimo cœlonox est palpabilesq; tenebræ, etiā si de intellectus nostri caligine agam⁹ à D. Paulo ad Ephes. 6. nūcupātur. Aduer⁹ hos ait, nobis esse colluctationē, & nō aduersus carnē & sanguinē & sanguinē. Nō negat Paulus, quod aduer⁹ carnē & sanguinē sit nobis in eūdū difficile certamē. Sed nō est adeò subtile hoc, atq; id, quod cū spiritib⁹ pessimis & potentissimis iuxtā que sciētissimis subitur. Est enim (iuxta D. Iob qui toties cū eis man⁹ conseruerat et vicerat) potestas hostis nostri tāta, vt nō sit aliqua super terrā, quæ illi possit cõparari. Id quod & D. Hieronym⁹ diligētē animaduertit. Sed & D. Cyprianus maximè ponderat, quod tot annorum millia non cessauerit inimicus noster nos impugnare mille modis, ac proinde larga nimis, vel solum experientia rectè vocatus est à semetipso, artifex mille modis à patre eremita quodā de nomine inquisitus. Videtur D. Paulus illo Symbolico nomine alludere ad verba Christi, quibus apud Ioannē, *princeps mundi dæmon appellatur.* Verū, vt princeps mūdi potestasq; & rector dicatur tenebrarum, exacte dilucidat Theophilactus dum euoluit verba iam citata Pauli. *Non enim (inquit) hos mūdi dicit rectores, quia habeant machinā huius imperium sed prauis asserit affectionib⁹ præfidere. Consuevere nanque literæ sacræ iniqua opera, & qui hæc factitarent, mundum dicere, vt illud Ioan. 15. Non estis de hoc mundo, hoc est, ex ordine eorum, qui mundana pertractant. His igitur dæmones imperant, qui vltro se dæmonibus subdidere. Et illico subiungit: Tenebras nequitiam dicit, quæ in hoc saculo pro valida habetur & clara, in altero vero pro tenebris. Illud autem, quod Paulus dicit: in cœlestibus, sic*

Ephes. 6.

Iob. 3.

D. Hieron.  
D. Cyprian.

Ioan. 12.

Theophi.

explanat. *Ex hoc etiam excitat auditorem: magnis enim de rebus inquit, periclitamur, non pro terrenis his & corruptibilibus, sed pro caelestibus initum est praelium. In caelestibus vero, hoc est, propter caelestia depugnamus, eoque vigilandum est.* Hæc Theophylactus. Appellatur ergo cachodæmones, potestates & rectores tenebrarum harum obrationem talem. Boni vero custodes domus apud Ecclesiastem capitul. 12. ex sententia D. Hieron. Hieronymi & D. Gregorij Neocæsariensis Episcopi in sua D. Gregor. Metaphrasi. Loquens nempe Ecclesiastes iuxta eos, de iudicio extremo in illo extremo capite, ita inquit: Quando eom mouebuntur custodes domus &c? commouendas autem fore supernas caelorum virtutes Dominus apud Matthæum prædicauit. Nam & virtutes (inquit) caelorum mouebuntur. Vbi iuxta Caietanum mouebuntur, idem est, quod tremant. Idque explicat de memoria & vigilantia & prouidentia in senibus. Caput enim illud totum de senectutis calamitatibus, quæ superueniunt, exponunt alij, quorum sententia illud in Isagoge explicuimus Princip. 29. Domus itaque est corpus nostrum & Ecclesia etiam domus vocatur, sicut & Synagoga à Christo vocata est in Euangelio, eo in loco, ubi de demoniaco agit furdo & muto, à quo demonē eiecit Christus ipse nouissimaque Hebræorum facta dixit prioribus peiora. Habes iam ut Angeli custodes sint, & rectores.

*CVSTOS DEVS ANTONOMAS-*

*ticæ.*  
*SYMBOLUM.*

**C**VStodis nomen in Sacris, Angelis bonis indicauimus tribui, verum, ut esse ijs per participationem solū conuenit & bonitas, sic & sem, nomenque custodis conuenire certum est, soli autem Deo antonomasticos & per essentiam, ut ipsam met bonitatem & omnia pariter quæ illi inesse intelliguntur à sapientibus. Sanctus Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum disputans li. 9. inter alia, quæ ex Ægyptijs adducit Hieroglyphicæ, vnum est, quod ad significandum Deum, depingebant oculum baculo cuiusdam superpositum, quo astruerent cuncta illum regere, ut Regē Regum & om

& omnium rerum, quem per baculum designabant omnium que inspectorem per oculum illum demonstrarent. Semper enim oculus ille, quinunquam dormitat (verbis ut ferè vtat Chrysostomi) *vigilat supernos. Ecce non dormitabit* (inquit vates regius psal. 120.) *neque dormiet, qui custodit Israel. Dominus custodit te, Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.* Vel (vt alia translatio habet) *Dominus umbra tua, ad manum dexteram tuam.* Ut sit idem quod illud de Christo ex psalmo. 109. *Dominus à dextris tuis.* Tamet si illud super possit accipi comparatiue, id est, plusquam dextera manus tua. Iam audisti de oculo significare Deum ex Dauid, audi & de baculo eius pouidentiam, & imperium significante. *Dominus* (ait ps. 22.) *regit me & c. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Ecce & alius effectus baculi diuini, *Reges eos in virga ferrea* (ait Deus Pater de Hebræis incredulis ad Christum ps. 2) *Et tanquam vas figuli confringes eos.* Et quid mirum, si qui finxit, & conterat vasculum, et qui finxit oculum, consideret? Et rursus de baculo Messæ nostri Dauid psalmo. 109. ait: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.* Ita plane factum est, vt in medio Sion Christi regnum renitentibus etiam Iudæis, per fideles Iudæos stabiliretur. Baculus itaque in sacris Symbolum est diuinæ potentæ, qua malos punit & perdit, bonos verò conseruat & protegit. Omnibus equidem sese periculis dextera exponit pro tuendo capite, & caput nostrum Christus omnino sese morti exposuit, pro tuendis membris. Custodis ergo vigilantissimi nomen illi valde congruit, cum nos à periculis incolumes custodiat, & eripiat, & in prosperis nos tueatur & alat: & mala insuper quæ facimus, quorum que non satis pœnitemus, in diem visitationis reseruet puniendâ. Sic illud Iob cap. 7. forte occipitur. *Peccavi. Quid faciam tibi, o custos hominum? Vnde & subdit: Quare posuisti me contrarium tibi & c. Cur non tollis peccatum meum & c.* Quod perinde est ac si diceret: Scio sanè quod in te Domine peccauerim, & quod in se est, peccatum meum nullam excusationem admittere valet, tua nisi misericordia deleat, quod admisit iniquitas, tuaque summa bonitas permittit. Sed quid faciã tibi? Id est, quonã modo obsecro debita soluã tibi, qui to

S. Cyril.

tus sum in ære tuo cuiusque & debita ita tu obseruasti, vt qua  
 si in libro puniendâ & exigendâ consignaueris. O custos ho-  
 minum? Idest, o tu qui conspicias omnia, qui es velut custos  
 in vineis, qui renes perscrutaris & corda, quid tibi faciâ vt pro  
 peccato satisfaciâ? Sic & solem Hispanie dicere. *Que quereis q̄*  
*oshaga? no puedomas.* Ita & Iob. *Quid vis vt faciâ tibi, o custos homi-*  
*nû?* Vel aliter. Cû tu sis custos, & protector hominû, in quo pos-  
 sim ego regratiari tibi? Minime enim eges bonorû meorum.  
 Non secus David. Quid retribuam Domino? Cum sit Domi-  
 nus omnium, quid ex eis ego possim retribuere. Vel aliter  
 fortè posset accipi, vt rationem veluti expostulet à Deo Iob  
 de poenis inflatis. Quid faciam tibi, idest, quid feci contra te  
 o obseruator hominum? Ob quam meam culpam ex ijs, quæ  
 ad nisi fortè, meque præterit te verò non latet, nunc me pun-  
 nis? Item alio modo, vt sit velut Hebraismus, & illud tibi re-  
 dundet, vt in Canticis est exemplû. *Si ignoras te*, pro eo quod  
 est, *Si ignoras.* Ita S. Iob. *Quid vis, vt faciam?* Id & Pau-  
 lus aiebat: *Domine, quid meritis facere?* Hispanismo etiam so-  
 lemus dicere, *No se que sequere digame que mada.* Et insuper, *Yo*  
*me lo quiero. Yo me lo se.* Et aliter id genus phrasas in quibus pro  
 nomen, aliquod, redundare solet, non tamen sine aliqua em-  
 phasi & efficacia. Paratum (aiebat David ad exemplum Iob)  
 esse cor suum bis, quod exponit hoc modo Patriarcha N. Bernar-  
 dus, paratum cor meum Deus, paratum cor meum, hoc est,  
 paratum in aduersis, paratum, et in prosperis. Quid vis vt fa-  
 ciam, o diligens scelerum obseruator, vt iram tuam compef-  
 cere possim, aiebat Iob. Et quem iratum sibi suspicabatur,  
 custodem appellabat, vt discas à Deo irato ad eundem vt cus-  
 todem appellare. Tuncque dicitur tibi, Deum appellasti,  
 Ad Deum etiam ibis. Deus in tui tunc commodum discernet  
 causam tuam. Obseruator autem & protector Deus est, & v-  
 trumque nomine custodis videtur significari. Hasselenis Pa-  
 raphrastes in Iob obseruatorem intelligit. Id quod Deo com-  
 petere optime docuit Paulus Rom. 1. *An ignoras* (inquit) *quo-*  
*nam benignitas Dei ad penitentiam te adducat. Tu autem thesau-*  
*rizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei.* Idem  
 & Apocalypsis. 20. cap. docet Ioannes. *Et vidi mortuos mag-*  
*nos & pusillos* (vt scias nullum à custodia Dei se eximere pec-  
 ca-

Cant. 1.

Psal. 107.  
D. Bernar.Titimah.  
Rom. 1.

Apoc. 20.

icatorē) stantes in conspectu Throni, & libri aperti sunt, & alius li-  
 ber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui, ex his, quæ  
 42 scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Sic & apud Daniel Dani. 7.  
 capitul. 7. Deus iudex, custos & obseruator diligentissimus  
 exprimitur. Iudicium (inquit) fedit, & libri aperti sunt. Ha-  
 bet enim agnus ille, & iudex scelus hominum varium & mul-  
 tiplex, alta sua mente repositum in libro vitæ. Sunt vero libri  
 illi bonorum & malorum conscientiar, quæ tunc coram Deo  
 contra homines proferent testimonium, vt ex Origene const-  
 43 tat ad Rom. 14. & D. Hieron. Dani. 7. & D. Greg. 14. lib. Mor-  
 ral. c. 9. Est ergo Deus custos hominum in vinea Ecclesiæ suæ,  
 idest actuum nostrorum non oscitans obseruator. Est & custos  
 siue protector noster, vt ex multis sacræ scripturæ locis const-  
 tat. Vnus est ille locus Isaia. 21. c. Custos quid de nocte? Cust-  
 44 tos quid de nocte, Qui in persona Dei à D. Hierony. videtur  
 accipi & à Lyrano atque ab Anselmo Laudunensi in sua inter-  
 lineari glossa. Iuxta quam explicationem ita intellige locum  
*Ad me clamat* (ait Isaia) *Rex Seir: Custos quid de nocte,* Ecce  
 quid clamat populus ille Idumæorû captiuus. O custos Deus  
 45 quid de nocte? O Deus, qui custodis populum tuû Hebræû  
 quid de nocte? Hoc est, quantum est de nocte? Ita Lyranus,  
 Coeterum D. Cyrillus ita exponit, vt non ad Deum referre vi-  
 deatur. Cuius sententiam vt aperiam mihi supponendum est  
 quod Idumæi illi, nec receperat Hebræos, nec subuenerant  
 eis, dū à Babylonijs deuicti cōfugissent ad eos. Minatur ergo  
 46 eis modo Isaia calamitatē illis futurā illorûq; fugā à facie su-  
 peruenturi gladij. Vnde ait. *Onus Duma*, idest, Idumææ osten-  
 dit mihi Dominus. *Ad me clamat Rex Seir.* Est enim Seir mons  
 vbi erat insignis ciuitas Idumæorû. Clamare ergo videt Isaia  
 Regem Seir quasiturbatum, & anxîû *Custos quid de nocte?* Vide  
 turque D. Isaia in sinuare, quod Idumæis fugiētibus ad He-  
 bræos, custos eis dicturus esset, Venit mane & nox. Quasi di-  
 ceret: Nihil ad nos de vobis: si quæritis refugium quærite, ni-  
 hil nostra refert. Conuertimini ad Deum nostrum & venite.  
 47 Adiciamus & ad hæc aliquid. Videtur enim mihi S. Isaia  
 sub Symbolo speculatoris, & custodis explicare futura. Nam  
 cōtra Babylonē prophetas paulo superi⁹ speculatore cōstituit D. Hieron.  
 leonē, scilicet qui iuxta D. Hiero. super Jerem. capit. 5. Rex  
 Y 4 Babylō

Dani. 7.

Origen.  
D. Hieron.  
D. Gregor.Isaia. 21.  
D. Hieron.  
Lyranus.  
Anselmus.  
Laud.

D. Cyri.

D. Hieron.

Babylonis dicitur. Sub persona autem Regis Seir clamatis ad Isaiam, Idumæ præcinit calamitatem. Isaias ergo custos est ad quem ita clamabat Rex Seir: Custos quid de nocte? Sub persona vero Regis vult etiam eius populum intelligi, clamantem & dicentem: Custos Isaias quid? id est, Quid faciemus? Ad quos, nisi ad vos confugiemus? Ad hoc tamen custos Isaias dextre respondit & prudenter. *Venit mane & nox, Mane scilicet Israelitis, & nox vobis. Vel potius ita: Petere à nobis auxilium superuacaneum & frustraneum erit vobis, utpote quibus mane veniet, & nox, repulsam tamen ad huc patientibus. Quare non suppetias tulistis nobis ad vos confugientibus. Discat in autorem culpa redire suum. Occurrenti sitienti ferte aquam.* Oportebat utique hoc vos exhibere. Discite malo vestro benefacere. Hæc de loco illo prælibauimus, ut appareat, verbum, custos, non ad Deum ibi referri, sed ad Isaiam. Adducam ceu pro appendice quod cum Deus apparuit Iacob in itinere, ostenditque illi scalam dixit: Etero custos tuus, quocumque perrexeris, vel ero tecum quod significantius est, & in Hebræo habetur, ut notat ibidem Caietanus. Ad quod & est illud psal. 90. dictum voce Domini ad iustum, cum ipso sum in tribulatione &c. Verum ad scalam illam Symbolicam Iacob, accedere libet.

Caietanus.  
Psal. 90.

CVSTODIA ET TVTELA  
Dei omnimoda scala Symbolica Iacob ostensa.

SYMBOLUM. 10.

DE celeberrima illa Iacob scala mysterijs plena nunc dicendi aliquid se se offert occasio. De qua Genesis. 28. c. sic habet diuina historia. *Ignitur egressus Iacob de Bersabee pergebat Haran. Cumque venisset ad quemdam locum, & vellet in eo requiescere post Solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco. Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælos Angelos quoque Dei, ascendentes & descendentes per eam: & Dominum*

Genes. 48.

50

51

num iunxum scalæ dicentem sibi, Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac &c. Hebræorum doctissimi referente in scholijs id Vatablo per hanc scalam res inferiores à superioribus dependere intelligunt, idque per eam significari. Id quod & Philosophus edocuit dicens, oportere mundum hunc inferiorem coniunctum esse lationibus superioris, ut virtus eius inde regatur, & gubernetur. Accessus enim & recessus solis in zodiaco ex eodem est causa generationis & corruptionis horum inferiorum. Quamuis altius quid estimo intelligere Hebræos ab Aristotele per scalam, dum dicunt, rerum inferiorum à superioribus dependentiam significari per eam: nimirum connexionem rerum humanarum cum diuinis, seu vim diuinæ prouidentiae, ut Rabbi Abenezra exponit apud Abul. Et quidem in Theæteto Plato catenam illam Homericam auream, quam pendere de cælo in terras Deum iussisse commemorat Homerus Iliadis libr. 8. his verbis:

Vatabl.  
Aristo.

Plato.  
Homens.

*Age dum auream vestim è cælo suspendite, eaque cuncti Dij, ac Deæ apprehensa, me hinc detrahite in terram: nullo id quantumlibet enixu poteritis efficere. At cum mihi facere idem irato libuerit, in terras vos vniuersos, & in maria vsque detraham. Quin etiam circumligata recte ad summitatem Olympi, omnia superna attollam, ut intelligatis quantum ego Deos simul atque homines antecello.*

Catenam (inquam) auream illam in medium Plato adducens, per eam Solem vult ab Homero designari. Quædiu enim circuitus ille, & Sol mouetur, omnia ex eo sunt ac seruantur inter Deos & homines. Si vero staret hoc totum velut ligatum omnia corrumperentur, & fierent inuersa. Quod & Aristoteli, ut diximus, placuit. At secundum Lucianum, impiu quæuis & nostræ religionis inimicum, cum de Ioue fingit Mercurium propter hanc catenam conquerentem, ad fatorum vim afflatumque diuinum, quo nostræ in cælum attolluntur mætes referri debet catena, & ad connexionem quamdam humanarum rerum cum diuinis, & participationem cuiusdam igniculi cælestis, cuius tanta est vis, ut iuxta Platonem qui voluit omnes homines illius participes esse, mentes ad creatorem conuertat & ad cælum trahat. Macrobius autem ait, sic cõflatam

Lucianus.

Macrobius

esse catenam hanc, vt ex summo Deo mens oriatur, ex mente anima quæ & condit & complet vita omnia, quæ sequuntur: cunctaque vnus fulgor illuminat, & in vniuersis apparet; iuxta Peripateticorum sententiam, vt in multis speculis per ordinem positus vnus apparet vultus. Quare vnâ continuam rerum à summo Deo ad vltimam vsque rerum faciem inueniet qui diligenter ordinem rerum intueatur: quam quidem auream funem vocat Epicureus ille Lucretius sic:

Lucretius.

*Haud (vt opinor) enim mortalia sacra superne  
Aurea de celo, demisit funis in arua.*

Cognitio item coelestium, & sacrarum rerum ex Homeri verbis de catena, videtur per eam significari, cum ait: Neminem quantolibet nixu illa apprehensa, Deum de coelo detrahere posse, ipse vero eadem sursum cuncta attollere. Nā qui cumque ex solis naturalibus scientijs, ipsius Dei naturā vult inquirere, videtur sane, quamuis istæ scientiæ sint quidam gradus, Deum de coelo detrahere velle. Precibus, in quā

Cali. Aug.

& pietate à Deo, talis est postulanda cognitio. Hæc de catena illa aurea Homericæ ex Cælio Augustino placuit hic inferere, quoniam mire cum Iacobica scala consentire videtur ad amissum fidei regulata. Nāque, si vera est expositio illa Hebræorum, nempe illam concatenationem rerum humanarum & diuinarum, id ipsum, vt dictum est, catena illa ostendebatur. Ad hæc, si iuxta quorundam explicationem, per scalam innuuntur quidam gradus creaturarū, per quas ascenditur in

Rom.

Dei cognitionē, secundū illud ad Ro. 1. *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur à creatura mundi, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.* Id etiā, vt modo dicebamus, catena in illa inueniebatur delineatum. Nec præter rē est sententia Philonis, quā in lib. de somnijs reliquit per scalam aerē, res naturales, animā & vitā, siue conuersationē insinuari. Sed multorū hic adglomerare sententijs superfluum videtur. Quæ omnibus vna probatur magis illa est, quā astruit D. Theo. S. Chry.

D. Theodo.

S. Chryso.

Rupertus.

Caietanus.

Diodorus.

Rup. Caiet. Diodo. que apud Lippomanū, per hanc scalam curā eximiā, & prouidentiam, quā de seruo suo Iacob Dñs gerebat, ceu per speculū ostēdi. Additq; Diodorus speciatim de censū Iacob de Mesopotamia, & ascensū in terrā Chanaā per Angelos ascendētes & descendētes præsignari, eorūq; auxiliū Iacob

Iacob minime defuturum illo itinere. Sunt quippe omnes autore D. Paulo *Spiritus administratorij*, ad vtilitatem nostram. Totius enim visionis illius scopus, erat Iacob cōsolatio qui valde fratrem Esau timebat. Quis vero non videat diuinam erga Iacob curam per scalam, cui Dñs innixus erat, per quam que Angeli ascendebāt & descendebant, Iacob ipsi fuisse demonstratū? Id quod idem cognouit ac proinde dixit vouens: Si fuerit Dñs mecū & custodierit me in via per quam ego ambulō, & dederit mihi panē ad vescendum, & vestimentum ad indaēdū, reuersusq; fuerō prospere ad domum patris mei, erit mihi Dñs in Deū, & lapis iste, quē erexi in titulum vocabitur domus Dei &c. Quapropter crediderim ego, quod ea omnia, quæ Iacob postulabat supplex, erāt sibi à Deo donanda, per visionē illam Iacob ipsi fuisse præostēsum. Sitq; hic canō à Symbolico Theologo maxime obseruādus, vt Symbolorum verba sacra penitus inspiciātur, vt potē ex quibus genuinus eruitur sensus. Exēpla huiusce rei, suppetūt multa, idq; ostēdimus iam in illa visione Abrahami, idē inferius de Iacob & rubo ardētī etiā ostēduri. Per scalam autē illa quæ Iacob à Deo postulabat indicari concedēda, vel Cāt. c. 2. cōiectare licet. Ait enim Salomon voce sponsi, *Surge amica mea speciosa mea & veni: columba mea in foraminibus petrarū &c.* Sciendū enim est Salomonē omnia præcipua toti⁹ diuinæ philosophiæ arcana pene in suo comprehēdisse epithalamio; ob eāque rē ita ostēdimus nos, procedere Cantica in Isagoge nostra Principio tricesimo. Quā & ob causam alterum ex duobus Symbolis, quæ breuius hæc cōtinet periodus ex cap. 33. Exod. & ex Genes. 28. c. accepit alterum. Factum est enim ad Moysē tale oraculum, cum petijt cōcedi sibi videre gloriā Dei. Ego ostendā tibi (ait Deus) omne bonū, & vocabo in nomine Domini coram te. Et subdidit: est locus apud me, & stabis supra petram. Cūque transibit gloria eā, ponā te in foramine petre & protegā dextera mea donec transeam: tollāque manu mea & videbis posteriora mea, faciē autē meā videre nō poteris. Loc⁹ sane meo iudicio intellectu difficillim⁹. Ex quo & colligūt quidā nō vidisse Moysē diuinā essētiam. Tametsi enim Scriptura dicat Deū alloquūtū fuisse Moysē tāquā amicū palāque & non per ænigmata, sicut prophetas alios, non inde sequitur

Hebræ. 1.

Cantico. 2.

Exodo. 33.  
Genes. 28.

tur

tur diuinam clare essentiam fuisse intuitum. Ea quæ Dominus  
 Moyfi loquebatur non per figuras & verborum siue rerum in  
 uolucra erant atque tegumenta, sed clare & perspicue, vt cum  
 amico solet loqui amicus, qui non recusat pandere mentem su-  
 am. Sic & Dominus Apostolos amicos dixit, quia omnia quæ  
 cumque audiuit à patre suo, vt illis patefaceret, nota fecit.  
*Et vobis datum est (inquit) nosse mysterium regni Dei, cæteris au-*  
*tem in parabolis.* Gloria autem diuina, quæ hoc in loco tran-  
 sire commemoratur non est visio beatifica, sed maiestas illa  
 Dei exterior nubis, & aliarum rerum, quas Deus vt se time-  
 ri & venerari faceret populo cõcedebat illi rudiori. Hæc ali-  
 bi forte fufius à nobis expedientur. Vtigitur Dominus illo lo-  
 co significaret custodiam suam & sollicitudinem, quam erga  
 Moysem, & totam Synagogam, & Ecclesiam gerebat, firmi-  
 tatem eius ostendere volens, primo Moysem stautit supra pe-  
 tram, & non in loco lubrico, secundo in foramine petræ, &  
 tertio protexit illum manu sua. Et protegam, inquit, te ma-  
 nu mea. Vel apponam manum meam, siue volam, vt habet  
 textus Hebræus. Nam manum concauam, eis super pronis  
 rebus, quas illas esse volumus. Huc ergo videtur respexif-  
 se Salomon, cum ad hoc significandum, ad historiam prædic-  
 tam alludit dicens: In foraminibus petræ. Verbis autem illis,  
 In cauerna maceræ, eandemmet custodiam & tutelam spon-  
 si erga suam sponsam astruere volens, ad historiam, & visio-  
 nem Iacob plane attendisse visus est, si Hebræa inspiciantur  
 verba. Nam vbi habet vulgata nostra, in cauerna maceræ, qui-  
 dam verunt, In recessibus scalarum. Quod sane perinde est,  
 atque si in omnibus Ecclesiæ vijs, & operibus & tribulatio-  
 nibus, ei suum tutissimum præsidium certo polliceretur. At  
 que exinde apparet, vt in sermone arcano scala diuinam pro-  
 uidentiam, eximiamque & singularem circa seruos suos cu-  
 ram significare. Angeli quippe Dei descendebant à Deo ad  
 Iacob, & à Iacob ad Deum ascendebat, quo sic velut diceret  
 Deus innixus scalæ: Ite ministri & milites mei Angeli, &  
 videte vt habeat seruus mihi charissimus Iacob, & an valeat  
 renunciate mihi. Non quod hæc utique ignoret Deus, sed  
 more nostro loquitur, cui & se in scala attemperauit dicens:  
 Ego sum Deus &c. Quod iam superius attigimus. Porro quæ  
 de


Mar. 4.  
 Luca. 8.

de hac historia notatu digna, non parūque difficilia supersunt  
 sequenti Decadi enodanda placuit reseruare, quod Symbo-  
 lum iam ad debitum vsque processisset.

## D E C A S. III.

*DOMUS DEI, ET PORTA  
 cæli Bethel, vel ob templum monte in illo adificatum  
 seu ob Christum ibi passum, vel magis ob  
 præsentiam Dei & Angelorum  
 tutamque custodiam.*

### S Y M B O L V M. I.

72  B I in Iacob incidimus historiam exigit ordinis  
 ratio, vt historiam prosequamur cœptam. Cumq;  
 cui gisset Iacob (inquit Moses) à somno, ait: Ve-  
 re Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pa-  
 uensque. Quā terribilis est (inquit) locus iste: nō est hic aliud  
 (locus scilicet) nisi domus Dei & porta cœli. Vidit quippe  
 ostium opertum in cœlo, & ministros Dei, ibi autem dici-  
 tur esse domus, vbi est & ostium & serui simul. Surgens ergo  
 73 Iacob mane tulit lapidē, quem supposuerat capiti suo. Cum  
 hac certe litera non conuenit id, quod referēte Lyrano dicūt  
 Hebræi, multos lapides, tres, scilicet supposuisse Iacob capiti  
 suo, vnūque solum modo postea inuenisse. Ne quis ex hoc ol-  
 faciat mysterium sacræ Triadis insinuatū. Et tulit (inquit Mo-  
 ses) lapidem, quē supposuerat capiti suo. Quid enim ad rem,  
 74 quod de lapidibus tulisse dicatur? Et erexit in titulum fundēs  
 oleū desuper: in signum, nempe, promissionis sibi à Deo fac-  
 tæ. Quod & insinuat quæ inferius dicit. Et lapis iste, quem e-  
 rexi in titulū vocabitur domus Dei. Domus quidem Dei dic-  
 tus est locus, qui antea Luza vocabatur. Iacob enim loco nomē  
 recens imposuit. Cōmunis, vt æstimo, multis ijsque nō infime  
 notæ

LYRANUS.

notæ autoribus, est opinio, locum hunc fuisse in quo sacrificauit Abraham, & in quo facta est illi promissio, sicut & filio suo Jacob: in quo item ædificatum est templum illud magnificum Salomonis. Aduertendum autem ex fratre Christophoro de Sancto Antonio in suo triumpho Christi, quod mons, in quo præcepit Dominus Abrahamo sacrificare filiū suū, vocatur mōs Moria. 2. Paral. c. 3. vbi vt ibidē patet, tēplū Salomonis fuit cōstruētū: Gene. vero, 22. c. vocatur mōs visionis iuxta illud, & vade in terrā visionis. Atq; vt autor est Lyran. & Burgensis super illū locū Glossæ cōsentiētes, mōs Moria idē est atque Dominus videbitur secūdu Hebræos vero mōs myrrhæ interpretatur. De quo Cantic. 3. *Vadam ad montem myrrhæ.* Cui nomini quadrat maxime quod Dominus ibidem passus sit, nā Magi mysticas munerum species afferentes, myrrham Christi sepulturæ obtulerunt. Conuenit itē cum mysterio, quod in eo monte sacrificaret filiū suum Abraham, Iacobque viderit scalā. Appellamus enim fuit appositā satis locus ille ab Abrahamo, Dñs videbitur, & à Iacob, Bethel idest, Domus Dei, & porta cœli, cū in eo fuerit cōstruētum templum, passioque Christi cœlos aperuerit. Vnde dicit quidā illud esse psal. 14. *Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Ex admiratione siquidē eorū, quæ præuidebat mysteriorū, abstractus veluti sensibus Dauid ita canebat. De hoc item monte est illud, quod Dñs dixit: *Abraham extulauit vt videret diē meū, vidit & gauisus est.* Si ergo vidit diē passionis Christi natalemque eius, & gauisus est, recta ductus ratione, tale imposuit loco nomen. Dñs videbitur, pro eo quod est Dominus à me visus est. Vel Dñs videbit euenire filio suo re ipsa quod ego in meo opere impeditus nō cōpleui. Non enim solū gladius eleuabitur supra collum eius, vt supra filiū meū eleuauit ego, sed lancea latus etiā emortui perforabit, viuiq; animā passionis pertransibit gladius. Dñs enim tūc prouidebit sibi victimā filiū suū vaigenitū, qui in ara crucis immolabitur pro me, & pro vniuerso mūdo: ac proinde gaudeo animoque exultato meo. Sic etiam videtur Diuo Iacob referata fuisse mysteria, quæ in monte celebranda forent, in visione scalæ, ac propterea à somno excitatus exclamauit, præ admiratione & pauore excessuque mētis quodam: *Quam terribilis est locus iste* &c.

&c. Quæ verba ad literā ita exponit Oleaster: *Quā terribilis est aut quam timendus locus iste, aut Quare timendus est locus iste?* Et respondet ipse Iacob: *Quia non est hoc aliud, nisi domus Dei, & porta cœli.* Sic enim legit cum Sancte suo. Ac si diceret, inquit: *Ideo timendus est locus iste, quia hic est porta cœli, & domus Dei, idest, adest hic præsens Deus.* Neque est verum, quod quidam hic scribunt, fuisse scilicet, hic postea templum ædificatum: cum locus iste multis milliaribus distet à Ierusalem. Et rursus infra dicit: *Nō intelligas hic postea ædificatum templum, sed fuit locus domus Dei Iacob, quia ibi rediens à Mesopotamia Domino litauit, & postea sepius.* Hæc Oleaster. Bartolomæus Anglicus libr. 14. de montanis agens capitul. 4. docet, esse montana Bethel in Iudæa prope Hierusalem, vbi tempore Salomonis ædificatum fuit templum. Et cap. 25. de Moria tractans in Ierusalem dicit esse vbi ædificatum fuit templum sacrificasse que ibi Abraham, & Iacob visionem vidisse, & locum illum futurum orationibus & precibus sacrum ex Genes. 28. capite. *Difficile igitur est iudicare an Bethel fuerit mons Moria, vel prope Moriam, vt quidā dicunt vel an multis ab Ierusalem milliaribus distet, vt volūt alij.* Ex D. Hierō. super Amos c. 5. constat, quod in Bethel erat vitulus aureus, & Galgala erat locus in quo idola colebantur. Vnde Amos. 5. c. dicit: *Quærite me & viuetis, & nolite quærere Bethel, & in Galgala nolite intrare, & in Bersabee ne transferitis.* Et 3. Reg. c. 12. narratur, Hieroboā duos vitulos adorādos proposuisse, in Bethel vnū & alterum in Dā, ne si populus ad solemnitates legales ascēdisset, cōuerteretur ad Dñm. Montis præterea nomē esse Bethel ex. 1. Reg. c. 13. perspicuū est. Ad hæc nomē esse ciuitatis in tribu Bēiamin ex. 1. Paral. c. 7. Deinde Bethel illā ciuitatē sic primū à Iacob vocatā, nō esse Ierusalē ex Iud. c. 1. apertū est. Domus nāq; Ioseph in Bethel ex Ierusalē ascendisse dicitur, fuisseq; Dñm cū eis. Nā cū obsiderent urbē quæ prius Luza vocabatur, viderūt hominem egredientē de ciuitate dixeruntque ad eū: *Ostēde nobis introitū ciuitatis, & faciemustecū misericordiā.* Qui cū ostēdisset eis percusserūt urbē in ore gladij: hominē autē illū & omnē cognationē eius dimiserunt. Qui abiit in terrā Hec him, & ædificauit ibi ciuitatem

Barthol.  
Angl.

Genes. 28.

D. Hiero.

1. Reg. 13.

1. Paral. 7  
Iud. 1.



vocauitque eam Luzam: quæ ita appellatur vsque in præsen-  
tem diem. Ecce ergo quemadmodum Bethel, quæ Luza an-  
tea vocabatur non sit Ierusalem, videsque aliam esse Luzam  
1. Reg. 10. à Bethel Iacob distinctam. Præterea quod in Bethel colere-  
tur Deus à Iudæis ostenditur. 1. Reg. c. 10. Supponendū autem  
quod Bethel in sacris literis, vt nomen appellatiuum, & vt  
Iudic. 20. nomen proprium sumitur. Exemplum primi est in lib. Iudi-  
cum cap. 20. vbi domus Dei dicitur Silo, & vbi erat arca ibi  
erat Bethel. Secundi vero exempla multa sunt. Duplicē autē  
Iud. 1. Luzam cum ex. 1. c. Iudicum ostenderimus, tertiā dicimus ce-  
cidisse in sortem Ioseph filiorum vt patet ex Iosue. 16. c. Nec  
Iosue. 16. est eadem cum Ierusalem Luza. Nam, vt aduertit Lyranus il-  
Lyranus. la quæ cecidit in sortem filijs Benjamin diuerso nomine, & vt  
diuersa numeratur infra cap. 17. Eodem argumento & effica-  
Iosue. 17. ciori probatur de Luza, quæ est filiorum Ioseph. Neque en-  
nim Ierusalem ibi enumeratur, sicut in sorte filiorum Benia-  
min. Abulensis in ea est sententia, vt dicat contra communē  
Abulens. Hebræorum sensum, Græcorum & Latinorum, Moriam  
non fuisse Bethel, quæ antea Luza vocabatur, in qua vidit Ia-  
cob scalam, idque pluribus rationibus haud inefficacibus  
suadere conatur. Et primo quidem, nam Bethel vno solum  
milliario, id est, dimidia leuca distat à Sichem, & Hierusa-  
lem ab ea viginti miliaribus, vt habetur in libr. de diuisione  
terræ sanctæ, ait Abulens. qui ab illorum locorum oculato  
teste editus est. Deinde quoniam retrocederet Iacob, si in  
Moriā venisset, descendens è Mesopotamia, vt ascende-  
ret in terram Chanaan, de Bersabee egrediens, ciuitate si-  
ta in extremis Iudæ finibus. Moria quippe ad occidentem  
est terræ Chanaan contra mare Mediterraneum, & Mesopo-  
tania ad orientem, ad Septentrionemque declinans pluri-  
mum. Ad hæc quando Abraham venit è Mesopotamia in  
terrām Chanaan, primo venit in Bethel, vt patet ex Genes.  
Genes. 12. 12. cap. apud ciuitatem Hai quæ coniuncta ponitur ciuitati  
Bethel Iosue. 8. cap. Deinde perrexit in Ebron, & perue-  
nit Bersabee, ad meridiem & ad orientem descendens magis.  
Per locum igitur illū oportebat Iacob redire Mesopotamiā.  
Præterea, quia non sunt idem Bethel & Ierusalem, vt iā visum  
est ex. 3. Reg. c. 12. Vltimo tādē ex eo, quod Iacob nequaquā  
adeo

adeo vehementer admiratus exclamasset, de monte Moria  
vbi patrem suum Isaac voluit sacrificare suis auis, vere Dō-  
minus est in loco isto & ego nesciebam. Vult igitur Abulen-  
sis duas fuisse ciuitates Bethel, vnā quidem ad orientem ter-  
ræ Chanaan contra Hiericho collatēralem montis Garizim  
& ab Oriente montem habentem Ebal, quæ ab Iericho non  
multum distet, Alteram verò ad Septentrionem & est Ierusa-  
lem. De priori interpretatur locum de visione scalæ, de poste-  
riori vero exponit illud cap. 35. Egressus autem inde (id est de  
Bethel cū reuertebatur rursus de Mesopotamia Syriæ) Venit  
90 verno tempore ad terrā quā dicit Ephratā, in qua cum parturiret  
Rachel, ob difficultatem partus periclitari cepit. &c. Idq; probat  
primum ex eo, quod cum de priori Bethel agitur fere Luza  
addi solet in scriptura vt ex capite. 28. Genes. & 35. & Iudi-  
cum. 1. & alijs multis in locis, præter quam cum loquitur per  
anticipationem ad Abraham tempora vt Genes. 12. & 13. ca-  
pitem. Postea vero, & Hierusalem Bethel istā secundam vo-  
91 cari & sine Luza dicit. Idque ex Genes. litera colligit. In  
via etenim sepeliuit Rachel prope Hierusalem in Bethlehē  
scilicet, vel Effrata quæ ab Hierusalem quatuor tantum leucis  
est seiuncta, alia vero Bethel decem, vel vndecim. Neque ve-  
ro potuit sepeliri Rachel in itinere, quo de Bethel alia veni-  
tur, quoniam est circa Iordanem, & Iericho ad Orientem ter-  
ræ promissionis, vt habetur Numero. 34. capite. Bethlehem  
autem est contra meridiem, sepulchrumque Rachelis fere  
92 leuca & dimidia distat ab Hierusalem dimidiaque est ante  
Bethlehem. Qua propter venire de Bethel secunda in Ephra-  
ta, esset descendere de Septentrione ad Austrum, sed ab alia  
Bethel quæ est Luza, vel de Iericho in Bethlehem descensus  
esset vtique de Oriente ad Occidentem. His itaque ductus  
rationibus Abulensis credit Bethel, in qua vidit Iacob scalam  
non fuisse montem Moriam, & illam, in qua secundo appa-  
ruit Deus illi, intelligi debere de Hierusalē. Indeque Blesens.  
93 sem refellit, qui dicebat domum Dei vocatam fuisse Luzam  
quoniam erat locus in quo Christus nasciturus foret, scilicet,  
Bethlehem, esto quod posse dici nō neget, in eodē loco vtrā-  
que fuisse apparitionem. Hinc iam quemadmodum Oleastri  
sententia intelligi debeat de Bethel illa priori ciuitate, quæ  
Z mul-

Genes. 35.

Gen. 28.

& 35.

Iudic. 1.

Genes. 12.

& 13.

Num. 34.

Blesensis.

Oleaster.

multū distat ab Ierusalem satis est manifestum. Verū enim verò an in eodem monte Moria, cum esset longissimus quamuis non in eodem loco apparuerit Deus Iacob sicut & Abrahamo angelus Domini, videtur adhuc inquiri & dubitari posse. Hierusalem quippe duos præcipuos colles habebat, montem, scilicet, Sion, in quo erat arx munitissima Iebuseorum, quam cepit Dauid, & munitiorē fortiolemque reddidit, quæ pars peculiariter dicebatur ciuitas Dauid, & montē Moriam ad quem peruenit Abraham à Geraris, itinere triū dierum, vt ex mandato Dei, filium immolaret, quæ ciuitas est Philistinorum Metropolis, & Regia, & terminus Austriacus in terra Chanaan, sita inter desertā Sur, & Cades Barne, & in quo (vt dictū est) ædificatum est tēplum Salomonis. Eratque eius pars in sorte Benjamin, & pars in sorte Iudæ. Vnde factum est, vt nunc sortis Benjamin, nunc Iudæ legatur, vt aduertit optime Lauretus in sua Allegoriarum Sylua. Quid ergo prohibet dicere in monte Moria Iacob scalam vidisse, si mons iste vsque ad sortem Benjamin protenditur. Ibi siquidem est ciuitas Bethel prope Hiericho inter montem Ebal & Garizim, vt ex dictis iam manet pellucidum. Et sane in illa ciuitate Bethel vidisse Iacob scalam, ibique adorasse, vel ex eo colligitur, quod Garizim est locus, in quo pronūtiabantur populo maledictiones. Nam sex nobiliores tribus & sacerdotes illas enarrabant Ecclesiæ terram promissionis intranti. Vnde mons iste Garizim apud Iudæos & Samaritanos præcipue valde venerādus erat, dicentibus quidem Samaritanis, ibidem Deum adorari debere, quoniam ibi eorum patres adorauerunt, quod testata est Samaritana mulier apud Ioan. 4. capite. Idque necessario sine controuersia interpretū aliqua de Iacob exponendū est. Dicā igitur ego in hac parte his præhabitis, quod sentio. Fortasse, nisi mea me suspicio fallit, illi autores in primis graues docuerunt in monte Moria Iacob scalam vidisse, quoniam in Bethel vidit de tribu Benjamin, quam vsque Moriæ pars extenditur, vt diximus. Neque enim adeo illi interpretes doctissimi dormitasse credendi sunt, vt distantiam à Bethel in Hierusalē ignorauerint. Claudamus igitur iam Symbolum nostrum, vtramque opinionē ob autores suos & patronos grauiſsimos, vt probabilē admittentes.

Lauretus:

Ioan. 4.

tentes. Domus itaque Dei & portā cœli ad sensum Oleastri recte dicitur Luza, ob præsentiam Dei & Angelorum. Solemus enim vulgariter nos dicere quod vbi est Rex, ibi est & Curia. Et vbi videtur Deus, ibi est & paradĭsus, de quo Dñs ad latronem. *Hodie mecum eris in paradĭso.* Vel ob mysteria ingentia, quæ ibi præuidit Iacob celebranda, obque templum ædificandum illo in monte optimo iure nomen Domus Dei & portæ cœli imposuit.

Lucæ. 23.

## MONS VIRGO MARIA. SYMBOLUM. 2

- 2 **A**ppendamus & hoc Symbolo superiori. Depēdet enim ex prædictis eius intelligentia quadatenus. Montem Moriam visionis montem, & Dominus videbitur, & montem Myrrhæ diximus vocari. Quæ omnia Virgini Dei paræ quadrant, & fortasse in ea vidit Abraham Christum assumpturum humanam naturam, nomenque eius etiam cognouit esse nomen montis illius, qui vocabatur Moria, ac proinde imposuit illi nomen, Dominus videbitur in monte, scilicet, Moria. Notandum autem vt hoc magis verosimile tibi videatur, quod iuxta Burgensem in Hebræo non inuenies nomen montis cum puncto  $\gamma$  Cholem, hoc est æquiuale, O, sed cum litera siue puncto A, ita vt sit mons Mariæ & non mons Moriæ. Nomen autem Mariæ non significat miseriam, nec venit à Iamer, vt falso Victorinus dicit in scholijs. Lucæ. 1. Sed à Marath, & Iam, quod mare amarum significat. Idque & cætera, quæ de nomine Virginis sefe offerunt, tertio huius Decadis Symbolo dicemus. Nomen etiam montis myrrhæ Mariæ cōuenit. Myrrha etenim incorrupta seruat corpora, dedit vero Maria Christo è suis visceribus incorruptibile corpus quod in puluerem non foret conuertendum. Vnde est illud. Psalmo. 15. iuxta Spiritus sancti explicationem. *Qui non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Video & illud quibusdam ad hoc facere, quod Dauid,

Burgens.

Victorinus.

Psal. 15.

*Psal. 29.* uid, *Psal. 29.* recidit: *Quæ virilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem.* Secundum *Lindanum* enim orat Christus, vt à mortis tyrânide liberetur. Et quidem, si ita ad literam de Christo accipitur, idem videtur mihi dicere Christus quod *Paulus*, qui alijs verbis extulit docens vanam esse fidem nostram & spem simul si Christus non resurrexit. Dicebathoc itaque Christus veluti frustra fuisse sanguinem suum fufum, si tamen in sepulchro maneret post mortem, vt cæteri homines & non adijceret, vt resurgeret: vt cæteri homines, vt resurgât non adijciunt. Dicatur itaque *Maria*, mons myrrhæ ob talem rationem. Appelletur & mons *Mariæ*. Dominus videbitur, quia in *Maria* visus & præfusus est à iustis viris, cum in *Bethlehem* natus est. Vel Dominus vidit iuxta literam *Hebraicam* vt *Glossa* refert, post *D. Hieronymum* & *Burgensem*. Verum est locus vnus apud *Danielem*. cap. 2. vbi ad literam sensum *Maria* *Virgo* mons vocatur. Ait enim *Daniel*: De monte abscessus est lapis sine manibus. Qui mons secundum *D. Hieronymum* *Theodoretum*, *Lyranum*, & *Dionysium Carthusianum* & in terlinearem *Anselmi Laudunensis*, qui aliam etiam ponit interpretationem. *Maria* vbi est mons vocatur ob altitudinem virtutum, & donorum corporis & animæ, ob dignitatem matris, ob pulchritudinem animæ & corporis, ob varietatem florum & rosarum, & plantarum cælestium, quorum ingens copia in *Maria* & cælestium omnium deliciarum spiritualis exuberat. Est & hæc expositio *Hesichij Hierosolymitani*, & multorum aliorum insignium autorum. Nam quod *Augustinus* tractatio 9. in *Ioan.* hunc locum de regno *Iudæorum*, quæ vocari montem asruit, vnde Dominus secundum carnem natus est, & in tractatione prima in epistol. *Ioannis*, declarat mihi nõ adeo probatur. *D. Ambrosius* sermone. 70. ad æternitatem filij, & sine creatione processione refert. Et id est sine manibus. *D. Hippolyto* vero est idem quod, repente & inopinato, in aëtu oculi veniet ad iudicium. Alijs denique est sine manibus, id est, sine nostris meritis & operibus venit Christus, iuxta illud *Pauli* ad *Titum*. 3. Apparuit benignitas & humanitas *Saluatoris nostri Dei non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, &c.* Vnde & potest verti illud sine manibus, siue operationibus (vt adnotauit *Hector pintus*) Iadh enim operatio nē

nem significat. Sed genuina & cõmunior explicatio est prior loco à nobis habenda, sine manibus, hoc est, sine viri opere. In mōte enim *Mariæ* visus est Christus cõceptus de Spiritu sancto sine virili opère. Est enim flos campi sponsus, nulla in dustria humana natus, in *Mariæ* monte fertilissimo. *Cant. 2.*

## M A R I A D O M I N A.

## S Y M B O L V M. 3.

POST quam in *Mariæ* incidimus mentionem, non ita de facili ab ea discedamus. Nomen montis *Mariæ*, vbi Christus visus est oculis mentis ab *Abrahamo*, *Isaac*, & *Iacobo* *Mariæ* accõmodauimus ob eius non vnã etymologicam rationem. Et quidem *Theologia Symbolica*, quæ in nominum sacrorum etymo constat apud *Patres* non parui pēdenda est, tamen si ad sensum literalem non conducatur multum Secus vero ea est, quæ ex nominum significatione literali desumitur. Nomen *Mariæ* diximus amarum mare significare. Id verò fuit in *Virgine* cum ipsius animam iuxta. *S. Symeonis* prophétiam gladius doloris pertransiuit, & vt *D. Ignatius* autor est, in *Epist. 1. ad D. Ioan. Apost.* persecutiones, & afflictiones, penurias, indigentias passa est, in quibus se ostēdebat hilarem, & iniuriantibus gratã se exhibebat. *S. Hieronymus*. in lib. de nomi. Heb. huic cõsentit interpretationi addit & stellam maris nomen *Mariæ* significare. Et quidem stella maris rectissime dicitur, cui nomen *Domui Dei* & portæ cœli conuenit. Quare cum *Ecclesia* vnisona harmonia in laudem virginis concrepat.

## Aue Maris stella.

Idem est atque si dicat.

## Aue Maria.

Quod si *Dei* mater est alma cœli xque cœli porta, cur non dicamus nomen montis *Mariæ*, qui domus *Dei* & porta cœli secundum partem aliquam sui, fuit vocatus *Mariæ* conuenire. Etsi mons ille vel locus, in quo Dominus *Iacob* apparuit.

Angeliq; per scalā ascendebant & descendebant, ob id domus Dei & porta coeli fuit appellatus, matrē Dei, qui Deū ē suis aluit visceribus, in eisq; continuit, talī nō dignabimur nomine? Absit. Syriacē autē nomen Marię Dñam significat.

**D. Damasc.** Et hæc est optima huius nominis etymologia, & significatio. Vnde D. Ioan. Damasc. li. 4. fidei Orthod. c. 15. ita dicit. *Parit itaq; gratia* (id enim Anna latine sonat) *Dñam. Nam hoc Marię nomē denotat: merito enim creaturaru omniu declarata est Dña, quæ illū enixa est per quē cōdita sunt vniuersa.* Quā rationē sequuti sūt D. Hieron. de nom. Heb. ut refert Canis. & S. Epi-  
**D. Hieron.** phanius in sermo. de laudib. Virginis, & **D. Petrus Chrysol.** logus in sermo. 146. & Eucherius lib. instructionū: & deniq; **Eucherius.** **D. Anselmus** de excellentia Virg. c. 9. qui dicit illi (vt solemus loqui) de iure cōpetere Dñam esse, vt talemq; ab omni cognosci creatura. Rabbinus Haccados grauisissimus apud Iudæos autor, qui p̄cessit Christum, in respōsione ad petitiones Antonini Consulis asseruit, matrem Messię fore nūcupandā absolutē Dñā & magistrā omniū prophetarū; & quidē magistrā eā appellat **D. Ignatius** in epist. 1. ad Ioann. **D. Athan.** Euang. Vnde **D. Athanas.** serm. de natiuit. Marię, colligit ex ea reginā esse vocandā, quod regem peperit Christum: & **Petrus Damianus** serm. 3. in natiuit. Dñi vocat eam matrem vniuersalem, & Dñam. **Anatholius** insuper Græcus in cantico de Marię natiuitate, modū salutationis approbat, quo reginā vocamus Mariā, & fortē nomē mitraton ad Mariam pertinet, quod Hebræi vt vnū ex arcanis doctrinæ suæ docent significare creaturā perfectissimā, cuius nomen est Latinē interpretatum, Princeps facierum, ceu ab officio & munere impositum, quod semper corā summo asset imperatore vt dignos ad suū cōspectū introducat. Doctioresq; (vt **Canisius** de laudibus Virginis, animaduertit) collegerunt ex numeris per literas significatis, nomen Marię cū nomine illo Mitraton cōuenire. Sed & antiqui Hebræorū Virginē aiebāt fore vocandā Miriā Sara, id est, Dñam Mariā ex quodā Haię loco. Sibylla etiā Erythræa lib. 8. Oraculorū meminit nominis Marię. Et in oraculo dato Argonautis, quod in sculpsit æri postea in primo, quod habuerūt Athenæ, templo, vt est apud **Plinius** lib. 36. c. 15. **Procopius**q; ante suū martyrium

15  
16  
17  
18  
19

20  
21  
22  
23  
24

riū dat testimoniu huic historiæ. Nā cū Iason (inquit) eorū, qui vocantur Argonautæ, princeps de primo tēplo Athenis ædificato in arce Oraculum Delphici Apollinis hoc modo consulisset: Prædic nobis Propheta Apollo, cuius nam erit hæc ædes, & ad quid futura sit in posterum. Respondit: Quæcumque ad virtutē quidē & honestatē vos incitat, facite; ego autē tres cupio, Deū vnū regnatem apud superos cuius Verbum ab interitu alienū, cōceptū in simplici Virgine, qui tanquā ignitus arcus, percurrrens mundi mediū, omnes capiens, eos adducet donum Patri, huius erit hæc ædes. Maria autem erit nomē eius. Hactenus oraculū. Vides ergo excellentiā nominis Marię. Atq; ex prædictis manifestum fit errasset Victorinū cū dixit Virginē cū cecinit. Quia respexit humilitatē ancillæ suæ, ad nominis sui etymologiā aluisse. Maria enim Dñam significat, vt dictū est. Galatinus lib. 7. de arcanis catholicę verit. refert Rabbinū supra citatū inducentem taliā verba: Sicut abacus est armariū, quod prius cipes cōficiūt, vt auri & argēti vascula in eo recōdāt, suāque gloriā & opes cunctis ostēdāt, ita regis Messię mater erit armariū, quod Deus ipse cōstruxit, vt Messias in ea sedeat, ad maiestatis suæ gloriā mortalibus omnibus demonstrandam. Hæc ille, quē Hebræi honoris gratia sanctum vocāt. Ex quibus apparet quam bene nomen Marię Dñam significet.

L A P I S C H R I S T V S.

S Y M B O L V M. 4.

**M**ontis nomen cōuenire Virgini ostendimus, in qua vt Sol primò in motibus solet apparere, Sol iustitię Christus primo apparuit, nō solū nascēs sed etiā re-furgens primo ei visus est, vt eōmuniter creditū est iam à fidelibus. Ex hoc mote lapis Christus abscissus est sine manibus, vt ex Danielis secūdo iā habetur. Vbi pro lapide in Hebręo est Eben, quod nomen præter alia significat perperdiculū, quo in ædificijs vtuntur architecti. Apud Zachariā, c. 4. ab interprete vocatur lapis stanneus, & Prouerb. 20. pō-  
**Daniel. 2.**  
**Zach. 4.**  
**Prou. 20.**  
dus. Ait enim iuxta vulgatam Sapiens: Pōdus, & pōdus, mē-  
sura, & mensura, vtrumque abominabile est apud Deū. Mercatores

catores quippe dolosi duplicē mensurā habēt, vnā rectā qua emunt, deficientē alteram qua vendunt. Audiēt si velint à 25  
*Mar. 4.* Dño isti. *Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Tametsi  
*Luca. 6.* enim hæc alio spectēt, tamen mercatoribus cōpetunt quodā modo. Fallunt oculos hominū, sed nō oculos Dei, ac proinde nō recipiūt mensurā coagitatā & coopertā. Inuenitur &  
*Genes. 49.* hoc nomē Genes. 49. cū benedicēs Iacob filiū suū Ioseph dixit. *Dissoluta sunt vincula brachiorū & manū illius per manus potētis Iacob: inde pastor egressus est lapis Israel.* D. Hierony. & 26  
*D. Hieron.* Rupert<sup>9</sup> de tribu Ephraim exponūt, duriori & inuidia, quæ à Ioseph duxit genus. Sic & Oleaster, quoniā in tribu & familia Iosephi fuerūt sagittarij insignes, & lapis Israel Ioseph & pastoreius vocatur, ait, ab Iacobo. Vidētur enim vincula  
*Genes. 39.* Iosephi (de quib<sup>9</sup> habes Genes. 39) cōmemorari. Verū etiā intelligi non minus aptē potest locus de Christo, qui lapis (iuxta sui ipsius expositionem) appellatur psal. 117. quæ ædificantes reprobauerunt Hebræi. Ac proinde corruit eorum ædificiū, quoniā sine perpēdiculo & linea factū est, & fundamentū non habuit: *Fundamentū enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* Super hoc fundati sunt Apostoli lapide angulari Christo Iesu, vt eum etiam vocat Paulus. Hoc perpendiculo & amussi vsi sunt Apostoli, quam obrē perstat & perstabit eorum ædificiū vsque ad finem mundi. Est enim domus Domini firmiter ædificata super verticem montium. Et fundamenta eius in montibus sanctis. Non potest à ventis conuassari, & solo æquari, quoniam fundata est supra firmam petram Christum. Non præualebunt aduersus eam portæ inferi. Dicitur autem Christus lapis propter fortitudinem. Ipse vero vocat se pastore bonū Ioan. 10. apud Zachariam. c. 13. inuenies locū ex mēte Christi explicatū, qui eum hoc maximē cōsentit. Ait enim Zacharias: *Percute pastorem, & dispergentur oves gregis.* Et antea dixerat: *Phræmea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi, dicit Dominus exercitū.* Ita ex Hebræo reddit Vnicelius Ecclesiastes doctissimus in postilla super text. Passio- 29  
*Vnicelius.* nis Christi parte. 2. *Gladus super pastorem meū, & super giganteū qui est meus ait Dñs exercitū Zabaoth. Percute pastore, & dispergentur oves gregis.* Verba sunt præopta, tāquā in persona Patris. Loquitur autē vidēs per prosopopœiā ad gladiū hoc est, ad

ad Israelē ira efferuescētē, & nihil nisi arma mēte tractantē.  
 30 Respexit vates in hoc tēpus potestatis tenebrarū, dicēs. Erit tēpus quādo insauiedit tibi copia relinquetur. Percuties pastore, & oves dispergentur. Pastor bonus Christus est, animam suā pro ouibus suis dās, quo percussō, hoc est, morti adiudicato, grex Apostolorū misere est perturbatus. Obserua (addit Vnicelius) hic Christū nō solū dici pastore, sed & gigante, 31  
 Geber amith Elohim, hoc est, heroem ad Deū pertinentē. Christus certē Dei est, quia vnū cū Patre & Spiritu sancto. Sed & Paulus Christū in quātū hominē Deo subdit. Nec mirū sanē hoc in gigante nostro cum Lucas de Maria & Ioseph, enarret, q̄ subditus erat gigas noster illis. Heros est & bellator fortis, qui sua morte, mortis destruxit imperiū. Itaq; Iacob vocat Christū lapidē ob fortitudinem suā, & Zacharias gigante ob eandē. Vterq; eū vocat pastore. Inde egressus est pastor Israel: quia inde descendit Christus vt ex Matth. 1. c. patet. Hic est lapis, de quo multoties meminit scriptura. Nā 1  
 D. Paulus ad Ephes. c. 2. appellat Christū lapidē. Et Isaias c. 8. his verbis: *Erit vobis in sanctificationem in lapidem autē offensionis, & petrā scādali duabus domibus Israel.* Id quod S. Symeō apud Lucā breuiter dixit. *Eccē hic positus est in ruinā, & resurrectionē multorū in Israel.* Quid enim est in resurrectionē, nisi in sanctificationē: Quid verò in ruinā nisi in lapidem offensionis & petrā scādali? Et ita factū est Paulo id docēte, 2  
 quod Christus crucifixus Iudæis quidē scādali fuerit, gētib<sup>9</sup> autē staltitia, credere, scilicet, in hominē a deo abiectū. Quare Chrs clamabat. *Beati<sup>9</sup> est, qui nō fuerit scādaliatus in me.* Sed discipulis etiā fuit in sanctificationē, & scādali quodāmodo simul. Nā Christus sanctificauit eos, & scādali passi sunt omnes, in nocte illa, & potestate tenebrarū. Idq; potissimum in Petro apparuit, qui ter Dñm negauit & tamē pro eo speciatim rogauit Dñs, vt nō deficeret fides eius, eiq; præcepit, vt aliquādo cōuersus post penitētiā, scilicet, de negatione factā cōfirmaret fratres suos. Et ita milies credit fecisse. In epistolis enim suis ait: *Fratres sobrii estote, & vigilate, quia aduersari<sup>9</sup> vester diabolus tāquā leo rugiēs circuit quærens quē deuoret, cui resistite fortes in fide.* Et ipse Petrus nostræ diuinæ ac firmissimi Petre meminit docens versiculum illum ex Psal. 117. in priore epist. cap. 2. lapidem, scilicet, quem reproba- 3  
 uerunt

1. Cor. 2.  
Lucæ. 20.Ephes. 2.  
Isai. 8.

Lucæ. 20.

1. Cor. 1.  
Lucæ. 7.

Lucæ. 22.

1. Pet. 5.

Psal. 117.

1. Pet. 2.

uerunt Hebræi, &c. de Christo intelligendum. Sed & Isaias capite. 18. expressis verbis de hoc lapide angulari meminit etiam. Ait namque. *Eccè ego mitto in fundamentum Sion.* (Hoc est Ecclesiæ nouæ, nam ex Sion exiuit lex & verbum Domini de Hierusalem) *Lapidem, lapidem angularem, proatum,* (Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato Paulus ait,) *Pretiosum,* (cuius pretioso sanguine redempti sumus, cuius vna solum guttula mille potuit redimere mundos) *In fundamento positum.* Zacharias item cap. 3. *Eccè lapis, quem dedi vobis: & super lapidem vnum septem oculi sunt.* Hoc est septem dona Spiritus sancti, vel vniuersitas scientiæ spiritualis iuxta Bedam: vel multos fontes intelligence, oculi enim fontes vocantur, & à Christo multi fontes misericordiæ effluerunt. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* Secundum mysticum sensum cecinit Isaias. 12. Ad Dominam dicimus, vt conuertat ad nos oculos misericordiæ, sunt enim & in Maria misericordiæ perpetui fontes. Et quod ad Christum attinet adumbratus fuit, in lapide, qui virga percussus, aquarum largam diffudit venam, de quo ait Paulus. 1. Cor. cap. 10. *Petra autem erat Christus,* De qua & bibeant antiqui patres per fidem. Nam & in mari baptizati sunt, si ad figuras respiciamus. Adumbratus item fuit Christus in lapide, quem supposuit Iacob capiti suo, & quem erexit in titulum, fundens oleum de super. *Lapis enim* (ait D. Augustinus) *Et vnctus, ipse est Christus.* Et S. Cyrill. Alexandrinus ita inquit: *Lapis à patriarcha vnctus Christus est: erectus est autem quia à mortuis resurgens super caelos ascendit.* Sic & Gregorius & Isidorus & Rupertus, alijque complures Christum lapide in illo fuisse figuratum docent. Iam ergo habes, quis sit lapis abscissus de monte Mariæ, sine manibus, qui est perpendiculum nostrum, quo edificata est Ecclesia. De quo perpendiculo est illud Psalmi. 18. iuxta Hebraicam lectionem, *In omnem terram exiuit perpendiculum, vel linea eorum,* Christus, scilicet, ab Apostolis est prædicatus per orbem, cuius omnis actio est instructio nostra.

PET-

*PETRA PETRVS OB FIRMITATEM & fortitudinem, & quia caput.*  
SYMBOLUM. 5.

**T**amet si nomen lapidis, & Petræ in sermone arcano (vt adnotauit D. Gregor. lib. 18. Moral. cap. 20. & D. Hierony. in Abdiam) quandoque in malâ accipiatur partē, vt cum de Gentilibus dicitur Ioan. 3. Potens est Deus de lapidibus istis filios Abraham (iuxta D. Clementis Alex. expositionem) suscitare & de duritia auferenda à cordibus Hebræorum, legis Ezech. 16. & 32. Dominum dicere, *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.* Et in Arabia dicitur ad Edom, *Superbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum, &c.* Non dicitur (inquit Hieronymus) ad habitantem supra petram in qua prudens ædificator domum suam extruxit, sed in scissuris petrarum, vt hæreseon à petra Christo significet scissionses. Tametsi (inquam) hæc ita se habeant, frequentius in persona Domini & pro soliditate vel profecuritate, siue firmitate, nomen Petræ, & lapidis ponitur. Vnde. Psal. 39. aiebat Dauid. *Et statuit supra petram pedes meos.* Ad idem & facit illud Cantic. 6. quod supra explicatum est in Symbolo de scala Iacob. Nam ibi Salomon columbam superni sponi Ecclesiam in foraminibus Petræ (si mystica attendimus) quæ Christus est cum quinque plagis maximè secura est. De sanctis ait Petrus epist. i. c. 2. *Et vos tanquam lapides viui superædificamini.* Et per Isaiam prophetam (iuxta D. Greg. vbi supra) venienti Ecclesiæ Dominus pollicetur dicens: *Eccè ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te saphyris.* Sed quod petra firmitatem, & fortitudinē significet vel ex Ps. 17. apparet satis. Nā pro eo, quod Vulgata habet: *Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, &c.* D. Hieronymus vertit: *Petra mea & robur meum.* Itaque firmamentum meum & refugium meum, idē est quod, petra mea & robur meū. Est verò hæc petra, vt iā dictū est, Christus, qui est robur nostrū, & refugium nostrū. Ipse imposuit Petro nomen suū. Antea enim Simon vocabatur, sed ob suam confessionem fidei, qua testatus est Christū esse

esse filium Dei vult, propterea ex hac firmitudine fidei firmitatis nomen illi denuo impositum est. Cephass enim Syriace idem est, quod Latine, petra. Vucelius vult, quod Cephass idem sit quod Petreus, ac si diceret: Siliceus, cuius nominis apud nostrates fuit quidam Toletanus antistes, magni nominis, ob suam eruditionem insignem magna cum pietate coniunctus. Facit & ad Symbolum nostrum illud Exod. 33. *Est locus apud me & stabis supra petram, Quod dixit Dominus Moysi: & Petro quadrat, qui & stetit apud Deum & supra petram Deum.*

*Matth. 16. Tu es Petrus (dixit Dominus Petro Matth. 16.) Et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, &c.* Itaque saxum & petram appellavit. Contradicitque Vucelio Luisus Legionensis Cant. 1. dicens, non saxum aut de petra natum, sed Cepham vocavit dicens, Tu es Petrus & super hanc petram, id est, super te qui petra es fundabo ecclesiam meam. Sic D. Ambrosius intellexit locum hunc, quem citat D. Augustinus lib. 1. Retract. cap. 21. de gallo gallinaceo dicens in hymno.

*Hoc ipsa petra Ecclesia cavente culpam diluit.*

D. Hieron. D. etiam Hieron. li. 3. super Matth. & li. 1. contra Iovinianum, & Magnus Basil. super Isaiam. c. 2. Et D. Chrysostomus hom. 55. in Matth. & omnes ferè Patres ita elucidant, & non ut Erasmus qui fidem æstimat vocari petram veluti excludens Petrum, *Tu vocaberis Cephass, Dixit Dominus Simoni Bar-jona. Ioan. 1. c. ergo nomen Petre illi datum est. Et mihi sanè tam apertum videtur, quod iste sit sensus illius loci, quàm quod Petri nomen illi impositum sit. Ideo enim lusit vocabulo, quasi dixerit, nomen habes petre, & super te, qui in fide petra es edificabo Ecclesiam meam. Et referet D. Dionysius in epistola ad Timotheum. D. Paulus nuncupare solebat D. Petrum, fundamentum Ecclesiarum. Divinitas Christi, primò Petro reuelata fuit, ex D. Hilar. in Ps. 131. & in Mat. 16. & ex D. Athanasio. ser. 4. cont. Arri. & Chrysostomus in. 16. Matt. Cyri. li. 12. in Ioan. c. 4. & Augustinus. serm. 124. de tempore. Leo. serm. 2. de nativitate Petri & Pauli. Apparuitque ei Christus iam morturo, & dixit, venio Romam iterum crucifigi, iuxta Egesip. de excidio Hierosolymorum. c. 2. & Ambrosius in oratione contra Auxentium. Et Gregorius in 4. Psalmo Poenitentium. Qui plura de Petri dignitate nosse volet (nam nos alio properamus) legat Thomam Vval. li. 2. Doctrinalis fidei antiquarum. ar. 1. ca. 6. Albertum Pyghium in Ecclesiastica Hierarchia*

chia, Gasparum Casalium Axiomatum Christianorum lib. 2. art. 3. capite. 11. Petrum Soto in defensione Catholice confessionis part. 7. ca. 80. Iacobum Latomum de primatu Roma. Pontificii Naclantum Tractatione. 7. Theologica, cardinalem Iacobatum in Tractatu de concilijs lib. 10. art. 17. & Osum cardinalem, Sixtum Senensem. Sed non possumus non adducere in medium verba D. Leonis grauiissima simul & elegantissima quæ velut huius loci sunt paraphrasis. Quia tu es Petrus, id est, Cum ego sim inuiolabiliter petra, ego lapis angularis, qui facio utraque vnum, ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere, tamen tu quoque petra es quia mea virtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Vnde per emphasim dixit Dominus Marcus 16. *Ite dicite discipulis eius & Petro, quasi scilicet, Choripheo Apostolorum & vertici quale certe est illud.*

*Troas reliquias Danaum, atque immitis Achilli.*

Danaorum enim vnus Achilles erat, sic Saul & inimicus David per emphasim dicitur in titulo Psal. 3. *Psalmus David, in die qua liberavit eum Dominus de manu inimicorum suorum, & de manu Saul.* Petrus itaque siue Cephass, nomen est illius vice D. Hieronimo, alijque non placeat. De quo Cepha ita prodit Sixtus Senensis. li. 2. suæ bibliothecæ. Cephass qui & Martialis Episcopus Lemouicensis, & Galliarum Apostolus. Hunc Clemens Alexandrinus in quarto dispositionum libro dicit, fuisse vnum de Septuaginta discipulis, cognomen habet eundem cum Petro Apostolo. Afferitque hunc esse illum Cepham, de quo Paulus ad Galatas scribens inquit: cum autem venisset Cephass Antiochiæ, in faciem eius restiti, quia reprehensibilis erat. Hic fertur esse autor duarum epistolarum, quæ nuper Domino reuelate repertæ sunt in sacrario basilicæ sancti Petri in urbe Lemouica vbi hætenus latebant desolata in arca saxea sub terra, quæ præ nimia vetustate vix legi potuerunt. Harum vna est ad Burdegalenses, altera ad Tolosanos, utraq; venerandæ antiquitatis pietatem redolens.

Hæc Sixtus, qui lib. 6. annot. 275. reijcit opinionem prædictam D. Hieronymo consentiens, quam Oecumenius in collectione defendit, ex eo quod non opus erat Petro Apostolo

Io, cui illa visio exactibus Apostolorum contigerat, se subducere a conuiuio gentiliū; præsertim cum nulla in actibus de ista subductione sit mentio, Eusebius quoque Cæsariensis Clementi subscribit Alexandrino. Hippolytus & Dorotheus Tyrij Episcopus quorum sententiā sequutus est Georgius Ederus in Oeconomia Bibliorum, Cephā recēsent. Et (si bene memini) S. Dorotheus docet, id quod prædicti auctores, eumque Episcopum factum fuisse Caniensem. Consule Synopsis S. Dorothei, quam inuenies in Bibliotheca sanctorum Patrum, quam correxit Doctor ille Delabigne. Duo verò, D. Hieronymus dicit, vnum est, non fuisse aliquem Cepham notum præter Petrum, idque iam ostensum est, non esse omnino certum. Alterum est, ex contextu Pauli constare sermonem facere de Petro Protoapostolo. Verum id non placet Hæctori Hieronymiano. Is enim vir doctissimus in commentarijs in Daniel. cap. 1. lectorem admonet, vt animaduertat contextum Pauli, non congrue stare, nisi de Cepha, vt distincto à Petro Apostolo accipiatur. Ita enim ait Paulus ad Galatas. 2. Cum vidissent, quod creditum est mihi Euangeliū præputij, sicut Petro circumcissionis: qui enim operatus est Petro in Apostolatu circumcissionis, operatus est & mihi inter gentes. Et cum cognouissent gratiam, quæ data est mihi Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Aduerte (inquit Hæctor Pintus) Cum vidissent inquit, in tertia persona, quod creditum est mihi Euangelium, sicut & Petro, Iacobus & Cephas & Ioannes dextras mihi dederunt Non ne offendit hæc oratio Cepham hunc alterum à Petro fuisse quæadmodū Iacobus, & Ioannes alij à Petro erant. Et alia in cōfirmationē huius addit. Sēsus itaq; iuxta illū verborum Pauli sic ordinatur. Cū Iacobus Apostolus & Cephas atq; Ioannes discipuli Christi vidissent delegatā mihi esse prouinciā prædicandi Euangeliū apud Gētes quæadmodū Petro Apostolo apud Iudæos, dederunt mihi dexterās, quod est Symbolū societatis. Eusebius Cæsariensis. l. 1. hist. ca. 14. refert hanc sententiā vt veram. Eā itē refert Theophylactus in cōmētarijs in eādē epist. c. 2. Et eā tuetur nostra fere ætate Bartholomæus Camerarius in tractatione de ieiun. c. 6. ad cuius veritatē nō parū facit in Principe Ecclesię Petro post aduētū Spiritus sancti qui

Eusebius.

S. Hippolytus.

S. Dorotheus.

Ederus.

D. Margaria Delabigne.

D. Hieronymus.

Galatas.

Pintus.

Eusebius.

Theophylactus.

Bartholomæus.

Camerarius.

57 qui eum in gratia confirmauit, quod non credendus est peccasse mortaliter. Peccatū autem esse plusquam veniale cogere gētes Iudæizare, recte videtur insinuare Erasmus, qui cū hoc tamē carpit Augustinū, quod arctius plus iusto loquatur de Petro Apostolo. Illud verò aduertendū, quod habet vulgata in faciē ei restiti, quia reprehensibilis erat bene iuxta Græca ab Erasmo verti, Προπαλά, vel; corā omnibus ei restiti, quia reprehensus erat. Vide Erasmi in annotat. Superest ergo iā clara ratio Symboli nostri. Erasmus.

M V T A R E N O M I N A  
res Regia.

S Y M B O L V M . 6 .

58.

NON omnino seiunctum est hoc à præcedenti. Nominum impositio (docet Chrysostomus, homil. quadam de ferendis reprehensionibus, & de cōuersione Pauli) Dominij signum est, & præcipuum. Vnde Dominus volens docere Adam, quod eum principē & Dñm omnium fecisset, adduxit ad eū omnia, vt vidēret quid vocaret ea. Velut qui seruum mercatus est, ostēdere se volens Dñm serui, nomen illius mutat: Ita & Spiritus sanctus facit, vt in electione Apostolorum legimus in Euangelio, Simon Petrus, & Saulus Paulus vocati sunt, & in baptisate quando Christo unimur, & in lege quando circuncidebantur Iudæi. Quo monstrat, quod nominum impositio dominij testatur. Vnde talem fuisse morem nouimus, quod seruorum in captiuitatem abductorum nomina mutantur. Nam vt captiuos abduxit Nabuchodonosor, Danielē, Azariam, Ananiam, & Misaelem, non reliquit eorum nomina prima, sed vocauit eos, Baltasar, Sidrach, Misach & Abdenago. Et idem D. Chrysostomus in. Psalm. 3. ait. Vide, o homo, Adam cū non dū peccasset, bestias tanquam seruas & obedientes habentem, & eis tanquam seruis nomina imponentem postquam autem aspectū peccato cōmaculauit, tunc eum bestie non cognoscebāt & quæ seruas erant ei hostes euaserunt. Ad hoc etiā est D. Damascenus lib. 2. cap. 30. qui Adamum secundum imaginem Dei, principatum omnium terrestrium in manu suscepisse dicit, à cōmuni omnium opifice & dominatore. Ad idē etiā est D. Hieron. Hic

D. Chryso.

59.

D. Damasc.

D. Hieron.



Hierony. Daniell. de mutatione nominū à Deo facta agens hoc modo, *Propositus Eunuchorū sãctis tribus pueris mutat nomina & Pharaos Joseph in Ægypto appellauit Saphanat pabaneab (vt habetur Genes. 41.) nolens eos in terra captiuitatis vocabula habere Iudaorū. Porro Dñs in bonã partē nomina mutat antiqua, & ex rebus ponit virtutū vocabula, vt Abram, appellauit Abrahã, & Sarai Sara. In Euãgelio quoq; quãdã Simo Petri nomē accepit, & filij Zebedæi appellati sunt, filij tonitrui, Hebraice Benereë. Prætere rea Philo Iudeus in cosmopœia ita ait. Per pulchre primo homini nominū impositionē defert scriptura: est enim id munus Regis & Sapientis. Sapiens quidē ille effectus est gratia diuina, sine præceptoris opera. Adhuc etiã Rex, Regis autē sunt partes subditis nomina imponere. Quæ omnia doctissime colligit D. Chryl. hom. de laudibus Pauli. Quadrat & dicit quod Alex. ab Alex. li. 4. Genialiu dierū ait, eos, qui olim in numero ciuium Rom. erāt asciti, & ciuitate donati, in memoriã accepti beneficij solitos fuisse propria nomina explodere, & alia vsurpare. Et. l. 2. dicit, seruos quãdo manumittebãtur, aut prætorijs ornãmētis decorabãtur, explosis veteribus nominibus ingenuorū ac nobilium nominibus appellari. Ita, vt qui aliquē in dignitate cõstitueret aliqua, illi nomē imponeret. Sic. lib. 4. Re. c. 23. Pharaos Rex Egyptiorū constituens regē Eliachim, vertit nomē eius. Ioa-  
 4. Reg. 23. chim. Et Nabuchodonosor (vt habetur. 4. Reg. 24.) cū in regia dignitate collocaret Matathiã imposuit ei nomē Sedechi. Sed & Ioseph Genes. 41. vocatus est Saluator mundi. Et Iacob quoniã vidit Angelum appellatus est Israel, hoc est, fortis Genes. 32. Quin & Imperatores Romani, siue Duces à debellatis regionibus, vel prouincijs nomina etiã reportabãt: ad quē modū Saulo nomē Pauli impositū à Sergio Paulo Cyri procõsule ad Fidē Christi cõuerso dicit D. Hiero. in epist. ad Philem. & D. Aug. l. 8. Confes. & Beda cū Rabano in. 13. c. Actū Aposto. Quauis id velint factū à Deo Theodoretus & Theophylat⁹, & alij pleriq; ne ceteris Apostolis hac parte videretur inferior Paulus. Nec me præterit Origenis sententia, vocatum Apostolū ab hominibus suæ Gentis Saulū, apud alios autē Paulū, quod Matthias in epi. ad Rom. valde probat: & Cantapet. videri ab Anania in baptismo nomē Pauli impositum, verū hæc ita se habeant: & hūc finē Symb. nostrum.*

FILIUS

FILIUS HOMINIS CHRISTUS, nomen est ab humilitate illius profectum, sibi que impositum à se.

## SYMBOLVM. 7.

SVMMI nostri Pontifices ad Petri imitationem nomen sibi denuo impositum referunt, vetusque abijciunt in signum quod in famulitium Dei totos illos referuat, & feligit Deus, cum ad Pontificatum vocat. Neque enim mihi probatur sententia Cœlij Rhodig. lib. 27. capitul. 26. sequentis (vt videtur) Platinam, morem istum, primo à Sergio secundo Pontifice, qui Os porci nomen habebat, adhuc vsq; tempora dimanasse & perdurasse. Id enim humilitatis meo iudicio præfert in signum, quod quis auitum nomen relinquat. Nam in religionibus modo fieri videmus, vt nomen sibi in saculo impositum quis relinquat cum vitijs, vt innuatur quod monastica professio ceu quidam est baptismus, in quo sæculi vitijs, & vanitati renunciatur. Sed admiranda profecto est Verbi diuini summi, in quam, nostri Pontificis Christi, summa humilitas, quæ se ipsum filium hominis sãpisse appellauit in hoc mundo, cum antea non nisi filius Dei appellaretur. Exinanivit vniuersum semet ipsum (Paulus ait) formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus & habitu inuentus, vt homo. Homo enim fuit vt nos. Verum licet videbatur gerere formam peccatoris, erat (vt Græci aiunt) anamartitos per naturam, siue impeccabilis. Venit sane filius hominis (dicebat ipse Christus) non ministrari, sed ministrare, & ita ministrabat. Venit vt hominum esset seruus ac proinde nomen nouum accepit filij hominis. Erat enim formam habens captiui, non tamen captiuus in terra captiuitatis. Summi nostri Pontifices à D. Gregorio morem acceperunt vt seruorum seruorum Dei titulum habeant, quoniam verè ita est, quod Pontificibus amplectendum est illud Apostoli verbum: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores

tores *mysteriorum Dei*, &c. Profitentes denuo regulam aliquā vel cucullam induentes, nomen nouum accipiunt, quoniam in *Dei* famulitium voto se astringunt, vt & summi Pontifices etiam, cū dignitatē Pontificatus suis humeris, vel Athlanticis imparem, fascipiunt. Vnde Paulus aiebat, *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus* (hoc est, magnum laborem, in gentem curam) *desiderat*. Verbum item Domini, & filius *Dei* qui diligebat Patrem, & vt mandatum sibi dedit Pater, ita faciebat voluit vocari filius hominis; quod nomen captiuorū est, vt redimeret captiuos. Satis dilucide vates regius de hoc prophetauit ps. 39. in persona Verbi diuini dicens: *Sacrificiū & oblationem Iudæorum scilicet iam vt immundam post legem nouam qui plus amabas scientiam Dei, quam holocaustum, noluiisti, aures autem perfecisti mihi*. Quod iuxta Hebræū vertitur etiam, *Perforasti mihi siue aperuisti mihi*, Quod vtique in lege veteri fiebat seruis. Refert hoc Paulus ad Christum in epistola ad Hebræos, *Factus qui fuit Patri obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis*. Exodi. 21. capite ita legimus: *Quod si dixerit seruus, Diligo Dominum meum offeret eum Dominus Dñs* (hoc est iudicibus, de quo Symbolo alias) *& applicabitur ad ostium, & postes, perforabitque aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum*. Ad hunc morem videtur alluisse Dauid cum voce Verbi Diuini natura humana vestiti, loquebatur, aures autem perforasti mihi. Vt cognoscat, videlicet, mundus quia diligo Patrem & sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio: Non ergo mirū iā a deo est, vt qui seruus perpetuū Patris, vt homo est visus, etiam serui perpetui acceperit nomen filij hominis. Et vt ad rem magis accedamus, nemo vel parum in Euangeliorum versatus lectioe non cognoscat, quā sapissimè se Christus appellauit nomine filij hominis. Alijs multis profecto se appellauit nominibus, vt ostij, lapidis, pastoris, filij, Regis, & eius quem Pater misit in mundum, verum tamen nullum nomen ita frequens habuit in ore atque hoc quod est, Filij hominis. Arias Montanus, vir omnigena præditus eruditione in elucidationibus Matthæi videtur insinuare, quod soli Christo propriissime hoc nomen conuenit. In illa enim verba cap. 9. Vt autem sciatis quia filius hominis habet in terra potestatem dimittendi peccata &c. ait

1. Thim. 3.

Pal. 39.

Heb. 10.  
Philip. 2  
Exodi. 21.

B. Arias.

ait: solum Christum filium perfectum & sanctum hominis facti ad imaginem Dei esse. Nisi id solum dixerit, quoniam sine peccato & impeccabilis & ad imaginem Adami facti ad imaginem Dei, vt in statu erat innocentia, & non vt peccato maculati, solus Christus filius eius sit. Ad quod & allusisse videtur S. Lucas cum enarrans Christi genealogiam vsq; ad Seth deducit, & ad Adam perueniens ait, qui fuit Dei; Alij volūt quod Filius hominis idē sit quod filius Virginis, nā duplex gen<sup>o</sup> nomen homo apud Latinos habet autores. Bene quidē, si in Græco non esset articulus masculinus, qui nomē ad tale genus coarctaret, vt adnotauit optimè Iansenius in sua Euangel. Cōcordia. Et ante illum Erasmus in annotationibus ad nouum testamentum. Alij volunt hoc nomen, Filius hominis idē significare, quod vulgaris & plebeius homo & infimæ notæ & fortis. Legendus est de hoc Abulens. in Matthi. 16. q. 122. & Cantapetrens. lib. 7. Hypotyposeon c. 2. qui ita se vocare Christum ait, quia ipsū ignobilem homines reputabant. Insuper vbi in ps. 4. legimus *Filij hominū vsque quo graui corde*. & Hieronymus Matth. 16. in Hebræo esse Filij Adam prodit, id negat Cantapetrēs. haberi in Hebræis codicibus, sed Filij viri, hoc est Filij robustorum ac potentum *Sicuti versa vice* (inquit) *Filius hominis significat hominem plebeium, & vulgarem*. D. Augustinus psal. 8. (vt & idem autor refert in huius loci expositione. Quid est homo &c. late philosophatur quo differant modo Homo & filius hominis. Iansenius in concordia Euang. videtur insinuare nomen Filij hominis idē significare, quod homo. Galarça Episcopus Cauriens. in institutionibus Euāgel. li. 1. cap. 10. num. 7. ita inquit, cum de amphibolo agit sermone, cuius ignorātia aliquibus horrorem peperit: *Sic Filius hominis exponitur à plurimis, filius Virginis, quod verbum Homo apud Latinos communis generis sit. At Græcis articulus additus gignendi casu amphibologi tollit, vt filius viri id est, Adam intelligatur, scilicet verus homo factus pronobis Quorum partem superius adduximus, & subdit: Tamen si interdum Filius hominis abiectum significat & contemptibilem præsertim cum opponitur filijs viri, vt in Ps. 48. Hebraice: *Audite omnes gentes, tam Filij hominum, quam Filij viri. Sequitur explanatio. Simul in vnum diues & pauper. Et in psal. 10. Oculi eius**

75

76

77

78

79

Iansenius.

D. Hieron.

D. August.

Iansenius.

Psal. 48.

- Lauretus.* eius in pauperem respiciunt: & sequitur eiusdem repetitis: & palpebrae eius interrogant filios hominum. Hæc ille. Lauretus in sua Sylua in dictione, Filius, ideo dicit vocare se Christum sæpe filium, ut in se veram ostenderet naturam humanam. *Cyrillus.* Videturque præterea addere ex Cyrillo de incarnatione Unigeniti, quod Christus dicitur Filius hominis, non homo, quia non erat homo vetus sicut Adā, ex cuius progenie ipse est ortus. *Daniel. 7.* Dicitur etiā (inquit iste autor) quasi filius hominis Danielis. 7. ut non intelligatur sicut vnus ex nobis purus homo, sed filius Dei in similitudinē hominū factus. Mihi profecto valde probatur eorum mens, qui humilitatis exemplum, ut ostenderet Christus, se sæpe vocasse Filium hominis, dicunt. Ut quid enim toties inculcabat, Filius hominis, Filius hominis? Satis autem erat nasci & mori & se hominem vocare, ut se verum hominē ostēderet. Filius autem Dauid, ideo etiam, ut Christus verus intelligeretur, secundum carnem vocatus est & se vocari & putari voluit. Nomen autem Filij hominis sæpe est in prophetis reperire, quo nomine Deus illos appellabat, ne celestium secretorum visione, tantarumque rerum illustratione superbirent, & inflarentur, ut se agnoscerent homines fragiles & imbecillos milleque laboribus expositos. Ne magnitudo reuelationum extollat me (aiebat Paulus) datus est mihi &c. Ita & prophetæ tali nomine humilitatis & abiectionis appellabantur à Deo. Exempla in prophetis quam multa sunt. Itaque Christus tali se appellabat nomine Matt. 8. 16. & 13. & 20. capit. & Lucæ. 9. & alibi, nobis ut præberet humilitatis exemplum, *Lucæ. 9.* Qui cum filius Dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo (ut Paulus loquitur) sed semetipsum exinanivit, formam & nomen serui accipiens &c. propter quod dedit Deus illi nomen quod est super omne nomen. De quo alias.

(?.)

## LAPIS

LAPIS IN TITULVM ERECTUS à Iacob erat memoriale & altare in honorem Dei.

## SYMBOLVM 8.

- 84 **V**ERtamus stylum nostrum ad Iacob inceptam & interruptam historiam. Ex eo enim quod Mariam montem esse vnde abscisus fuit lapis Christus sine manibus, diximus, de lapide Christo, & Petro miscuimus sermonē. Nūc ad lapidem Iacob, qui (ut dictum est iam) Christū adumbrabat nostrę conuertatur orationis series. Symboli proculdubio speciem habet quod Iacob lapidem in titulū erexit. Titulū certum est significare marmoreas columnas, pyramides, pilas forniceas, nominibus & elogijs illustrium virorum, ad perpetuandas res ab eis præclare gestas in hominum memoria. Sic legimus in lib. 1. Reg. c. 15. Saulem post de Amalechitis reportatam victoriam, titulum sibi erexisse siue (ut nostra editio habet) fornicem triumphalem in monte Carmelo. Non secus in 2. lib. ca. 18. de Absalone scriptum videmus: Porro Absalon erexerat sibi, cum adhuc viueret, titulum qui est in valle Regis. Dixerat enim: Non habeo filium & hoc erit monumentum nominis mei. Vocauitque titulum nomine suo. Et appellatur, Manus Absalon vsque ad hanc diem. Quæ verba Iosephus in lib. antiquit. 7. exponens, Porro Absalomus, inquit, erexerat sibi in valle regis columnam marmoream cū inscriptione, duobus stadijs ab Hierosolymis distitam, quam voluit vocari, Manum Absalomi, dicens, quod si liberos eius perire contingat, in hac tamē nomen ipsius esset mansurum. Hæc Iosephus. Cui non esset absimile, quod quidam se optimos scribentes ostentare volentes in pariete albo, (qui grata solet dici stultorum papyrus) scribitare solent Hispanie: De la mano de Francisco, Vel alterius cuiuspiam nominis scriptoris: velut Absalon inscribi fecit, Manus Absalonis. Constat vero ut intelligatur illud Gene. 35. c. quod de Iacob reuertente de Mesopotamia dicitur: Ille vero erexit titulum lapideum in loco, quo loquutus fuerit ei Deus.

Aa 3 Pro

Pro altari enim, & memoriali, monumētoque quodam debet sumi, erexisse scilicet, titulum lapideum: Et non tantum pro recapitulatione, & innouatione superioris, tituli (vt bene aduertit Lippomanus in Catena sua). Vnde subdit Moyses: *Ligans super eum libamina, & effundens oleū. Quod vel ad honore Dei, vt D. Theodoretus & Diodorus & Glossa Græca apud Lippom. relatū videtur, vel in Mosaici tabernaculi Symbolū, seu (si mauis cū Augustino) in prophetiā Christi qui interpretatur, vnctus. Lapidē autē informē sine inscriptione & arte in memoriale beneficij a Deo accepti erexit Iacob Genes. 28. fūdens oleum desuper, Erit mihi, inquires, Dominus in Deum, et lapis iste, quem erexi in titulum. Erat enim forte oblongus, parique in terram affigi poterat, parique altera maior erecta in memoriale quoddam remanere. Mazeua, hoc est, lapidē statē vocauit Moyses, & septuaginta, Lithō id est, lapidē trāstulere aliquādo. Ad hunc sēsū Exod. 24 dicitur Moyses ædificasse altare, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel, vel in monumētū facti, vel vt ex eis altare ædificaret, vt de Helia legitur. 3. Reg. cap. 18. Non secus etiam in memoriale et signū notabile inter eos, lapides illi duodecim, in monumētū quod defecerūt aquæ Iordanis ante arcā fœderis Dñi cū eū pertrāsiret. Sic itē pro signo quodā perspicuo debet accipi Eze, c. 39 cū dicitur. *Cūque viderint os hominis, statuet iuxta illud titulū, donec sepe liāt illud polinētores in valle multitudinis Gos, ad inueniēdū, videlicet cadauer illud. Sed antequā ulterius progrediamur aliud quoddam memoriale pertractemus.**

**TITVLVM, SIVE STATVAM**

*Salis vxoris Loth, memoriale quoddam fuisse vt eo discerent obedire Deo futuri, et posteris*

**SYMBOLVM. 9.**

Elebris est historia, in oreque versatur omnium, quam de vxore Loth in statuam salis conuersa quoniā noluit obedire Deo præcipienti ne retro verteret oculos, ad incendium aspiciens Sodomorum, à quo misericordia fuerat liberata Domini, Moyses enarrat Genes. 19. capite. Quo Domi

Dominus exemplo admonuit discipulos dicens: *Memento te vxoris Loth Lucæ. 7. & cap. 17. Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Et quidē (vt quod sentio ingenue fatear) videtur mihi retrò aspiciere ex idiomate Hebraicæ linguæ idē esse, quod retrogredi. Idq; videtur insinuassee Dñs. Quid enim aliud est mittere manū ad aratrum, & retrò aspiciere, quā viā veritatis eū qui ingressus fuerat retrogredi. Et in via virtutis nō progredi ex B. P. N. Bernar (regredi est. Erat verò meli⁹ nūquā cognouisse salutis viā, quā semel cognitā deserere. Adeo vt eueniat quod hominis fati pio ostēsū est in scala quadā, qua ascēdebat ad cœlū in somnis, & si descēdere volebat nō dabatur, nisi præcipitiū eligeret, gradu enim quē ascēderat, cū post tergū aspiceret, nō videbat, vt enarrat quidā vir doctissim⁹ ætate nostra. Quo somnio intellexit somnator officios⁹, in officio, exercicioque virtutis, nunquā sibi descēdēdū siue retrocedēdū, & ita opere cōpleuit. Arias Montanus in libro de Actione Symbolica in scriptura significata docet, respicere retrò idē esse quod retrocedere, idque ex hoc loco Genes. 19. in vxore Loth post tergū aspiciēte. Et adeo magnū facin⁹ erat post tergū solūmodo vertere oculos, vt statim efficeretur inobediēs vxor Loth lapidea. Vt peccatū sanè ariolandi est nō obedire, verū videtur peccasse vxor Loth nō solū in cōuersione oculorū ex commiseratione quadā naturali, sed etiā in eo, quod ad Sodomā cōuerrere volebat ex nimio patriæ amore, vel ex alio vano in ordinatoq; desiderio. S. Clemēs Alexādrinus lib. 2. Stromat. ante mediū libri, hoc videtur insinuare, cū ait: *Nā vxorē quæ Loth, quæ sua sponte solū erat cōuersa ad mūdānū vitiiū reliquit insēsile efficiēs eā, vt petram salis, & statuens ne ulterius progredere, non stultam & quæ nihil efficeret imaginem, sed quæ condire & confirmare posset eum, qui potest perspicere spiritualiter.* Hęc ille. Ex quibus verbis efficitur, vxorem Loth ad Sodomorum regionem redeuntem coactam fuisse sistere gradum in petramque salis conuersam fuisse. Versa est in statuam salis vel in cumulum salis, id est, in statuam incorruptibilem permanentem in perpetuum vt esset incredulitatis exemplum. Sic dicitur Numerorum 18. *partum salis, id est, inuiolabile. Aut ad salem metallicum alludit & efficitum, qui**

*Plinius.* nullo imbri liquefcit, & ad domos ædificadas est idoneus. De quovidendus est Plinius lib. 30. ca. 7. Quæ Vatablus habet in scholijs. Est enim Symbolum incorruptionis & perpetuitatis fal., qui ab corruptione corpora feruat. De petra vero falis, Bartholomæus Anglicus li. 16 c. 94. Castellę inueniri prodit & in regione Arabiæ, atque Pannoniæ. Fuit verò in statuam conuerfa vxor Loth ob inobedientiam, & incredulitatem. Septuaginta legunt, & cum eis Chryf. columnam. Refertque quidã iunior Philo, qui ad fua vsque tēpora durasse dicat. Ego Iosephum vidi dicere, se suis eam oculis post tot. aspexisse tēpora. Porro Lyppomanus quoniam propriosensu elegit Loth ciuitatulam, & non ascendit in montem, ideo vxorem perdidisse dicit, ex incestuque nefando peruersos populos generasse: adeo noxium fideli homini est propriū sequi sensū & non velle Dei. Idquod Ethnici per fabulam Niobe designabant, quæ in statuam conuerfa est, ob causam quam in Pausania in Ansonius. scriptio habet Græca, quam Ansonius ita vertit.

*Vbi Ebam sum facta si lex, quæ de inde polita.*

*Præxi telis manibus, vino iterum Niobe.*

*Reddidit artificis manus omnia, sed sine sensu.*

*Hunc ego cum læsi numina, non habui.*

Videturque ex historia sacra habuisse hæc fabula, vt aliæ multæ initium. Est igitur memoriale quodam & condimentū posteriorum vxor Loth, vt post S. Cle. Ale. Rup. & alij proderunt.

*S. Clemens.  
Rupertus.*

SAL SAPIENTIA ET CHARITAS MUTUA.

SYMBOLVM. 10.

**H**ebraeorum traditio communis est sine fundamento tamen, in statuam falis vxorem Loth fuisse conuersam, quod salem hospitibus denegaret, perque salem omnia necessaria intelligenda refert quidam grauis autor: & ostēdit quem admodum fal Symbolum amicitia, & charitatis mutua sit, dicitque amicitiam esse Salem vitæ. Est enim amicitia condimentum, quo saliantur omnia vitæ insipida & molesta. Amico nanque fideli nulla est comparatio, & qui timet Deum

Deum inueniet illum, Sapiens ait. Itaque si vis Deum habere amicū, habebis & homines: & si Dei amicitiam renueris, amicū fidelem non inuenies. Tollit lucē è medio solarem qui tollit amicitia. Sol autem ille iustitiæ Christus erat sane vere amicus, quoniã maiorem charitatē nemo habet, quã vt animã suam ponat quis pro amicis suis: ait ipse. At ipse etiã pro iustis mortuus est, & inimicis sibi. Nã & pro inimico exorauit Patrē pro populo. *Hoc est præceptum meum* (aiebat) *vt diligatis inuicem sicut ergo dilexi vos. Meum* (inquit) & nō aliorū legislatorū. Et quo modo Dñe. Nonne Moyses tale dedit præceptum. Ita sane. Nã & dictum est antiquis, Diliges amicū tuū, & de inimico non dictum est, quod odio haberetur, sed illatio est Rabbinorū antiquorū mala. Nōmine autem amici proximū intellige. Inuenies vero quod omnes legislatores suas leges in aliquē aliū autorē referēbāt. Vt Plato legislator Atheniensū in Mineruã, Numa Pompilius Romanorū in Ægeriã, & vel Ma humethus Arabum legislator (si ita licet loqui) in Gabrielē referēbat, & Moyses ipse in Deum, vt ex Exodo patet: & sic de alijs præcipuis legislatoribus, quorum nomina, & Deorū Dearū ve, ad quos suas relatas volebant leges, in Alexio à Salmantica Zamorensi in Dialogis de Republica Christi inuenies. At noster legislator in seipsum legē amoris refert vt à se profectã. Nullus enim vnquam legislator etiã aliena simulata autoritate, vel emēdicata & accepta, docuit diligere inuicem vsque ad sanguinis effusionē. Et quis vnquã ita legē tulit. Hoc est præceptū meū, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos? Bene ergo ait, meū. Sed & nouū eadē de causã vocari debuit. Nã ante Christū, qui talē præcepti audiuit formã, vsque ad mortē (si opus mori fuerit) diligite? Philo ille Hebræus natione, patria Alexã. adeo laudatus ab Euse. li. 11. his. Eccle. & S. Hiero. in catalago scrip. & S. Auguf. cont. Faustul. 11. cap. 2. & à Suida apud Raphaelē Volater. Antropologiæ. 18. & ab alijs catholicis, ijsque grauissimis scriptoribus, in libro quodam, quē de charitate fecit ita prodidit in exordio: Nū germana gemel laq; soror pietatis charitas cōsiderãda est, ad amata legislatori nostro, quātū vix vlli alteri. Cū enim sciret hãc esse publicã viã ad sanctitatē tendētū omnib⁹ suis subditis, societate benignitatēq; cōmēdauit, suã vitã imitãdã proponēs tãquã piã

in tabula. Hæc ille loquens, ait de legislatore suo Moyse, quæ omnia infinitè melius legislatori nostro cõueniunt qui à deo deperit charitatem, vt ex amore nimio, pro inimicis dignaretur mori. Hic ergo est, qui merito ait: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vitam suam totius perfectionis exemplar, ceu in tabula depictam sub his verbis proponens, Sicut ego dilexi vos. Ecce tota saluatoris vita in dilectione constituta est. Bonum est sal, dicebat discipulis suis Marci. 9. Non dubium quin nomine salis vel sapietia, siue pars eius, quæ recta est agibiliu ratio, vel charitas mutua seu pax intelligatur. Et meo iudicio (si aliquid hac in parte valet) potius de pace videtur interpretandum, & per repetitionem dixisse Dominum: Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. Idem enim ego nomine salis atque pacis intelligerem. Vocatur & sapientia sal, si aliam sequi explicationem libet. In omni sacrificio apponi iubebatur Leui. 1. quod in suis sunt Ethnici imitati. Ac proinde Pli. li. 3. c. 7. dixit, quod in sacrificijs erat magni ponderis sal. Et Plato sal corpus esse amicum Deo prodidit. Oportet autem, vt quod maxime, Christianum hominem habere sapietiam non huius mundi, quæ stultitia est apud Deum, sed quæ cum simplicitate quadam columbina coniuncta est. Quam Dominus docuit discipulos dicens: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. De quo alias dicemus. Alludit autem Dominus ad legem Moyse aliam ex Leui. 1. c. in illis verbis: *Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur.* Quod vel ad charitatem, vel ad prudentiam christianam, vel ad tribulationem quæ ignis appellatur accommodari potest. Et si de charitate accipiat, vel amicitia mutua, quis non videt, quam apposite dicatur ignis? Ignem aiebat Christus) veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Et in autoribus Ethnicis non semel inuenies amorem ignem nuncupari. Ad id vero solum adduxerim Plutarchum qui in Moralibus ita scripsit: Vt ignis omnium condimentorum est suavissimum, velut inquit Euenus: ita amicitia omnem vitam condulcat, si admisceatur. Ita Paulus omnia insipida, & frustranea, inutiliaque prorsus quantumlibet alioquin essent magna sine charitatis sale, & condimento. *Si linguis (inquit) hominum loquar &c.* Ipse vero charitatem ignem appellauit cum panem tribuere inimico esurienti, & potum sitienti dare, carbonem ignis cogere super caput eius.

Marci. 9.

Leuit. 1.  
Plinius.  
Plato.

Marci. 9.

Plutarchus  
Euenus.  
1. Cor. 13.  
Rom. 12.

dixit esse, omnis autem vt victima sale condiebatur in lege veteri, vt Deo accepta esset, ita & in noua, igni saliri debet opus charitatis & sale, vt meritorium sit apud Deum. Amicitiam veteres (vt Orontius in sua margarita philosophia alijque complures Orontius. autores referunt) ita depingebant, vt iuuenem describerent latus sinistrum, vbi cor latet apertum ostendentes, duosque titulos ad caput & pedes habentes, loge, scilicet, & prope, & hyems & aestas. Quibus Symbolicis ostendebatur quæ cui debeant inesse vt verus amicus aestimetur. Cor habeat in primis patens amico Deo, vt eum ex toto corde tota anima & mente diligat, & loge & prope, id est, in hac vita & in alia, & in hyeme aduersitatis, & in prosperitatis aestate. In humanis etiam bono amico opus est cor suum adaperire vero amico. Is autem (iuxta sapientis consilium) consiliarius, *Vnus est mille,* Debet esse, tamen si vt amici habeantur multi. *Eccles. 6. D. Aug.* Nam quamuis amicitia (vt Augustinus dixit) si vera est æterna est, tamen iam sunt per paucos veri amici: ac proinde Publii Mimi sententia est amplectenda, quæ dicit ita crede amico, vt ne sit inimicus locus. Et Philosopho crede, qui sic inter hostes viuendum censuit, atque inter amicos, atque hos inter, ac si in medijs hostibus viueretur. Et si enim amicitia non men (vt Plutarchus de amici. & adulat. docuit) sanctum est, vt demus nostra tempestate verissimum illud Nasonis esse, qui secundo de Ponto talia canit, vel potius luget: *Illud amicitia quondam venerabile nomen  
Prostat & in quaestu pro meretrice sedet.*

Non quippe reperire est iam amicum, nisi mensæ socium (vt Sapiens ait, & Hispanice dicitur) *Amigo de taça de vino.* Amici qui nunc temporis in vsum sunt cor velatum & latens habent quoniam ex corde non diligunt, marsupiumque expositum sibi potius, quam cor in amico requirunt & exoptant. Prope amici videntur, sed non sunt prope, & in aestate apparerent, sed non in hyeme. Sic sunt ficti amici Dei qui ad tempus diligunt & credunt & in tempore tationis recedunt. Amicorum omnia debent esse communia (docebant antiqui, ex Pyt.) ex eoque Socrates omnia possidere amicos Dei colligebat, nam Dei sunt omnia & amicorum omnia sunt communia. Omnia ergo sunt amicorum Dei. Et tria sunt omnia vt ex doctrina Pythagoricorum in de cælo prodit Arist. qui tria emittunt vota, voluntatem relinquente s pro

11

12

7

8

13

9

14

10

Theoph.

Psal. 118.

2. Cor. 6.

Matth. 19.

D. Hieron.

propriam, dum sponte subduntur, & bonis cedentes proprijs dum paupertatem vouent, dumque carnis affectibus renunciant, castitatem promittentes omnia relinquunt, vt omnium domini efficiatur ceterum enim hac in vita accipiunt, & Deum ipsum possident in alia. Id quod explicans Theophyla. dicit Centum pro vna relicta, matres, pro vnoque ceterum fratres spirituales accipiunt viri spirituales. Ita vt verè dicant illud psalm. 118. *Particeps factus sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.* Et illud Pauli, *Tanquam nihil habentes & omnia possidentes.* Quinimo Petrus retia reliquit, & pauca: & omnia reliquisse dicitur qui vnum solum relinquit, hoc est qui voluntatem habendi deserit iuxta D. Hierony. Et sanè in Ecclesia primitiua & in religionibus nostris potissimum monasticis, vero verius inuenitur in hac vita centuplum quis accepisse pro vno quod reliquit. Adeo autem sale hoc charitatis & igne opus est, vt sine illo constare nequeat regnum à præstantiori parte cœlorum Ecclesia scilicet: ob id si quidem regnum cœlorum dicitur quod vnita est capiti suo Christo. Stoici que dicebant non esse hic veram Rem publicam. De quo alias. In lingua Cimbrica idem quod Latinis esse, vnum significat, quoniã discedere à vero vno quod est Deus & discedere ab esse idem est. Sic Plato de legibus: *Qui à lege summi Dei discesserit à se ipso discessit.* Quare in circuitu impios ambulare Propheta canit. *Circulū autem mundum esse fuge* (ait S. Dorotæus in doctrina. 6.) *centrum autem circuli Deum lineas autem à circulo in medium deductas vias credite varias, negotiationesque mortalium.* Aitque hanc esse vim charitatis, vt quo magis sancti Deo, & sibi appropient magis, & è contra. Propterea *Vinculum perfectionis* appellatur. Et quidem cum diuisio causa sit corruptionis, & desolationis testante Domino, quod *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur*, quod vnum est vere, id est vere: & è contra quo magis quis ab vnitatis discedit, eo magis & ab esse se seiungit. Quare per peccatum inuicta est mors in orbem terrarum (vt habent diuina oracula) quoniam peccatum Adæ à Deo separauit homines, *Eramus enim omnes* (vt Paulus docet) *natura filij iræ*, quo vsque per Christum reconciliati sumus illi qui vnus est pater essentiam, & in vitam immortalem vocati, antiqua multo meliorem. Itaque eo aliquid

quid est, quo vnum est in seipso. Dissoluitur enim quod extrinsecus coalescit. Quia propter crediderim ego Parmenidem & Mellissum in veteri philosophia, ideo vnum omnia esse dixisse, quod adeo sint vnita omnia, & ab ista vnitione mutua dependeant, vt magis vnum quam plura videantur. Tolle dulces fedus istud, quo cuncta copulantur, & tolles cuncta Neque enim adeo amentes erant illi sapientes philosophi, vt magnetem esse ferrum crederent, aut petram centrum ipsum aut mundum inferiorem, superiorem: sed ita deperire ferrum magnetem, petramque centrum, inferioremque sublunarem orbem ita à superiori dependere, vt magis vnum, quam plura dicas esse omnia ista. Volebat Deus Filius, vt sui discipuli ita vnū essent, atque ipse & Pater. Nil ita vnū esse potest: verū ita expedire charitatē mutuā suadebat. Omnis itaque victima Dei sale isto Charitatis condietur, & igne salietur, vt Deo grata sit & acceptabilis. Vis vt non foeteat anima tua coram Deo, *Sed bonus. Christi odor sit in vitam* (vt Pauli verbis vtar) custodiat animam tuam à corruptione ignis iste, & sal iste Charitatis. Odisse autem diligere est. Qui enim odit animam suam in hoc mundo &c. Non possides verò animam tuam, nisi si in patientia tua: non habes patientiam, nisi oderis eam, nā tolerantia odium sui ipsius est. Ita ergo possides, pro Deo eā exponens. Et si compateris & conregnabis. Sed de Charitate multa sunt. Illud vnum addere libet ex Esdræ libro. 1. cap. 4. *Nos autem memores salis quod in palatio comedimus &c.* Ecce sal pro amicitia. Vnde forte & salarium nomē deriuatū est. Omnis ergo victima id est omnis homo qui acceptus Deo esse vult igni tribulationis, vel Charitatis, vel sale sapientiæ, quo sermo noster debet esse conditus. In Symbolum autem amicitia quondā primo in mēsa apponebatur sal. Est & sal diuinus Homero, quod sapida reddat omnia. Verum mira bella tria amici sunt in Christo & prudentes Evangellici igne tribulationis probati. Sed quæ de igne & Sapientia adhuc super sunt sequentibus duobus Symbolis expedientur breuiter.

(.)

DE

# DECAS. V.

24

## SAL APOSTOLI EORVM que successores.

### SYMBOLVM. I.

S. Machar.  
Matt. 5.



**R**LACET à D. Machario hom. 1. exordium Sym-  
boli huius & Decadis mutare. Ait enim de disci-  
pulis Domini loquens. Dicebat illis Dominus (Mat-  
thæi, scilicet. 5.) vos estis sal terræ: Animas hominum  
appellans terram. Nam seminauerunt in animis hominum celeste  
sal spiritus, condentes illos ac reddentes incorruptos & immunes à  
fœtore multo. Nam sicut carnes nisi sale aspergantur corrumpun-  
tur, & grauer olent ita. vt omnes auersentur pessimum illum odo-  
rem, vermesque subrepunt in carnes corruptas & ibi aluntur, ac pe-  
reunt vermes qui ibi prius alebantur, & euanescit illa grauentia  
(ea est enim natura salis, vt vermes interimat, & grauem odore  
deleat:) eodem modo & omnis anima quæ non fuerit condita Spiritu  
sancto, nec fuerit particeps salis celestis, hoc est virtutis Dei, com-  
putrescit, & multo prauarum cogitationum fœtore plena est, ita  
vt auertatur facies Dei ab illo graui odore vanarum & tenebro-  
rum cogitationum, affectionumque, quæ in eius anima inhabitant, &  
noxij atque improbi vermes, qui sunt spiritus nequitia, itidem &  
potestates tenebrarum in illa deambulant, illic pascuntur, nidifi-  
cant, & repunt illamque exedunt & corrumpunt. Itac quoque de cau-  
sa in lege Deus vrens exemplo iussit victimas omnes sale condiri. O-  
portebat igitur primum victimam à sacerdote mactari & mori, de-  
indè diuisam sale conspergi, tandem igni super poni. Nisi enim pri-  
mùm sacerdos ouem mactasset, & occidisset nõ saliebatur, neque Deo ve-  
niebat in odore suauitatis. Sic & animam nostram accedentem ad Chris-  
tum verum pontificem ab ipso mactari onkenit & affectui mori, &  
anteacta vitæ improba, hoc est, peccato: ab eaque nequitiam affec-  
tionum tanquam vitam egredi oportet. Sicut enim corpus mortuum est

25

26

27

28

CHM

cum exierit anima, nec vltra viuat ea vita, qua vivebat, non au-  
dit neque ambulat: sic vbi Christus celestis pontifex per gratiam vir-  
tutis suæ mactauerit, & occiderit mundo vitam nostram extincta  
est quo. ad improbum vitam, qua vivebat, nec amplius audit, aut  
loquitur, neque conuersatur in tenebris peccati; propterea quod ne-  
quitia affectionum, quæ erat tanquam anima eius, per gratiam de-  
cessit. Hæc ille. Quibus exacte elucidat similitudinem illam  
29 qua vsus est Saluator, vocans discipulos suos salem terræ. Cõ-  
tinet autem sal in se aquæ & ignis elementum, & licet non  
possit suam mutare naturam: tamen qui comparantur illi pos-  
sunt mutare mores. Salis est: omnia alia sua acerbitate condi-  
re, & si sal fuerit per peccatum insatuatum proieiendũ pro-  
fecto foras est, & conculcandum; id quod D. Gregorius ex-  
posuit causam reddens, Quia cuius vita despicitur, restat, vt eius  
30 doctrina contemnatur. Sacerdotis dignitas est maxima, talem  
que in eo exigit sanctitatem. Christus profecto non solũ fuit,  
& est sal terræ, sed etiam cœli: sacerdotibus autem, qui sunt  
eius in terra vicarij, salis terræ officium demandauit. Debeant  
ergo constringere & cohibere & si opus fuerit vitia adurere.  
Quid enim? An non vt chirurgi vulnera corporis curent inter-  
dum cauterizant & constringentia puluiscula & adurentia ap-  
plicant? Vade & tu qui animarum medicus es & fac simili-  
ter. Sed cum falsis, cauenep per ignorantiam affectatam infa-  
tueris, ne tibi dicatur: Medice cura te ipsum. Et tibi non sit in  
31 quod saliaris. Sed cum non omnibus cura sit saliendo alios de-  
mandata; recteque à paucis exerceatur, merito ita colligit  
S. Clemens Alexandr. lib. 1. Stromat. Non omnibus ergo dictum  
est, vos estis sal terræ. Sunt enim aliqui etiam ex his, qui verbum  
audiunt, marinis piscibus similes; qui cum ab ipso ortu in salso nu-  
triantur, salibus tamen ad condiendum indigent. Hi sunt, de qui-  
bus Apostolus ad Rom. ait: Qui prædicas non furandum fu-  
raris? Hi sunt iudices, qui muneribus corrumpuntur, sacra-  
que violanti iura, quorum manus, & vestes sanguine plenæ  
sunt, qui cum in croceis fuerint nutriti stercorea sunt amplexa-  
ti. Hi sunt Qui ab omni vento doctrina circumferuntur, vt nubes si-  
ne aqua. Hi sunt omnes carnales homines ceu irrationalia bru-  
ta, qui sola quæ sunt carnis sapiunt & ignorant cœlestia. Hi  
sunt auditores tantum legis & non factores, fallentes semet  
ipsos

D. Gregor.

Luca. 4.

S. Clemens.  
Alex.

Matt. 5.

Rom. 1. 2.

Mat. 1. 1.



ipfos. Hi sunt qui dominantur in clerum tyrannidemque exercent maximam imperioque contra consilium & præceptum diuinum despotico in subditos vtuntur. Hi sunt pastores animales & sine spiritu, ac prorsus mercenarij, qui spoliandis, & exuendis solum ouibus nonque pascendis incumbunt. Hi sunt, qui sermones Dei nudos audire nolunt, sed fucatos, & scripturas Dei ad sua desideria trahere, & trahi volunt, coaceruantes sibi vt suas compleant deprauatas affectiones regulas quasdam (vt habet prouerbiū) Le sbias mensurato, & regulando se accommodantes; cum contra deberet omnino esse, & confessarios scientia, & pietate prorsus vacuos, & magistratos, ij prurientes auribus vanaque & fabulosa ab eis audire gestientes, nudam abhorrentes veritatem. Frequētant Ecclesias, & Missas audiunt, & celebrant, & conciones audiunt, & peragunt, sed nihil minus faciunt, quam quod docent, & audiunt. Hi tenebriones similes sunt porcis, de quibus Cleanthes apud S. Clement. Alexan. aiebat, habere animam vice salis, suas conseruantem carnes, ne putrescerent. Ita sane isti ad infernum descenderent nisi anima eos detineret, & vita. Et cū sordescere se vidēt sordescūt adhuc. Et homines isti libidini seruiētes putrescūt fere, vt passim est videre. Cōtra veri prædicatores & Episcopi animata sūt leges, & legū atq; subditorū animæ. Sal communis ab igne refugit, & salit, & in aqua immergitur. Contra vero Sal Siciliae, in quo quis ceu in specule videri potest. Sic sunt peccatores quidam, qui ab igne inferni refugiunt, & in aquis vitiorum immerguntur, alij vero in aquis lachrymarum. Antiqui consolidabant infantium carnes lauantes aqua & sale, tu Christiane vide quid sit tibi puero dictum, Accipe sal sapientiae. Vt autē est inuenire salem, qui dulcis sit, alium vero qui amarus, sic & sal Christianae sapientiae debet esse, in pios dulcis, in impios & procaeces amarus. Porro quot sint species salis eiusque proprietates si nosse ad vnguem cupis, vt ad salem spiritus ipsa accommodes, comparans terrena spiritalibus, consule Bartholom. Anglicum lib. 16. cap. 94. Nobis hæc de salis Symbolo in præsentiarum prælibasse sufficiat. De sale qui ignis tentationis est, dicamus.

I. G.

S. Clemens  
Alexan.Barthol.  
Angl.

IGNE SALIRI EST TRIBV  
lationibus, & tentationibus exerceri.

SYMBOLVM. 2.

VELUT SALIBUS CUM IUSTIS LUDIT DOMINUS, TRIBULATIONIBUS, QUAE IUSTIS PRETIOSAE SUNT. VT SINT ENIM IUSTI, Bonus odor Christi in vitam, vtque ex bonis operibus mali eos considerantes glorificent Patrem, in eo quod de illis detrectant tanquam de malefactoribus, Solet Deus eos probare & exercere, vt euadant meliores. Est siquidem tribulatio, & persecutio iustis quidam ignis eos purificans, & purgans, & quidam diuinus sal eos conseruans. Quoniam in igne (ait sapiens Eccl. 2.) Probatur aurum, & argentum, homines vero acceptabiles in camino humiliationis. Et Eccles. capitul. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et illud Psalmista: Transiimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Sal quippe (vt prouerbiū habet) post nubila clarior exoritur. Vnde de Paulo qui vas electionis à Domino vocatus est Dominus dixit, Ego illi ostendam quanta illum oporteat pati pro nomine meo. Est namque tribulatio quæ (iuxta Paulum Roma. 5.) patientiam operatur Dei donum maximum. Qua propter secundum quorundam expositionem illis, qui omnia propter Christum relinquunt promisit Dominus persecutiones in retributionem apud Marcum capitul. 9. his verbis: Amen dico vobis, nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios aut agros propter me, & propter Euangelium qui non accipiet centies tantum (Hoc est multo plura, vt Lucas habet. 13. capitul.) Nunc in tempore hoc (ne ad Millenarios fugias, qui post hanc vitam id dicebant ad implendum, quorum in Isagoge meminimus) Domos & fratres, & sorores, & matres, & filios & agros cum persecutionibus (ne ad bona tantum spiritalia referas retributionem) Et in saeculo futuro vitam aeternam. Dantur ergo tribulationes pro præmio in hac vita religiosis viris Deū

Bb que

2. Cor. 2.

1. Pet. 2.

Ecclesia. 2.

Ecclesi. 27.

Psalm. 17.

Actu. 9.

Rom. 5.

Marci. 9.

Lucæ. 13.

que timentibus. *Quem enim diligit Dominus corripit, Vt sapiens docet.* Vnde Paulus Philip. 2. *Vobis datum est pro Christo non solum, vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini.* Vnde & ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habitii sunt pro nomine Iesu contumeliam pati Actuum 5. Ad iustum Iob Eliphaz recte dixit pollicens de Deo: *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget temalum.* Iob capitul. 5. quo septenario numero omne genus tentationis exprimere voluit: vt & Prouerb. 24. *Septies in die cadit iustus, & resurget, impij autem corrident in malum.* Idest, in omnibus tentationibus subuenit Dominus iusto cum ipso existens in tribulatione. Tametsi locum de venialibus peccatis, quoti die etiam iustis aduenientibus concilium Tridentinum & communis sensus accipiat recte. Non derelinquit in tentationibus, magnum Dei donum & maius ex eis fortio-  
 42  
 rem eua-  
 dere. Hoc enim iustis tantum concedi solet. *Dimittam vineam* (ait Isaias de sceleratis hominibus capit. 5.) *Et non putabitur, neque fodietur.* Quod Basilus super hunc locum, de anima, quæ cum remisse viuere finitur, perinde atque vinea quæ iam neglecta, eluxuriat, & syluestri sarmentis, sequè effundens circa incommoda nec vilam afferentia, frugem natiuo succo exhaustur, in hoc instituens omnem suorum operum ostentationem, vt multos in errorem pelliciat. D. Gregorius Nazianzenus in Orat. cum reuerteretur ex agro virum philosophum Christianum, qui per afflictiones clarescit  
 43  
 & ex grauib. materiam facit virtutis, ac in aduersis gloriatur, nec dextris iustitiæ armis extollitur, nec sinistris deprimitur, sed semper ille idem, licet non eisdem permanet tanquam aurum in fornace igne examinatum arbori cuidam fabulosa comparat, quæ excisa magis germinat, & contra ferum decertat, & morte viuuit, & abscissa pullulat nec non consumpta augetur. Multa in diuersis locis dicunt sancti de iusto  
 44  
 afflicto, & refluente, & præcipuè Chrysostomus, ex quo illud vnum ex homil. 16. in epistola ad Hebræos solum adducam: *Quid mihi (ait) cura esse cælum, cum videam Deum cæli, cum ego efficiar cælum? veniemus* (inquit Dominus Ioan. 14.) *ego & Pater, & mansionem apud eum faciemus, faciamus igitur anim. in nostram cælum.* Comparat ergo iustum cælo, quod

quod in seclarum est, licet obtegatur nubibus in hyeme, & eleuatum est à terra, nonque patitur, licet videatur pati. Multoque nos meliores cælo fieri licere dicit, qui solem habemus iustitiæ. Malachias capitul. 3. aduentum describens Verbi Dei, ita ait de illo: *Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: & secebit conflans & emundans argentum, & purgabit filias Leni, & colabit eos, quasi aurum & quasi argentum.* Igni expiatorio comparat Messiam, quem non futurum otiosum dicit, sed vehementia sua absumpturum, omnem auri & argenti impunitatem, sordes, & terræ fæces. Dein etiam herbe fullonum Messiam assimilat. Septuaginta eam vocant Poan, Hebræi Borith, lanæ & vestibus laneis expurgandis idoneam, vt Hieronymus super Hieremi. capitul. 2. dicit, herbam Palestinæ terræ loca humida & florida amantem, virtutem quam nitrum habet purgandarum vestium proditam, vocant autem Hebræi Nitron Nether, quod genus aiunt esse aluminis. Prouerbio. 25. de hoc fit mentio. *Acetum in nitro qui cantat carmina cordi pessimo.* Nam iuxta Hebræum (dicente id Caietano) ita habetur: *Parans sericum in die frigoris,* Pro eo quod in vulgata est, *Et amittit pallium in die frigoris.* Acetum super saponem & cantabit carminibus super corde mali. Diætiolapponem sonans, herbam illam nitro similem significat.  
 47  
 Molestus autem est fulloni, qui acetum quod maculas caufat in vestibus lixiuium mundantis & sapone, superfundit, & qui in die frigoris vestem parat sericam, quæ ab eotutari non valet, sic & in luctu musica est importuna & cantare afflicto cordi dulcia carmina. Musica enim afflicto magis solet quando que affligere, lætum verò animum valde exhilarat. Scabiosi lixiuium auersantur, sic & mundus qui totus in maligno positus est, à Christo, qui velut herba fullonum est, fugit eiusque correptionem non admittit. Verum si recte sapienti-  
 48  
 bi cum Poeta dicam.

*Vt vitam redimas ferrum patieris & ignes  
 Arida nec sitiens ora lauabis aqua.*

*Hic, vte hic seca* (ait bat Christo. P. N. Bernar.) *vt in eternū*

parcas. Expurgat autem & conflat Angelus noster mediator  
noui testamenti aurum & argentum Leuitici generis. Putum  
purum, & obryzum vult aurum & argentum, in suum desti-  
natum ministerium. Qua propter, mundamini, qui fertis  
vasa Domini. Ego sane per ignem & Borith aquam & spiri- 49  
tum intelligo, nam ex aqua & Spiritu sancto sumus ad vitam  
per Christum regenerati, loti, & conflati. Ignis conflato-  
rius est spiritus ille almus, qui actuum 2. conflauit Aposto-  
los, constantesque fecit. Adde & cum Vucelio in Postilla  
super epistol. infesto purificationis, labores & crucem, disci-  
plinas & patientiam, qua Deus erudit suos ignem illum esse  
conflatorium herbamque Borith. Conseruantur autem & de 50  
fenduntur à corruptione & fatore vlcerosæ per ignem carnes,  
sicut & emortua cadauera per salem. Nam apud Ægyptios  
(vt Cælius Rhodigi. docet) cadauera humana sale condian-  
tur. Vt autem videas, quam apposite ignis tribulationum di-  
catur sal, quod seruet iustos à malis, quæ in prosperitate ni-  
mia eos inuaderent & superarent facilius, aduerte ex Beca-  
no in Hermathena sua, quod sal deriuatur iuxta eum ab  
Hal quod lingua Cymbrica idem est quod conseruo: indeque  
est salus Latinum nomen. Quare Maghal Arabibus domus  
dicitur, vbi per parentelas vt Cymbricis fuit olim solitū, ha-  
bitatur. Addit præterea quod Al, sua lingua (quam vult om-  
nium fuisse primam) est omne, & quoniam Spiritus sanctus  
omnia conseruat & fouit, additum est, H, ad significan-  
dum Hal, hoc est conseruare: Halque Symbolum esse dicit  
sanctissimæ Triadis. Forte & à Maghal Arabum scilicet do-  
mo vbi familia aliqua habitabat, ab Hal, quod salem si-  
mul ederent, Magale descendit Latinorum.

Saliuntur ergo iusti igne tribulatio-  
nis, vt sint victima Dei.

(.?.)

IG

## IGNIS IRA DEI IN MALOS

### SYMBOLVM.

- 52 **I**gnis dicitur Deus (ait D. Hierony. in Isaiam capitu. 66) *aut* D. Hieron.  
quod sustentibus penas, ignis esse videatur, vnde Dominus  
noster ignis consumens est aut, quia quicquid virtutum in nobis est,  
fœnum, ligna, stipulamque consumat, & spinas, idest, sollicitu-  
dines seculi, quas pro bono semine terra attulit infœcunda. Idem  
que alibi prodit, Deum ita esse ignem vt malos adurat, & bo-  
nis luceat. Cum ergo hæc tenus de igne iustos probante bre-  
uiter transcurrimus, aliquid nunc de igne vt iram Dei erga  
malos significet ex sacro promptuario depromamus. Cum gra-  
uius aliquod supplicium aduersus impios homines prophe-  
tæ intentant, Sodomorum minantur excidium tametsi nul-  
lam vnquam gentem, ad eundem per omnia modum, quo So-  
domitas perdidit. Horum siquidem exterminium propter  
suam celebrem immanitatem, pro qualibet dura vltione à  
Sanctis vatibus vsurpatur. Legitur autem horum extrema de  
solatio Genes. 19. depluisse, nempe, à Deo super Sodomam  
& Gomorram sulphur, & ignem. A Moyse ergo sumpta est di-  
cendi figura, qui ab hac summa Sodomorum clade eam ince-  
pit, Deuterono. 8. deficientibus à religione Dei veri hunc  
miserrimum Sodomorum exitum prædicit fore eandem &  
vltionem Isaias c. 13. Babylonij minitatus est, & Hieremias  
cap. 49. Idumæis, & Amos. 4. Israelitis Sophonias. 2. Moa-  
bitis. Et propheta Nahum elegantissime per Antonomasiam  
veteris huius excidij Sodomorum Assyriorum denotauit cla-  
de futuram c. 1. his verbis: *Indignatio eius effusa est tanquã ignis  
& petra dissoluta sunt ab eo.* Pro eo verò, quod vulgata habet, e-  
ffusa est tanquam ignis, Aquila (cuius versio a D. Hieron. val-  
de probatur) vertit, conflatur, vt ignis, Et Symmachus tran-  
tulit, *Dissilauit.* Conflamus enim nos nostris peccatis sensim  
& paulatim diuinam iram, & indignationem, dum eam  
nobis thesaurizamus in diẽ iræ & reuelationis iusti iudicij

Dei effundendam, ac propterea vates Nahum iram Dei conflantem siue effusam, siue distillantem nobis describit, vt ignis efficacissimum elementorum, cuius efficacitate nimia, vel saxa & petra dissoluantur. Quovelut perauxesim, magis expressit Nahum iram Dei ve-

Deut. 4. mentissimam. Ad idem est illud Deuteronomio. 4. *Do-  
32. minus Deus ignis consumens est.* Et capitul. 32. *ignis succensus*  
Psalm. 17. *est in furore meo.* Et vates Regius psalmo. 17. *Ignis (ait)*  
Psalm. 10. *à facie eius exarsit.* Et psalmo. 10. *Pluet super peccatores la-  
queos, ignis sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum.*

Sed quid in hoc explicando multum moror? Adeo frequens est hic loquendi tropus in sacris, vt septuaginta mi- nus vno loca mihi enumerauerim, in quibus ignis iram Dei ardentem demonstrat in maios. Sed de rubo illo Mosaiico ardenti & incombusto, verba paulisper faciamus.

*RUBVS, QUEM VIDIT  
Moses ardentem, & incombustum vel ingentem  
futuram Aegyptiorum calamitatem vel  
Hebreorum laborem ab eo que  
liberationem praeannon-  
trabat.*

*SYMBOLVM. 4.*

*D. Cyril.* **N**ON insolens apud Ethnicos autores fuit, ignem pro indignatione accipere. Nam (vt in Hagoge nostra Principi. 3. ex D. Cyrillo libr. 9. contra Iulianum retulimus) ad denotandam iram sculpebant craticulam, cui cor superponebant, & ignem supponebant. Et Pythagoras in Symbolis, quoddam tale dedit, Ignem gladiione fodito, quo admonebat, iratum hominem non esse irritandum, vt magis excandesceret. Haec autem Symbolica ethnicorum phrasus (vt & alia multa)

59 à literis Mosaicis & Hieroglyphicis, initium sump-  
sit. Quoniam autem ignis (vt & dicebamus nuper) elementorum est efficacissimum, ideo ad suam designandam potentiam Deus in igne solebat olim apparere, vt cum tulit legem igneam in monte Sinai, & apud Ezechielem. capitul. primo. Et in columna ignis per desertum & apud Isaiam praedictum inuenies Israel lumen (Deum videlicet) in igne futurum, & Dauid etiam atque alij ex igne vates potentiam diuinam ostendunt, quod in eo visus fuerit. Ob id & apparuisse dicitur in rubo Moyse, qui arbor est senticosa & sterilis, & in quam aues non ingrediuntur (vt Hebraei produnt) sine deplumatione, ardenti tamen & incombusto, vt suam nimirum ostenderet potentiam in eo quod ita à radicibus vsque ad cacumen ignis eum occupabat, cum adhuc viridis esset & illaesus rubus, ac si perpetuo imbre desuper irrigaretur (vti Philo & Gregorius Nissenus) adnotarunt. Isidorus ex Hebraeorum doctrina dicit, ideo in arbore illa apparuisse Deum, ne occasio daretur idololatriae Israelitis in illud vitium adeo propensis. Id quod & refert S. Theodoretus. An vero Deus ipse in persona (vt dicitur) visus fuerit in rubo, an Angelus vices eius gerens, quaestio est. Et nomen Domini Tetragrammaton videtur signum esse, quod ipse Deus loquutus fuit Moyse. Et quidem loquutus in persona fuit, per Angelum tamen vt nuntium, & eius voluntatis interpretem. Quemadmodum autem nos dicimur facere, quod per amicos facimus, Dominus dicitur apparuisse in rubo, & Moisen fuisse alloquutus. Quare Dominus Iesus Sadduceis eum capere in sermone volentibus, & de illa qua nupsit septem fratribus, cuius in resurrectione esset vxor futura interrogantibus, ita respondit, vt ostenderet resurrectionem. De mortuis autem quod resurgat non legistis in lib. Moyse, super rubum, quo modo dixerit illi Deus, inquitens: Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Marci. 12. capitul. Deus enim cum vita sit, quid illi cum morte? Et nomen Dei Iehouah, quo se tunc Deus nominauit,

informa futuri, quod significat esse perfectissimum & aeternum. Cum ergo Deus sibi adscribat mortuos illos, ipsi Deo sine dubio sunt. Neque satis est Deo soli esse, vt certum sit illud testimonium ijs, quibus datum est, sed necessarium est, vt aliquando in lucem exeant & resurgant. Resurrectio enim eorum est, qui ceciderunt, & surgere possunt & erigi. Quod sane testimonium Christi mere adiuuat & explicat Symbolum nostrum. Nam tamen ut possit quis dicere cum Cypriano nostro Huerguensi, ignem illum rubi significat se calamitatem Aegyptijs futuram, & rubi incombustionem & illationem, vt salui mansuri essent & incolumes Israelitae, vt & ignis etiam ille, qui irruit in Apostolos indie Pentecostes persecutionem Ecclesiae futuram eiusque illustrationem, Hebraeorum & Ethnicorum ruinam, qui eam impugnabant praesignauit: tamen Theodoreti sententia semper mihi valde arrisit, qui per rubum ardentem & incombustum idem atque per lampadem ignis inter medias diuisiones transeuntem, nos fumus superius interpretati, significari docet. Nempe ignis ille non comburere & ardens labores & oppressiones, quas patiebantur in Aegypto Hebraei, denotabat, a quibus in manu forti & valida Dei ob in id igne apparentis, eripiendi erant. Erant enim iam velut mortui, & comburere eos & consumere nitebatur Pharaon, sed tamen surrexerunt a morte illa & captiuitate magna. Erat Deus cum illis in tribulatione, in rubo nimirum illo senticoso, agens illorum partes, ac proinde per tot discrimina effugerunt liberi. Ideo autem vocauit se Deus Abraham, & Isaac & Iacob Deum, vt cum ipsos audirent in conspectu Dei viuos, qui tanto iam ante tempore obierant, non timerent, sed valide sperarent. Et plane rubus ille ardens & non combustus iustorum Symbolum videtur, in quibus sedet sapientia, & est in medio eorum. *Visi sunt enim oculis insipientium mori* (vt ait sapiens) *illi autem sunt in pace.* Luxerunt & arserunt in hac vita, vt Baptista, qui fuit lucerna ardens & lucens, & tamen capillus de capite illorum non peribit Deo. Porro allegorice & mystice, vt Symbolum sit rubus Virginitatis Mariae, satis late patet.

FOR

FORNAX FERREA AEGYPTI  
oppressio Hebraeorum.

## SYMBOLUM.

VT autem magis veritas praedictorum modo a nobis eluceat, ignem nimirum illum rubi labores, quibus atterebantur in Aegypto praemonstrasse, ostendamus vno aut altero loco, fornacis ferreae nemine oppressionem illam in sacris appellari. Erat autem tanta tyrannis, qua Pharaon fauebat in Israelitas, vt ipsi (vt autor est Genebrardus in sua Chronographia) pyramides illas Aegyptias suis manibus construxisse dicantur, *Vos autem* (ait Moses Deuteronomio. 4.) *tulit Dominus de fornace ferrea Aegypti, vt haberet sibi populum hereditarium, sicut est in praesenti die.* Vbi fornax ferrea dicitur tribulatio Iudaeorum in Aegypto: qua eos excoquebat Dominus ad purum, vt sibi conficeret aurum ab scoria expurgatum. Verum illa fornax si cum fornace trium puerorum ex Daniel. 3. conferatur, vere ferrea est, quia admodum tunc fragiles erant & parum in rebus spiritus exculsi, adeo, vt ceu ex eorum multo colligitur clamore ad Deum, parum splendebat patientia Israelitarum, quoniam adhuc imperfecti erant. Illa autem Babylonis fornax vere aurea erat quoniam ad huc splendet eorum patientia & gloria puerorum. In ista fornace exequantur panes & cibi Dei. Est enim panis Christi vt faciant homines voluntatem Patris sui. Ita D. Ignatius feras prouocabat vt mereretur effici panis Christi. Quare Deus Deut. 4. *Dicitur ignis consumens*, Vel vt ex Heb. veri potest *Comedens*, Quia per charitatem iustos in cibum veluti suum commutat, vt in eo maneat. Commemorat & fornacem ferream Ierem. capitul. 11. Ignis autem & ferri appellatione recte duri eorum labores exprinuntur.

B b 5

SOL

## SOLVERE DE PEDIBVS 70

calceamenta, religionem & timorem, & attentionem in Moyse excitabat,

## SYMBOLVM. 6.

**L**ibet historiam de visione ardentis rubi inceptam, nunc absolueri: superest autem explicare rationem, & causam, ob quam Moyse Deus iusserit soluere calceamenta de pedibus antequam ad videndam accederet prope visionem. Et quidem quidam ideo iustum dicunt, ne descendens in Aegyptum uxorem duceret, quoniam ex Aegypto educturus erat populum. Alij quoniam Sacerdos erat futurus, & vt talis terram declararet sanctam pedibus eam sanctificans suis. Alij verò, vt deponeret sollicitudines sæculares vt Pontifex instituendus, & ouium rationalium pastor. Alij id sibi iniunctum dicunt, vt insinuaret Deus nudis pedibus ministraturos in tabernaculo sacerdotes, & sic sentit Theodoretus. Alij, vt Gregorius Nissenus, Caietanus, & Hugo ad reuerentiam exhibendam loco, qui sanctus erat ob Dei presentiam referunt. Afferit & Diodorum Lipomanus, suamque sententiam simul. Quæ in duobus consistere videtur. Vnum est Deum cum id iussit, attentionem in Moyse excitasse, ac si diceret. Quo pergis, Siste gradum & attende, solve que calceamenta de pedibus tuis, vt noueris locum hunc electum mihi ad apparentias faciendas, ad legem dandam ereptionemque populi promittendam. Alterum est, quod quemadmodum antiquitus, cum quis cedebat iuri propinquitatis ex calciabat se (cuius moris mentio est in lib. Ruth. c. 4.) ita iubere Deum Moyse soluere de pedibus calceamenta, nihil aliud fuit quam insinuare illi vt cederet officio pastoris pecudum quod quadraginta annis exercuerat (quod aduertit Eusebius) vt præpararetur sic ad regendum oves rationales alijs quadraginta annis, & susciperet libenter munus, quod eius humeris imponebat, ducatus sci-

D. Theodo.  
Nissenus.  
Caiet.  
Hugo.  
Diodorus.

Dent. 4.

Eusebius.

scilicet populi sui, quem speciali sibi selegerat amore. Verum (vt mihi videtur) hoc præceptum de soluendis calceamentis verba illa explicant qua ratione fit iniunctum, scilicet, *Locus enim, in quo stas, terra sancta est.* Id quod & princeps exercitus populi Domini dixit Iosue, vt habes capitulum 5. Qua propter attentioem reddidit ita Dominus, & religionem erga locum sibi ad mysteria delectum augebat in Moyse, & Iosue, timorem & reuerentiam.

IGNIS E COELO SUPER SACRIFICIA DESCENDENS, ACCEPTA DEMONSTRABAT.

## SYMBOLVM. 7.

**I**gnem (inquit Hieronymus in quæst. in Genesim) ad sacrificium denotandum solitum venire de celo super sacrificia legimus: Nam vnde potuit scire Cain, quod fratris eius munera suscepisset Deus, & sua repudiasset, nisi illa interpretatio vera esset, quæ Theodotio posuit: Et inflammanit Deus super sacrificium eius, scilicet, Abel, super Cain vero & super sacrificium eius non inflammanit: Et in dedicatione templi sub Salomone, & quando Elias in monte Carmelo construxit altare. Et D. Augustus, lib. 15. de ciuit. Dei capitulum 7. ait: Potuit hoc signo aliquo visibili attestante cognosci. Idem sentit Chrysostomus de igne illo in sacrificio Abrahami quamuis in hoc ei refragetur præfatus Augustinus lib. 2. Retract. capitulum 43. De quo iam superius diximus Et Theophylactus in epistol. ad Heb. 11. ait, idem quod D. Hieronymus. Et Oecumenius eodem loco: & Beda Genesim. 4. capitulum. & Albinus in quæstion. in Genesim. Itaque asperxit Dominus ad sacrificium Abel & incendit, vt quidam verunt, autore Theophylacto. Simile quippiam eueniebat in primitiua Ecclesia & in veteri etiam in quibusdam fortibus. Sed de hoc sequenti Symbolo. Nunc illud aduertendum ex Theophylacto (quod & tritum est) Abielem de melioribus da tori suo obtulisse sacrificium.

§ ORS

D. Hieron.  
Theodocio.

Genesis. 4.

2. Paral. 7.

3. Reg. 18.

D. August.

D. Chryso.

D. August.

Theophyl.

Oecumeni.

Beda.

Albinus.

Theophyl.

Theophyl.

SORS IN SACRIS ALIQUOD  
visibile e caelo signum erat.

SYMBOLUM 8.

**A**pponamus & hoc praecedenti Symbolo. Exempla duo sunt in Sacris de fortibus praecipua, Vnum est de Matthia, de quo legimus in Actibus Apostolorum, *Cecidit fors super Matthiam*, Alterum est de Iona, qui forte eiectus est de naui, & maris fluctibus commissus. Quae exempla communiter recipiuntur a Doctoribus, quos Gratianus citat

**Actum. 1** **Iona. 1.** **Gratianus. 26. q. 2. & S. Thom. 2. 2. q. 95. ar. 8.** & exponuntur de sorte, quadam sensibili, & oculis omnium exposita. Aquorum iudicium longe se abesse dicit Cantapretens. lib. 9. Hypotypof. Reg. 47. ipso enim sanctos se explanasse probat. Nam D. August. concio. 2. in Psa. 30. fortis nomine intelligit gratiam Dei & non visibilem electionem, sed iuxta id, quod Dauid canit *In manibus tuis sortes meae*. Et D. Dionys. lib. de Ecclesiast. Hierarchi. capit. 5. parte. 3. ait. *Porro de sorte illa diuina quae Matthiae diuinitus obrigit, alij quidem alia sensere, meo iudicio non recte. Aperiam autem & ipse quid sentiam. Videtur mihi scriptura sortem appellasse, diuini quiddam & praecipui muneris, per quod illi choro sacratissimo insinuaretur, qui esset diuina electione declaratus.* Ex his vult Cantapetrensis aliquod e caelo signum visibile missum, splendorem, scilicet, ut ignem misit cum Cain & Abel & 3. Reg. 18. cum Elias sacrificaret. Et in primordijs Ecclesiae, ut autor est Chrysof. homi. 29. in priorem episto. ad Corinth. Ita fiebat signum aliquod visibile, cum aliquis baptizabatur aut descendebat Spiritus sanctus super illum, aut donum prophetiae & linguarum illi dabatur, quod sibi persuaderet fidem Christi esse certissimam. Num. 17. legimus tribus Israel virgas suas in fortes dedisse, ut qui electus esset a Deo sacerdos declararetur. Et Iudicum. 6. sortem petijt Gedeon, Ansaluum facis o Deus per manum meam populum Israel, sicut loquutus es? ponam vellus lanam in area &c. Ad hunc modum

adum intellige de sorte Achan Iosue. 7. & de sorte Ionatan. 1. Reg. 14. Et ad hoc est Origen. hom. 23. in Iosue, & homil. 9. in Leuit. Et sane in Ecclesia quondam fere Episcopi a caelo per signum aliquod visibile demonstrabantur electi, ut per signum columbae, ut constat de Ambrosio & August. & alijs. Et habetur in iure C. de Episcopis & clericis. L. si quemquam, Non pretio sed precibus ordinetur antistes. Refert & Vincent libr. 3. sui speculi moralis quod a D. Petro vsque ad S. Syluestrum fere 32. summi pontifices, qui fere omnes martyrio consecrati sunt, & multo tempore vacauit post sedes, omnibus eam recusantibus, ob abundantiam meritorum. Nunc autem (proh dolor) non spiritu dueuntur omnes, qui eam appetunt, sed pauci, cum tamen tot sint, Dionysius Carthuf. aet. 1. sortes in praedictis vult accipi ut dicitur Prouerbio. 16. *Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur.*

TITVLVS INSCRIPTIO.

SYMBOLUM 9.

**V**ide quo defleximus ab illo titulo, quem Iacob erexit, & a statua vxoris Loth, & sale, ad salem ignis, eiusque Symbola quaedam alia. Ad titulum modo reuertamur. Titulum vocabant Romani sacerdotalem pileum hic vero videtur dici Cydaris apud barbaros vstitata Peisas. Et suis Carbasijs & (ut ipsi vocant) Turbant, utuntur Turcae Sed & scimus ex cap. 28. Exodi, Kidarin a veteris legis sacerdotibus gestari solitam, quae vitta quaedam erat capiti circumuoluta in modum tiorum, quae quidem in sacerdotibus antiquis, ut Ierosolymitanus interpretatur Hesychius, sapientiae signum erat, ex eo quod in capite sit cerebrum, ad acquirendam sapientiam organum praecipuum. Titulus autem iuxta Becanum suorum Hieroglyph. libr. 12. nomen est a lingua Cymbrica deductum, tutelamque capitis & defensionem significat. Indeque originem traxit nomen titulus, quod & libris conuenit. Sumiturque tunc titulus pro inscriptione. Sic Pilatus inscripsit causam mortis Christi literis Graecis, Latinis

tinis, & Hebraicis, vt omnib<sup>9</sup> nota fieret cōspectu primo. Hoc vero præstat in librisuo modo titulus, vt & autor & materia eius agnoscatur. In aliorum autem exēplū, quod apud nos solūmodo vocē præconis editur in propatulum, apud Romanos moris erat, lexque statuta vt per quem dāt titulum & inscriptionem, causa, ob quam puniebatur fieret manifesta. Vnde Caius Caligula (referente id Suetonio in eius vita) Seruum quemdam suum, ob laminas argenteas, quas fuerat furatus, præcisus manibus coramque eius pectore pendentibus, per conuiuia fecit distrahi, titulo, qui causam, damnationis eius continebat præeunte. Domitianus etiam Parmularium quemdam hoc inscriptionis titulo puniuit: Impie loquutus est Parmularius. Cumque circumageretur Attalus per theatrum iam morti destinatus, hic illi titulus est appositus: Attalus Christianus, id quod Eusebius refert libr. 5. Ecclesiastic. histo. capit. 3. & Nicephorus lib. 4. capit. 17. Ad eūdem ergo modum cruci titulum Pilatus affixit quem vel ex postulat, diuina id sic ordinante prouidentia, noluit abradere. Est ergo titulus idem quod inscriptio, quo modo sumitur in Psal. mis. 15. 55. 56. 57. & 58. & 59. vbi in Heb. est Michab, quod deriuatur à Catab, quod est scribere, iuxta Leonem Castrensem lib. 3. sui Apologet. Nam proculdubio videtur Septuaginta legisse Michtab, & non Michtam, id quod verterunt Stylographia Stylos autem Græcis idem est quod Latinis titulus Michtam Hebraica dictio, aurum significat, vel secundum quosdam margaritam pretiosam, aut diadema, aut aliud in signe segmentum: quo iuxta Iansenium innuebat Dauid, psalmos tituli similis ob eorum excellentiam sibi pretiosos esse. Et proinde dictione Græca recte intelligimus significari perpetua memoria celebrandos & retinendos, veluti inscriptionem tituli, quam ad perennem rei memoriam conseruandam fieri videmus. De quo iam aliquid diximus, & exēplum propè nos habemus in trophæis, quæ crexit Iulius Cæsar, in quibus victoriam, quam circa locum monasterij instituti Hieronymiani nomine Guisando de Pompeio retulit, tauris inscripsit lapideis, qui adhuc extant. Solebant & antiquo tempore Pyramides super sepulchra insignium personarum eleuari (vt Oleaster prodit in Genesim) sicut vsque hodie

Suetonius

Eusebius  
Nicephor.Psal. 15. 55  
&c.

Leo Castre.

Iansenius.

die (inquit) ostenditur super sepulchrum Iob. Quod profecto (si ita est) magnum esset argumentum contra infideles homines, qui fictionem putant esse historiam Iob, ipsumque non fuisse. Illud autem mysterio plenum est, quod Isaias capitul. 19. tempore Christi futurum prænunciens ait: *In die illa erit altare Domini in medio terra Egypti, & titulus Domini iuxta terminum eius & erit in signum & in testimonium Domini Exercituum in terra Egypti.* Id quod de titulo crucis Domini exponit non incongrue Lyranus. De quo & illud miraculum hic addere visum est, videlicet post trecentos & triginta annos adhuc integrum vna cum Dominica cruce ab Helena Constantini matre, in ruinis Hierosolymitanæ vrbs inuentum esse. Sed de hoc Symbolo satis iam sit dictum: breuiter que accipe aliud.

## TITVLVS PRO CVLTV DEI.

## SYMBOLVM. 10.

Non autem mihi videtur prætermittendum, sumi etiam in sacro sermone recondito titulum pro cultu Dei, modo veri, modo falsi. Nam in loco illo quem ex Isaiæ capitul. 19. proximo Symbolo iuxta Lyranum de titulo crucis Domini interpretabamur, cuius inuentionem Ruffinus narrat lib. 10. hist. Eccles. capitul. 8. etiam pro cultu veri Dei potest rectissime accipi, & pro altari eius erigendo in Hierusalem & prope Egyptum, in ipsaque Egypti terra futurum. Pro cultu autem falforum deorum inuenies sumi erectionem titulorum, quæ Leuiti. 26. prohibetur his verbis: *Nec facietis vobis idolum & sculptile nec titulos erigetis* Erat enim res suspitione plena apud Israelitas titulos erigere quâuis non ita fuit Iacob Patriarchæ qui in honorem Dei illum crexit.

DE



## D E C A S. VI.

LUCTA IACOB CUM AN<sup>94</sup>  
gelo, eius fuit animatio confortatioque  
contra Esau.

## SYMBOLVM. I.

**P**olliciti sumus antea cum de diuina custodia sermonem  
haberemus de Iacob lucta cum angelo, symbolum insti-  
tuere peculiare, vt & historię pondus & difficultas exi-  
git a nobis. Ecce iam implemus, quod Symbolo. 7. promisi-  
mus, in Decadē tertia. De illa igitur Symbolica lucta *D. Hieron*  
*Hieronimus* super Isaiam capitul. 49. expressis verbis ait ora-  
tione & non corpore fuisse celebratam. Et in lib. 3. Commen-  
tari. epistolę ad Ephes. idem docet, in illa verba, Non est  
nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem &c. Sequi-  
tus que hac in re videtur *Origen.* Hieronym. Origenem, qui antea in  
lib. 3. Periarchon, contra dæmonem luctatum fuisse Iacob  
habentem Angelum auxiliarem sibi, atque id esse cum An-  
gelo decertasse quod cum ipso esse in agone Angelum Iacob  
que adiuuare contra dæmonem, ex illo Pauli loco confirmas  
scripserat. De eodem sic scribit *Procopius* *Gaza.* Procopius Gazus super il-  
lum Pauli locum, ex epist. ad Eph. capitul. 6. Quidam, in-  
quit, vt ex docto quodam viro accepimus, confitentur, cum  
Iacobo concertasse diabolum in specie Esau volentem deuin-  
cere ipsum: cæterum ab Iacobo stetit angelum auxiliare:  
ob cuius auxilium nihil diabolus quiuit efficere. Ne igitur  
putaret Iacob propria virtute debellasse aduersarium, sed  
Angeli virtute adiutus, tactus est ei neruus & claudicatio  
subsequuta. Hęc *Procopius* *Gaza.* plane innuens luctam  
illam fuisse corpoream, si quidem tactum ait fuisse ei neruū  
& ex tactu fuisse claudicationem subsequutam, id quod ex  
textuliterę constat a parte. Quapropter *Theodorus* Hera-  
clez

clez episcopus, vt ex catena Græca Oecumenij, patet locum  
illum *D. Pauli* elucidas affirmat, Iacob verę & corporeę di-  
micationis complexu contra Angelum contendisse, qui qui  
de specie viri, & forma exteriori ad tēpus assumpta Patriarchā  
ad certamē mutuū prouocauerat. Et quāuis id incertum sit vt  
bene aduertit *Caietanus* tamē verosimilius est, Angelum fuisse  
se Iacob prouocatore m siue aggressore. An vero quū primum  
accessit, an præcesserit prius aliquid, salutatio videlicet mu-  
tua, vel aliud eiusmodi, quis definire potest? Quantum ego  
suspicio, aliquis inter eos sermo mutuus, vel confabulatio  
pugnam antecessit: ne repentina illa Angeli aggressio, plus  
nimio Iacob per terre faceret. Quod verō certamen illud cor-  
poreum fuerit sentiunt omnes fere Hebræi, Græci & Latini  
expositores, vt refert *Sixtus* *Senensis* lib. 5. suę Biblioth.  
annotat. 111. Monomachia item illa Iacob aduersus Ange-  
lum bonum fuit ipsius Iacob, ex communi interpretum con-  
sensu. Sed neque Angelus bonus Esau contra Iacob dimica-  
uit, vt ostendit *Abulensis* super Genesim. Ad quid enim An-  
gelus Esau potius, quam Iacob? Fuit vero Angelus custos  
eius, qui duellum illud Deo sic illi præcipiente iniuit, cum  
consolandi gratia. Tametsi enim firmissime perfiduciam, &  
spem tutam quam in Deo constituerat, adhærebatur ei, timo-  
re quodam humano, a facie fratris sui indignabundū formi-  
dabat. Quam vt ab animo eius expelleret, & relegaret Ange-  
lus formidinem, assumpsit corpus ita temperatū, & Iacob vi-  
ribus accommodū, vt inferior Angelus ipse in lucta do eua-  
deret. Vel (si manū) viribus corporis vsus assumptis est pro Dei be-  
neplacito, ita vt victus appareret. Id quod ego verius existi-  
mo. Cum enim (sic volente Deo) Angelus enixus est contra  
Iacob, neruū foemoris eius emat, eiecit fecit. Erat vero ner-  
uus ille (vt hoc nō omittere) ex tendix, vel os, in quo crus  
ipsum euoluitur foemori que connectitur. Nam dictio caph,  
quæ in Hebræo est cū multa significata in se cōuoluat, diuer-  
si modo exponitur ab interpretibus, Significat siquidē palmā  
seu volā manū, & pedis plātā, & os, in quo foemur & crō copulā-  
tur, quod latū neruū alij appellarūt foemoris ipsius. Videtur autē  
nobis quod nimio enixu os illud esuo motū fuit loco & (vt ita  
loquar) dislocatū fuit. Vnde aduenit Patriar. claudicatio Qua  
illi sig-

significatum fuit, non propria deuieturum virtute fratrem  
 sicut nec proprijs viribus Angelum deicit. Angelus quippe  
 se permisit vinci, ex iussu Dei vt ex victoria de Angelo rela-  
 ta, in eam, quã de fratre relaturus erat, erigeretur. Ad hunc  
 modũ exponũt S. Theod. disertissimus, Procopiusq; Gazeus  
 supra iã commemoratus. Neq; mihi placere potuit ratio quam  
 Gennad. apud Lippom. reddit, nimirũ, vt eius rei memoriam  
 feruaret apud se, claudicationẽ illi obtigisse. Credibile nam-  
 que mihi satis est, eũ fratrẽ suũ Iacob sanctus habuit: obuium  
 minime claudicasse; quoniã alias despectui à fratre pessimo  
 nimio haberetur: Causãq; claudicationis inquirẽdi proculdũ  
 bio, datã fuisse tanã. Minusq; Lyran. est audiẽdus, qui ob cre-  
 dulitatis defectũ, & ob culpã suã, claudicationẽ docet, Iacob  
 fuisse in poenã datã. Id enim falsum magis est, quã quod à no-  
 bis debeat refutari. Sed neq; cũ Burgẽsi, dũ literalẽ inuestiga-  
 mus sensũ, ad tropos & figuras nos decet cõfugere hac in par-  
 te. Constat siquidẽ ex superioribus, & corpore gestã fuisse luc-  
 tã, & insolatiũ fuisse. Iacob datã, vt & claudicatio cõsequẽs  
 esset ad victoriam, ne viribus suis plus iusto iustus fideret, de  
 Angelo vidẽse victorem euasisse. Et de Angelo ait Moses.  
 Qui cũ videret, quod eũ superare nõ posset, id est, qui cũ eũ  
 superare nollet, vt exponit Lyran. sicut & Mat. 13. dicit quod  
 Christũ in patria suã nullã poterat virtutẽ operari, hoc est, nole-  
 bat, impediẽte eius beneficentiã incredulitate eorũ. Prose-  
 quitur Moses. Tetigit nernũ foemoris, & statim emarcuit, id  
 est disglutinatũ est (vt ita dicã) quod significat Hebrẽũ verbũ  
 Dixitq; ad eũ. Dimitte me, iã enim ascẽdit aurora. Quod per  
 inde est ac si diceret iuxta Interlinearẽ: Iã est tẽpus vt ab in-  
 visibilibus ad visibilia descendas. Iter sume. Vel secũdũ alios  
 Aurora est, ne cernar ego ab alijs, qui me nõ digni sunt vide-  
 re in hoc assumpto corpore, dimitte me. Respondit: Nõ dimi-  
 tãte nisi benedixeris mihi. Magnũ vtiq; bonũ te videre est, ve-  
 rũ ate maiora spero. Ait ergo. Quod nomẽ est tibi, Respondit  
 Iacob. Nequaquã, inquit, Iacob appellabitur nomen tuũ sed  
 Israel, quoniã si cõtra Deũ fortis fuisti quãto magis cõtra ho-  
 mines præualebis? Nõ vocaberis iã Iacob, id est, supplãtator  
 quoniã in vtre superasti fratrẽ & ex Dei beneplacito bene-  
 dictionẽ Patris surripuisti: nõ erit deinceps iã hoc tuũ præ-  
 cipuum.

D. Theodo.  
Procopius.  
Gennadius.

Lyranus.

Burgens.

Lyranus.  
Bib. arch.

cipuũ nomen, sed Israel. Taxat D. Hier. in li. Hebrai. quãt. D. Hieron.  
 Philonem in li. de Abrahamã, & in li. de Hebraicorũ nominũ Philo.  
 interpretatione, nec non Euseb. Chrysof. & Hilar. (vt ad no- Sixtus.  
 tavit Sixtus Senens. li. 5. annot. 112.) quod male interpretati Senens.  
 fuerint nomen Israel, Patriarchæ impositum docentes. Vi-  
 rum vidẽtẽ Deum interpretari. Probatque ex scripturæ e-  
 tymologia ab Angelo data, & ex orthographia Hebraici no-  
 minis Principem Dei, siue Rectum Dei significare. Diuer-  
 sis enim literis nomen Israel scribitur. Atque his plane ver-  
 bis (vt in historia procedamus explicacione) finem sui ad-  
 uẽtus & colluctationis cũ Iacob, quem iam exposuimus, An-  
 gelus expressit: nequaquam, inquit, Iacob appellabitur no-  
 mentuum, &c. Negare autẽ nõ possumus, Iacob fuisse, &  
 oratione vsũ fuisse, id edocente Osea capit. 12. Fleuit, in-  
 quit, & rogauit eum. Neque enim cum Iudæis de lachry-  
 mis Angeli Esau ineptẽ interpretabimur. Nam tametsi Mo-  
 ses lacrymas Patriarchæ non commemoret, Oseæ dicenti  
 fidem tenemur adhibere, vt Euangelistis tacentibus lacry-  
 mas Christi in cruce, ex Paulo ad Hebræos. 5. illas perdid-  
 cimus. Fuit ergo pugna illa nõ solum corporea, sed spiritua-  
 lis, & corpore & spiritu Iacob contra Deum, id est, contra  
 Angelum ex iussu Dei dimicantis præualuit. Quare maio-  
 ris in diuinis adipiscendæ cognitionis gratia, secundum  
 Chrysostomum dixit: Dic mihi, quo appellaris nomine, vt  
 honore prosequar te ob tantum beneficium. Respondit An-  
 gelus: Cur quæris nomen meum? Id est, secundum Caieta-  
 nũ, Quid ad te de nomine spectat cognoscere? Vel iuxta S.  
 Cyril. Cur quæris nomen meũ, cum Deo, in cuius, nomine  
 ego venio, nullum sit ei proprium nomen? Sed & Beccanus  
 in sua Hermathena lib. 1. docet, nec ipsum Iehouah esse no-  
 men proprium Dei, & secundum quosdam, suam non duce-  
 re ab Hebræo originem. Vnde & Trismegistus Deum ano-  
 nymum vocat, & S. Clemen. Alexan. li. 5. Stromat. late pro-  
 bat nõ tantum ex dictis Philosophorũ & Poetarum: Sed ex  
 sacris id ostendit literis. S. item Aug. dicit, Deum nullis ver-  
 bis proprie exprimi posse & D. Iusti, martyr docet Deo mi-  
 nime visum vt sibi ipsi nomen daret. Quid vero nomen Dñi  
 significet in Sacris, alibi cõmodius explicabitur. Nunc hi-  
 storiam

Judic. 13.  
Lippoman.

storiā prosequamur. Quid quæris nomē meū, quod est mirabile? Ex Judic. 13. c. id additum est, vt docet Lipp. Magistri Hebræorum sic legunt. Quid quæris nomē, quod est occultum vel quod est ignoratum? Sed ipse Lippo. nescio quid hic affert, de nomine Adonai reuelado. Moyfi: Si alludit (vt videtur) ad nomē ineffabile Dei Iehouah; in quo Hebræi dicunt (vt scribitur in libro Nizahō & refertur à Lactatio) quod Iesus sua miracula faciebat, adduntque quod & Moyfes, nō ita est solida doctrina, vt à tanto viro, sic locus intelligi debeat, vt de nomine quodā arcano & Moyfi manifestado, interpretetur eū. Nomē enim suum quod aperuit Deus Moyfi miraculorum ego intelligo potētīā, quā nō ita Patribus illis antiquis reuerauit & explicuit, atque Moyfi cōtra Pharaonē. Quod, si nomē occultum & ignoratum iuxta Rabbinos est, 14 ideo potius est inquirendum, cum de ignotis & occultis non autem de apertis soleamus interrogare. Admirabile est profecto nomē Dei, vt propheta dicit psal. 8. in vniuersa terra. Quoniā ex creatione mundi, Dei nomen & notitia redditur admiranda. Sic vel ex cognitione sui solum, in extasim velut raptus aiebat idem vates, Mirabilis facta est scientia tua ex me id est, ex cognitione mei. ipsius, vel vt alij volunt, præ me, id est, supra me & supra id quod valeo apprehendere. Id quod verba sequentia explicat. Confortata est & non poterō ad eam. 15

Psal. 8.

Psalmo. 138. Vel nomen suum dixit Angelus mirabile, ex officio suo & dignitate. Vel denique, quoniā nomen vnum Christi ex Isaiā est, Admirabilis, Deus, &c. Et benedixit ei in eodem loco id est, foelicia & fausta precatus est vel pollicitus in nomine Dñi. Sed quid benedicere in sacris significet suo in loco elucidabitur. Verumq; de lucta sensū iā lector cognoscet ex autoribus decerptū. Nūc, quoniā iā de custodia Dei & Angelorū egimus, ad ordinē Symbolorum, quæ de stellis sunt, reuertamur, qui nō sine occasione à nobis intermissi fuit 17

LUCIFER REX ASSYRIORVM

seu Archidamō dicitur.

SYMBOLVM. 2.

VEN<sup>o</sup> (vt auctor est Alexand. ab Alex. dierū gen. l. 6. c. 4.) a pud diuersos, nomina est fortita diuersa. Dicta enim fuit.

- 18 fuit Cypris, Adonis, Verticorda, Aphradite, ab Assyrijs Mellita, ab Arabibus Alitta, à Græcis Pitho: ab Eleis Vrania, à Scythis arginipasa, à Cyprijs Barbata etiā calua armata, Pandemus, apostropha, & Callipigos: à Thebanis Præpotēs, à Persis quoq; Mitra appellata est. Habet etiā Scriptura sacra suum nomen, nimirum Lucifer. Adonisque est amasius eius qui Hebraice vocatur Thammuz Ezechiel. 8. c. Ezech. 8. Habent verò hæc Veneris nomina Etymologicā rationem suam. Nam vt in vno, vel altero exemplū apponamus Aphrodite dicebatur ab Aphros quod spumam significat quoniam ex maris spuma fuisse exortam Venerem finxerūt Poetæ. Lucifer autē vocatur, vt est in cœlo planeta quintus & mane apparet quasi lucem ferens. Verū ad vesperum appellatur vesper vel Vesperugo, siue Hesperus: ad quam nominis rationē videtur alluisse Plato in epigrammate, quod deperiens Luciferū lusit à nobis superius commemorato cum demonstrarem, in Sacris Christum stellam nuncupari matutinam In suo influxu valde Ioui similis est planeta Venus, vt docet Ptolomæus 20
- Qua propter Fortuna minor appellatur. Semper comitatur Solem, maneque præuenit eum, & Vespere subsequitur color eius delectabilis, candidus & micans videtur, de argē tatusque cum pallore auri iuxta Marcianum. Tantusque est Veneris splendor, vt cum aer serenus est habeat vmbra ipsa suam si corpusei opponatur. Malitiam Martis temperat clementia sua, auctore Ptolomæo. Sed vt ad rem iam propius accedamus, quod Græci (vt Abulens. auctor est super Genesim) Hesperum vocant, nos lucis magnitudinem dicimus, & in Sacris Regem Nabucho donosor significat Isaiæ. 14. capit. Et iuxta D Hieronymum, quamuis communiter accipiatur ibi pro dæmonū maximo qui inter omnes creaturas intellectuales (si rerum naturam solum perspiciamus) est præstantior secundum D. Greg. & Magist. sent. in 2. d. 6. Dæmonas autē è cœlo lapsos Isaias illis verbis significat, si sequamur istā expositionem, id quod etiam in antiquis Pherecydis traditum est literis. Qui & ait: Ophioneum vocatum, hoc est Dæmonium cum serpentem, qui antesignanus fuerit agminis à Deo deficiente. Dæmones quoque inferiores Iouē ad inferna deturbasse, in mystèrijs Ethnicorum exploratum est. Sed & aper- 21

Plato.

Marcianus

Ptolomæus

Abulens.

Isaiæ. 14.

D. Hieron

D. Gregor.

Mag. sent.

Pherecydes

tius iuxta Pythagoræ doctrinam quæ fractis alis, animam la-  
bi è cœlo fingit, & in nouem gradus distribuit, tanquam no-  
uenarium Angelorum chorum dæmonum lapsus edocetur. 22  
*Plutarchus* Quin & in sermone qui est de fœnore Plutarchus, Empedo-  
clem eiusmodi lapsum nouisse significat, vbi ait: Semel illa  
queatum euadere non posse, verum oberrare per ipse ac dæ-  
mones à Deo fugati, è que cœlo dati in præceps apud Empe-  
doclê. Quos æther ad maris ima deturbarat, illo ad terrâ reie-  
tante, hacque rursus extimulante in altum, qui illinc mox  
alio contruderentur. Sed & Poetarum princeps *Homerus*, 23  
*Besario.* Bessarionis Cardinalis doctissimi id. explicante sententia,  
*Card.* vel quod eminebat naturæ sublimitate poeta, vel quod Mo-  
saica introspexisset modo aliquo sacraria, sub Atis nomine,  
quam interpretari possumus noxam, vel detrimentum, Lu-  
ciferi de cœlo lapsum Iliados vnde uicissimo nescientibus de-  
*Lactantius* monstrauit. Luciferi autem nomine se velle vocari. A polli-  
nem Smyntheum ex Lactantio lib. 1. diuinarum. institutio-  
num cap. 7. colligere licet, qui dæmon cum preces rogatus  
expromeret ab hoc versu exorsus est: 24

*Concentus mundi Lucifer & sapiens dæmon.*

Ceterum sua confessione in alio responso, quod edidit, se  
pœne sempiternæ & flagellis veri Dei subiacere dixit in  
hunc modum.

*Dæmones, qui ventitant circa terram & circa Pontum  
Indefessa domantur sub flagello Dei.*

Casum igitur Luciferi ex Ethnicorum audisti literis à  
*Luce. 11.* Cælio adnotatis Rhodigino. Hunc nos Beelzebub sacro  
in sermone existimamus appellari verbis illis, *In Beelzebub  
principe dæmoniorum, eiecit dæmonia*, De quorum intelligen-  
tia verborum, iam superius aliquid perstrinximus. Illius lap-  
sum vere putant fere interpretes intelligi ab Isaia in preci-  
puo etiam literæ sensu illo in loco: *Quomodo cecidisti Lu-  
cifer qui mane oriebaris? Vbi alia litera habet, Fili auro-  
ræ corruisti in terram qui vulnerabas gentes. Verum si de-  
sensu literæ agamus, sententia ista mihi non satisfacit. Tam-  
et si enim verissimum sit indiuidua scriptura secundum Ti-  
*Ticonius.* conij regulas, sæpe ab vna persona in aliam fieri trāsitum, &*

à membris ad caput, vel è contra, tamen hac in parte non  
videtur ad literam de Lucifero accipiendum, quod *Isaias*  
prodit sub nomine Regis Assyriorum, sed sermo est de Baby-  
loniorum Rege & non de Archidæmone. Namque (vt opti-  
D. Cyrillus  
27 me docet *Cyrillus* lib. 2. in *Isaiam*) propheta comparat &  
componit Babylonium cum Lucifero, ex eo quod, vt Lu-  
cifer est inter astra primus, qui etiam lucente sole ma-  
ne micat, sic erat clarus imperio inter alios principes  
Rex Assyriorum. Accommodatur autem alio in sensu  
locus iste dæmonum maximo, qui cum inter Angelos  
primus erat in ima corruit cum sequacibus erroris sui.  
D Hieron.  
28 Diuus etiam Hieronymus in sensu historię ita locum in-  
telligit, vt *D. Cyrillus*. Nam super *Isaiam* capitul. 19.  
ita inquit. *Moris est scripturarum obscuris manifesta subnec-  
tere, & quod prius sub anigmatibus dixerat, aperta voce pro-  
ferre. Vnde Isaias capitul. 18. cum interitum comminatus esset Æ-*  
Isaiæ. 18.  
*gyptijs dicens: Væ terræ vmbraanti alis, quæ est trans flumina  
(id est trans Nilum) Æthiopiæ, quæ mittit in mare legatos,  
& in vasis papyri super aquas. Et postea capite. 19. manifestio-  
rem faciens sermonem, ad ipsam loquitur Ægyptum, & in onere  
deserti maris post modicum ostendit se de Babylone loqui. Et Isaiæ.  
39 14. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? &c. Et  
subdit, Sic eueniet, vt conteram Assyrium in terra mea, & in mō-  
tibus meis concubecem eum. Hæc *D. Hieron.* De quo sacræ scrip-  
turæ more plura ex eodem inuenies in *Isagoge* nostra Prin-  
18. Quare ex subsequētibus ostēditur *Isaiam* loqui de Assy-  
rio, vel de Rege Assyriorū. Sed & ex anterioribus id ego de-  
monstrabo. Dixit quippe *Dominus* ad *Isaiā*: *Et erit in die il-  
30 la cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo* (alloquitur que *Is-  
raelem*) & à concussione tua, & à seruitute dura, qua ante seruisisti  
*sumes parabolam istā contra Regē Babylonis, & dices, Quo modo  
cessauit exactor, quieuit tributum: &c.* Vides ergo, vt tota pa-  
rabola ad Regem spectet Babyloniorum. Et omnium in ore  
uersa tissimum illud est, & iam cœu in prouerbum venit,  
quod ex ante cedentibus & subsequentibus tollitu rambigui-  
tas, omnis. At ex anterioribus & posterioribus, iam indicatū  
est sermonē habere illustre vatē, cōtra Assyrium siue cōtra  
Regē Babylonis. Superest ergo hęc esse sentētiā probabi-  
liorem.*

liorem. Verum si quis aliam magis amplectatur, non cum eo contenderim. Illud vnum certum sit, sermonem esse sub appellatione Luciferi, vel de ruina Archidæmonis, vel potius de Regis Assyriorum casu.

## LUCIFER STELLÆ IPSÆ

*vel tempus, vel omnis creatura.*

### SYMBOLVM. 3.

Psal. 109.

**A** It sanctus vates Dauid Psal. 109 introducens in modū dialogismi patrem summum suum coæqualem alloquētem filiū, *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te.* Cuius versus intelligentia, ex quatuor Symbolis dependet. Nempe, quid sit vterus Patris, quid illud principium simultaneum filio, & quid ante Luciferum, & quid etiā sit, in splendoribus sanctorum, explicare oportet. Et in primis ex Leone Castrensi

Leo Castr.

in li. 1. sui Apologetici supponendum est titulum huius psalmi esse, Psalmus Dauidis, & non psalmus Dauidi. Quamuis enim Dauid hunc composuit psalmum non de se composuit, sed de Christo, vt Christus ipse explicuit cum dixit: *Quo modo ergo Dauid in spiritu eum vocat Dominum &c.* Et Paulus ad Heb. 1. *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis?* Et in cap. 10. *in sempiternū sedet in dextera Dei de cetero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.* Et 1. Corint. 15. *Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius.* Non ergo psalmus iste dedicatus fuit ab alio Dauidi sed ab ipso Dauidē Christo consecratus fuit. Neque obstat quod in Hebræo sit Le Dauid, nam tametsi articulus le, datiuo casui tribui possit, in casu etiā inuenitur gignendi vt hoc in loco accipi certū est. Ex his videtur effici, quod psalmus sit de Christo filio Dei. Hic est autem, qui ante Luciferū dicitur genitus, id est ante omnes stellas per Synedochē vel ante omnem creaturam, vel ante omne tempus, vt sentiunt antiqui patres. Nam licet Misahar sit idem, quod ab

Matth. 22.

sed de Christo, vt Christus ipse explicuit cum dixit: *Quo modo ergo Dauid in spiritu eum vocat Dominum &c.* Et Paulus ad Heb. 1. *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis?* Et in cap. 10. *in sempiternū sedet in dextera Dei de cetero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.* Et 1. Corint. 15. *Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius.* Non ergo psalmus iste dedicatus fuit ab alio Dauidi sed ab ipso Dauidē Christo consecratus fuit. Neque obstat quod in Hebræo sit Le Dauid, nam tametsi articulus le, datiuo casui tribui possit, in casu etiā inuenitur gignendi vt hoc in loco accipi certū est. Ex his videtur effici, quod psalmus sit de Christo filio Dei. Hic est autem, qui ante Luciferū dicitur genitus, id est ante omnes stellas per Synedochē vel ante omnem creaturam, vel ante omne tempus, vt sentiunt antiqui patres. Nam licet Misahar sit idem, quod ab

Hebr. 1.

sed de Christo, vt Christus ipse explicuit cum dixit: *Quo modo ergo Dauid in spiritu eum vocat Dominum &c.* Et Paulus ad Heb. 1. *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis?* Et in cap. 10. *in sempiternū sedet in dextera Dei de cetero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.* Et 1. Corint. 15. *Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius.* Non ergo psalmus iste dedicatus fuit ab alio Dauidi sed ab ipso Dauidē Christo consecratus fuit. Neque obstat quod in Hebræo sit Le Dauid, nam tametsi articulus le, datiuo casui tribui possit, in casu etiā inuenitur gignendi vt hoc in loco accipi certū est. Ex his videtur effici, quod psalmus sit de Christo filio Dei. Hic est autem, qui ante Luciferū dicitur genitus, id est ante omnes stellas per Synedochē vel ante omnem creaturam, vel ante omne tempus, vt sentiunt antiqui patres. Nam licet Misahar sit idem, quod ab

1. Corint. 15

sed de Christo, vt Christus ipse explicuit cum dixit: *Quo modo ergo Dauid in spiritu eum vocat Dominum &c.* Et Paulus ad Heb. 1. *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis?* Et in cap. 10. *in sempiternū sedet in dextera Dei de cetero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.* Et 1. Corint. 15. *Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius.* Non ergo psalmus iste dedicatus fuit ab alio Dauidi sed ab ipso Dauidē Christo consecratus fuit. Neque obstat quod in Hebræo sit Le Dauid, nam tametsi articulus le, datiuo casui tribui possit, in casu etiā inuenitur gignendi vt hoc in loco accipi certū est. Ex his videtur effici, quod psalmus sit de Christo filio Dei. Hic est autem, qui ante Luciferū dicitur genitus, id est ante omnes stellas per Synedochē vel ante omnem creaturam, vel ante omne tempus, vt sentiunt antiqui patres. Nam licet Misahar sit idem, quod ab

sed de Christo, vt Christus ipse explicuit cum dixit: *Quo modo ergo Dauid in spiritu eum vocat Dominum &c.* Et Paulus ad Heb. 1. *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis?* Et in cap. 10. *in sempiternū sedet in dextera Dei de cetero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.* Et 1. Corint. 15. *Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius.* Non ergo psalmus iste dedicatus fuit ab alio Dauidi sed ab ipso Dauidē Christo consecratus fuit. Neque obstat quod in Hebræo sit Le Dauid, nam tametsi articulus le, datiuo casui tribui possit, in casu etiā inuenitur gignendi vt hoc in loco accipi certū est. Ex his videtur effici, quod psalmus sit de Christo filio Dei. Hic est autem, qui ante Luciferū dicitur genitus, id est ante omnes stellas per Synedochē vel ante omnem creaturam, vel ante omne tempus, vt sentiunt antiqui patres. Nam licet Misahar sit idem, quod ab

sed de Christo, vt Christus ipse explicuit cum dixit: *Quo modo ergo Dauid in spiritu eum vocat Dominum &c.* Et Paulus ad Heb. 1. *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis?* Et in cap. 10. *in sempiternū sedet in dextera Dei de cetero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.* Et 1. Corint. 15. *Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius.* Non ergo psalmus iste dedicatus fuit ab alio Dauidi sed ab ipso Dauidē Christo consecratus fuit. Neque obstat quod in Hebræo sit Le Dauid, nam tametsi articulus le, datiuo casui tribui possit, in casu etiā inuenitur gignendi vt hoc in loco accipi certū est. Ex his videtur effici, quod psalmus sit de Christo filio Dei. Hic est autem, qui ante Luciferū dicitur genitus, id est ante omnes stellas per Synedochē vel ante omnem creaturam, vel ante omne tempus, vt sentiunt antiqui patres. Nam licet Misahar sit idem, quod ab

au-

aurora, vt verterunt Rabbi Abraham, & R. Iehuda, & R. Selomoc, tamen Septuaginta ante Luciferum translulere, qui bus videtur credendū & non Iudæis. Vt enim autor est Aristoteles in proœmio Rhetorices ad Theodecten, illa legis interpretatio est præferenda, quæ ante litis ortum orta est, & facta. Et editio Septuaginta in teptem trecētis annis Christi Domini præcessit aduentum. Et quidem post lites, in seruitur passionibus.

R. Abraham  
R. Iehuda.  
R. Selomoc  
Aristot.

## PRINCIPIVM SEV PRIN

<sup>36</sup> *cipans, vel liberalis sacra Trias.*

### SYMBOLVM. 4.

**E**xplicemus & particulam illā, Tecū principū, S. Athanasius libr. 1. de fide isto probat ex versū quod Pater est in Filio & ab æterno genuit eū. S. Cyril. in illud Ioā. c. 23. Principiū, qui & loquor vobis docet verba esse Patris ad Filiū, perinde ac si dicat filio pater. Tecū o fili, sum pater in coeternitate diuinitatis S. Theod. de curādis Græcorū affectionibus, de principijs agēs asserit patrem quidē & filiū Spiritū que sanctū esse principū, vnū quidē & nō tria sicut nō tres dij, sed vnus. Litera autem Hebraica sic habet: Himeca Ne dabo. Significat autem Himeca tecum & Nebabot principantes liberales, vt colligitur ex Symmacho in capitul. 32. Isaia super illa verba, Princeps vero ea, quæ sunt digna principe cogitabit, & ipse super duces stabit. Potest itaque versus iuxta Leonem Castrensem sic transferri Tecum principantes liberales, id est, tecum pater & Spiritus sanctus, qui hic liberales adiectiue dicuntur. Et quidem S. Chrysostomus in Genesin. 19. homil. 44. dicit gratiam Spiritus sancti liberalem esse, vt pote quæ super omnes spargitur, vnde optime interpretati sunt D. Hieronymus & D. Augustin. Tecum pater & spiritus sanctus, iuxta illud, *An non credis quia ego in patre & pater in me est?* Sed Septuaginta mysteriū sacrae Triadis nō cōmittebāt rudi populo, ac proinde translulere pro eo quod est Principantes & liberales, I archi id est

D. Athan.  
D. Cyrillus

D. Theodor.

Symmachus  
Isaia. 32.

Leo Castre.

D. Chrysof.  
D. Hieron.  
D. Augus.

Plato.  
 D. Chrysof. 39  
 Rom. 11.  
 1. Petr. 2.  
 1. Petr. 1.  
 1. Cor. 6.  
 Colof. 2.  
 R. David.  
 R. Abraham. 42

Tecum principium. Vocantur autem principantes & liberales adiectiue, quoniam (vt autor est Plato) Deus amore & liberalitate sua creauit omnia. S. item Chryostomus docet, quod liberalitate Domini nos redempti sumus, & in filios adoptati, non autem merito nostro. Sicque dicit fides Pauli, *Quod si ex operibus, iam non ex gratia.* Mera, scilicet, & prima, quæ sine ullo præcedenti merito nostro, liberaliter impartitur nobis. Liberalis itaque Deus est, qui cum largitur non exprobrat, & dat omnibus affluenter, & non impropere aperit manum suam & omne animal implet benedictione. Plena sunt sacraria vetera & noua diuinorum Theologorum liberalis Dei præconijs. Et illud elogium Petri, quo nos vocat, *populum acquisitionis*, satis explicat Dei liberalitatem, si satis explicari potest. Gratis autem uenundati sumus sub peccato, & sine argento etiam redempti, pretio illo magno, quod pro nobis in se ipso persoluit Christus delens chirographum nostrum. Sed de hoc amplius Symbolo sequenti dicemus. Porro qui uolunt Dauidi applicare, psalmum 109. legunt unum punctum, *mutantes, Hameca, id est Populus tuus, & Nedabot, id est, liberalitatum*, ut illi interpretantur. Id quod est autorem psalmi dicere ipsi Dauidi, iuxta R. David & R. Abraham, *Populus liberalis te sequetur cum exercitum magnum aduersus Saulem duces, o David.* Verum sensus expositus ex patribus, & alius ille de liberalitate, amplissimaque Dei manu, qui uterque in titulo Symboli insinuatur est amplectendus. Nunc aliud non ab simile Symbolum addatur.

### O E C O N O M U S C H R I S T U S

& Oeconomia Verbi Dei incarnatio, quod fuerit summa liberalitas.

### S Y M B O L U M . s.

**I**n summa sui ipsius communicatione ad extra (vt Theologi nostri loquuntur) quæ fieri potuit, in incarnatione, scilicet, apparuit maxime benignitas Dei & liberalitas. Amor

mor enim fuit & largitas summa, patrem non parcere proprio filio suo, sed pro nobis omnibus peccatoribus tradere illum, adeo Deus dilexit mundum. Erat Verbum diuinum summum bonum, & cum hoc suapte natura sit sui ipsius diffusiuum, uti Dionysius Areopagita docuit, oportuit se ipsum ad extra summo quo poterat communicare modo, & unione maxima se copulare. Idque insinuat Symboli nostri titulus. Ad cuius exactam intelligentiam supponendum nobis illud D. Pauli ad Ephe. 1. c. erit: *Qui prædestinauit, inquit, nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum &c.* Vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum (hoc est in incarnatione) instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & quæ in terra sunt in ipso. Vnde cõtat non solum incarnationem à D. Paulo dici dispensationem, sed etiã uniuersalẽ dispensationem cum per eã alkerat uniuersa instaurata fuisse, quæ in cælis, & quæ in terra sunt. Deinde Oeconomia siue dispensatio domus ex D. Tho. 2. 2. q. 48. est prudentia reãtiua multitudinis unius familiæ, cuius finis est vltimus, totum bene viuere se cum domesticã cõuersione, ut ipse met docet ibidẽ q. 51. a. 3. Cũ uero ad bene uiuendum secundum domesticã cõuersionem requiratur primũ instauratio eorũ, quæ lapsa sunt, sic uerbum diuinum prius uoluit instaurare ante omnia, quæ lapsa erant, quã super ea ædificare. Hoc autem fecit per incarnationem, ut Paulus non obscure insinuauit. Sed quæ in cælis & in terra sunt per incarnationem instaurata fuisse his uerbis docet Capreolus. in. 1. sent. d. 43. q. 1. ar. 2. ad 2. Aureoli contra. 8. conclus. Falsum est (inquit) quin Sol & Luna, & ceteræ mundi partes principales sint melioratæ ex Christi incarnatione, aut in re aut in specie. Omnia enim elementa mundi, & cælum in futuro innouabuntur, & in melius mutabuntur propter bonum hominis beati, ut probat S. Tom. 1n. 4. d. 47. q. 2. ar. 1. & 2. & 3. & 4. Et quia Christi incarnatio fuit causa tam glorificationis hominis, quam innouationis mundi, ideo innouata specie humana per incarnationem innouatæ sunt aliæ partes mundi principales, quæ sunt de perfectione eius tanquã in sua causa. Hæc Capreolus ille Thomistarum facile princeps. Verissimum ergo est, quod per incarnationem creauit Deus, ut uerbis Ioãnis

2. Pet. 3. nis vtar coelos nouos, & terrā nouā, & in staurauit quæ in ipsis  
 Ephes. 1. sunt, vt Paulus docet. Est itaque incarnatio Christi œcono-  
 Agatho. mia Dei quædam vt eam vocant Agatho papa in. 6. Synodo  
 D. Damas. generali actione. 4. & Damascenus cap. 1. tertij de fide & D.  
 D. Gregor. Nazianzenus Gregorius in sermone. 2. de paschate, & Iusti-  
 Naz. nus martyr in expositione fidei. Hi omnes appellant incar- 48  
 D. Iustin. nationem Verbi, dispensationem domus. Vnde & Chris-  
 Matth. 10. tus se facit œconomum in Euangelio, & Paulus minis-  
 Lucæ. 14. tros commemorat & dispensatore s mysteriorum Dei e-  
 & 22. uangelij disseminatores. Videndus est de mysterij huius  
 1. Cori. 4. munificentia D. Pater noster Bernardus serm. 3. super Cant.  
 D. Bernar. in fine & D. Chrysof. super Psal. 96. & D. Gregor. lib. 6. Mo- 49  
 D. Chrysof. ral. Et ex Doctoribus Scholasticis D. Tho. de potentia Dei  
 D. Gregor. q. 6. a. 2. & Picus Mirand. de dignitate hominis Et Marfilius  
 D. Thomas in. 1. q. 1. ar. 2. P. Suarez tom. 1. in. 3. p. q. 1. disput. 3. Sectio. 3.  
 Picus. qui hanc Dei liberalissimam dispesationem recte extollunt  
 Marfil. Adiciamus ex D. Augustino (si eius tamen opus est) qui ex-  
 D. August. plicans illud Apocalyp. 12. Et apertum est templum Dei in  
 cœlo, aperta esse mysterio incarnationis Christi intelligit in  
 ecclesia & patefacta, quoniam velut ostium omnium incar-  
 natio fuit

*VIRTVS FILII ET SANCTO-  
 rum splendor ad resurrectionem mortuorum, & ad  
 aternā Verbi generationē accommodatur.*

## SYMBOLVM. 6.

D. Hieron. S Hieronymus & S. Augustinus, & alij illud in splendori 50  
 D. August. bus sanctorum sic exponunt. Tecum principium in die  
 virtutis tuæ in splendoribus sanctorum, id est, quando  
 mortui resurgent stellis lucidiores videbunt te, o Deus fili,  
 esse in patre, & patrem in te in die virtutis tuæ, hoc est, quā  
 R. Abraham. do ostenderit virtutem tuam mortuos suscitans & iustis di-  
 R. Iehuda. cens, venite benedicti & c. Rabbi Abraham & Rabbi Iehuda  
 ablata forte litera, Men, &, Iod, transferunt, In pulchri- 51  
 tudinibus sanctitatis, id ad Dauidem referentes hoc modo:  
 Hoc

Hoc erit tibi, o Dauid, merito pulchritudinum sanctarum  
 quæ fuerunt in te ab vtero matris tuæ, qui agnouisti creato-  
 S. Prosper. rem tuam cum trium esses annorum. Ecce vt solent, ad fabu-  
 las conuertuntur. S. Prosper Aquitanicus super hunc locum  
 ad gloriam beatorum illud in splendoribus accommodat. Et S. Clement  
 S. Clemens in epistol. 1. ad Iacobum fratrem Dñi ab ore Petri  
 Rom. accepta ad generationem Verbi aternam videtur referre. De  
 qua iam accipe.

52 *EX VTERO DEI GENITVS  
 Christus.  
 SYMBOLVM. 7.*

S Athanasius li. 1. de fide ex hoc versu (vt diximus) pro-  
 bat aternam Christi generationem. Et D. Hilar. li. 12.  
 de Trinit & S. Irenæus li. 3. c. 6. & S. Theod. de curad.  
 D. Athana. Græcorum affection. lib. 2. de principijs. S. item Ambros. li.  
 D. Hilar. 4. de fide. c. 4. exponitque vterum esse intellectum paternum.  
 D. Irenæus. Et in lib. de benedictionibus patriarcharū c. 11. docet hic de-  
 D. Theodo. clari duplicem in Christo naturā, alterā quam habuit à pa-  
 D. Ambro. tre, & a matre quam habuit alteram. Tertullianus aduersus  
 Tertullian. Marcionem li. 5. c. 17. exponit sic. Ex vtero, id est, ex solo vte-  
 53 ro, alioquin, quis nō nascitur ex vtero? Exponit enim de tem-  
 poranea natiuitate Christi, sicut & D. August. & Ambro. S.  
 D. August. Athan. contra Arrianos in illud, Deus est Verbum ex Deo,  
 D. Ambro. videtur hanc expositionē refellere. Verum solum eos recusat  
 D. Athan. quo de tēporaria tātum Christi generatione hoc putabant in-  
 telligendū. Præcipue nāque Sancti docent ex hoc loco aternā  
 Christi generationē & accessorie tēporalē. Illaque verba  
 54 Talleca, id est, Ros tibi iuxta lectionem Aquilæ, Symmachi  
 & Theodoti. tātū aternæ Christi generationi licet nō cōue-  
 Aquila. niant, tamē ipsi magis videtur cōsentanea. Nā vt habet Isaias  
 Symmacus. Theodotio. c. 26. filio Dei loquēs) Quia ros lucis ros tuus, & terrā gignit de  
 Isaiæ. 26. traves in ruinā. Procop. docet sic. Ros vni genitus filius Dei est.  
 Procopius. stillat guttis vinificatiuis. Ante luciferū ergo ros tibi, o fili Dei  
 id est, vis illa viuificandi, quia sicut pater habet vitam in  
 semetipso, sic dedit filio vitam habere in semet ipso. S.  
 Epiphanius libr. 2. contra hæreses in capite, quod  
 est

est contra Paulum Samosatenum dicit, quod in Hebræo est iuxta lectionem septuaginta, & in Græco non vere habetur. 55  
 Debet autem sic legi, si puncta mutantur, & Iod in fine ponatur Mire hē; id est, ab utero Misahar, id est, ante Luciferum iudæica, hoc est, genui te. Quæ sētētia valde probatur Leo. Caf. Nec durū tibi videatur puncta mutare, cum D. Hieron. tempore, rarissime inueniebantur eodem autore in epistola ad Euagrium. Et super Jerem. c. 9. in illa verba, Hæc dicit Dñs &c. docet, quod verbum Hebraicum, Dabar, solum triplici cōsonāte scribitur, scilicet, D, B, R, Et super illud Abach. 3. Ante faciem eius ibit mors, dicit quod loco, Mors, sunt tres illæ literæ D, B, R, posseque legi Dabar, Daber, Deber, diuersis maxime significationibus. Atque in c. 26. Isaiæ, illo in loco Mortui vitā non videbunt asserit loco verbi Hebræi esse tres has consonantes Z, G, R, & si legimus zaçar, masculinū inquit, significamus, si autē Zecer memoriā, sepeque hanc regulam tradit D. Hieron. Vocalibus, ait, Iudæi perarar vtuntur, & pro voluntate lectoris, voces Hebræas diuersis sonis & accentibus proferunt. Et in Jeremiā loco à nobis supra citato, inquit, quod verbum Hebræum quod scribitur tribus literis D, B, R, si legamus Dabar sermonē significat, si Deber pestē, si Daber loquere. Vnde suspicari possum⁹ Iudæos prohibito suo & ad suā desideria magistros coaceruantes mutasse puncta. Nam ex lectione cuiuscunque interpretis, quæ puncta sequatur facillimū est dignoscere. Scio quibusdā persuaderi non posse Hebræo textū Hebræū corrupisse ex malitia & odio in Christianos, verū id ego facile crediderim. Nā qui cōtra Dñm ausi sunt, multo magis in eius scripta præsumēdi sunt in odiū eius audaces & temerarij. Quid quod Abulē. 2. parte super Euse. c. 124. ingenuè cōfitemur, quod generatio Chainā erat in Originali Hebræo, instar cuius suā trāslationē fecerūt Septuaginta, postea vero scriptorum incuria vel errore, defecit in exēplari quod D. Hierō. sequutus est. Atque inde euenit, quod generatio Chainā in nra vulgata nō sit, cū tamen a S. Luca ponatur, qui verū Septuaginta exēplar est adeptus: nec mirū est hoc inquit Abul. quoniā etiā post trāslationē a D. Hier. factam, nūc temporis in Hebraicis exemplaribus de sunt alij versus, qui in lectione D. Hier. inueniuntur

Leo Castre.

D. Hieron.

Abulens.

tur. Nā Iosue vicefimo primo c. videmus speciatim & ad lōgū refertur quod Israelitæ traderūt Leuitis quadraginta & octo ciuitates, nominantur que quas singulas dederūt quæque tribus iuxta vulgatam lectionē nram. At in Hebræis exēplariibus, non ita speciatim tot ciuitates reperiūtur, neque quod singulæ tribus tribuerint ciuitates. Quapropter R. Abrahā Abenezra, & R. David Kimhi fatētur quod necessario est dicēdū Hebraica exēplaria etiā post D. Hier. tēpora esse defectuosa. Nō ergo mirādū si & antē D. Hiero. tēpore corrupta fuisse dicamus. Hęc fere Abulēns. Et profecto maior est malitia Hebræorū & oscitantia nō minor quā nostrorū. Quid ergo, Fatebor ego Vulgatā nostrā vitiatā magis esse, quā exemplaria Hebræorū? Nō equidē crediderim. Sed de his hætenus. Alij versus sic trāsferunt: ex utero ab aurora fuit tibi ros natiuitatis tuæ. Et sic exponunt, id est, gratiæ illæ, quæ tibi data sunt à patre contigerunt tibi ab utero natiuitatis tuæ, sicut quotidie ab aurora nascitur ros. Vatabl⁹ ita interpretatur  
 62. *Apostolus ait, O Christe spōtanei tecū erūt principii diuulgādi Euāgelii, in die virtutis tuæ, id est, in die quo mundū tibi inimicū subieceris. In splendoribus sanctorū, id est, sanctitatis in Hierusalē vrbe splēdida tibi primū illucescere cepit Euāgelii, quia ex utero, id est ex mea substātia genui te ante Luciferū, id est, ante omnē creaturā.* Ad hoc vltimum patres superius citati, & S. Theod. Caieta. ad cōuersionem Gētiam in die aduentus Spiritus sancti videtur referre sicut & alij plures. Cornelius Iāf. hęc cum Flaminio dicit esse optimā interpretationē, Natiuitas tua ex utero erit tibi, sicut ros ex aurora. Sed de hac dicemus in Symbolo, Aurora beata Virgo Maria. Tertul. & vuluā cordi patris tribuit aduersus Praxeā, quāuis de temporaria Christi natiuitate exponat locum lib. 5. aduersus Marcio c. 17. Et sane verbum illud, Rehē matricem mulieris significat, Potest itaque tribui natali Christi qui fuit ante Luciferum diei nunciū. Sic accipit S. Prosper qui in persona Davidis accipi posse verba illa dicit, Ex utero ante luciferum genuite, quod ex utero virginis ex Davidis prosapia fuerit natus, ante Luciferum. Verū de generatione eterna & dictum in persona patris visus est accipere Christus arguens contra incredulos He-

R. Abenez.  
R. David.

Vatabl.

Theodoret.  
CaietanusIansen.  
Flammini.

Tertullian.

S. Prosper.



He. Genes. Tecū principū explicat. i. principat<sup>9</sup> vel regnū  
Et pictura ( inquit ) est elegat Regis sacra maiestate pleni.

D. Theodo. Quibus verbis, vel ad regnum Christi post resurrectionem  
Genebrar. vel ad secundum eius aduentum ( ex Theodoro ) respicit.  
Vbi & Genebrardus Masoretas taxat, qui Hammecha per  
Pathah legentes sententiam obscurant. Sanctorum id est  
rerum sanctarum in neutro genere esse docet, hoc est in splēdo-  
ribus & pulchritudinibus maiestatis tuæ. Illud ex vtero ad  
æternitatem Christi refert in processione ex patre. Legitque  
Ex vtero ab aurora tibi est ros adolescentiæ tuæ. Per roremque in-  
telligit suauitatem & hilaritatem, florēq; iuuentutis, quē ha-  
bebat diuina sapientia ante omne tēpus & stellas iuxta illud  
Pro. 8. Ludēbā coram eo omni tēpore. Et Mic. Egredus eius & c.  
S. Clemens Sed dicamus cū S. Cle. in. epist. i. ad Iacobum fratrem Dñi. Ne  
Rom. quærat<sup>9</sup> quo modo genuit filiū, quod & Angeli nesciūt. prophetis  
incognitum est. Vnde illud dictū est. Generationē eius & c. Nec De<sup>9</sup>  
a nobis discutiendus est sed credendus qui in nobis ipsis nescimus quod  
sapimus quo modo sapientia ingenium, intellectus aut consilium,  
aut mens nostra generat verbum. Sed sufficit nosse, quia lux genuit  
splendorem sicut ait Propheta, in splendoribus sanctorum & c.

LUCIFER DIVINA CLARI-  
tas vel Christus, vel omnia felicia.

SYMBOLVM. 8.

2. Pet. 1.  
Georg. Bul  
locus  
Liranus.  
Dionys.  
Carta.

Hoc, vel ex superioribus constare poterat, verum lu-  
cis maioris gratia, & hoc dicamus. Ait D. Petrus E-  
pistola. 2. c. 1. Donec dies elucescat & Lucifer oriatur in  
cordib<sup>9</sup> vestris, Id est Christ<sup>9</sup> secūdu Georgiū Bulloēcū in sua oe-  
conomia cōcordatariū. Vel diuinæ gloriæ claritas iuxta Li-  
ra. Dionysius Carthusian<sup>9</sup> vtramq; expositionē amplectitur  
Cū ergo Lucifer sit Christ<sup>9</sup>, & stella matutina, & de māna  
illo dicebatur quod oportebat præuenire Solē id est, vigila-  
re ad benedictionē Dei & ad orientē lucis adorare Deū, id est  
gratias ei agere pro beneficijs ab eo acceptis, vt habetur  
Sap. 16. multo magis oportet præuenire Luciferum ist-  
tum & media nocte surgere cum Propheta ad cōfitem dum  
ei, Porro apud Iob capit. 11 Saphar Nehamites dixit  
Si ini-

Si iniquitatem, quæ est in manu tua abstuleris à te, & eris stabilis  
& non timebis, & quasi meridianus fulgur consurget tibi ad ves-  
peram, & cum te consumptum putaueris orieris, vt Lucifer,  
Prosperum rerum omnium denotat successum. Vt verum  
fit quod Paulus ait. Omnia iusto cooperari in bonum: Nam &  
ex lapsu in miseriam, ad maiorem consurgit felicitatem:  
non vt Lucifer dæmon qui ruit, & non surgit.

STELLA CELEBRI-  
tas iustorum.

SYMBOLVM. 9.

Optimo sane iure Tyrius ille Platonius sermone. 24. Tyria.  
famam & nominis celebritatem, lucis, claritati com-  
parauit. Quid enim quæso magis illi simile. Pretiosa  
quidem lux est, sed non minus nominis claritas, quam lumi-  
nis, adeo, vt magis eligat quis oculo carere vtroque, quam  
infamiam incurrere. Diuitiæ nerui sunt rerum, ait Bias a-  
pud Diogenem Laertium lib. 1. sed. Melius est bonum nomen  
quam diuitiæ multæ, ait Salomon. Videtur tibi aurum pul-  
chrum. Sed non est pulchrum, diuitem esse, sed diuitem esse  
è rebus pulchris, ex Sophocle apud Volaterra. Audi Sapien-  
tem præ admiratione exclamantem, O quam pulchra est  
casta generatio cum claritate. Claritas autem nominis quid  
est, nisi quædam lux & splendor, qui se per omnium ocu-  
los & aures humanas diffundit, itque reditque viam ab  
ore ad aures, & ab auribus per hominum volitat ora. Be-  
ne quidem D. Augustinus libro. 2. contra Academ. fa-  
mam mille pollere luminibus commemorat. Stella autem,  
quæ luminis fons est, celebritatem & claritatem fig-  
nificat. Est & apud Grammaticos & Theologos asteril-  
cus claritatis nota & insignioris cuiuspiam rei. Illi  
enim apponere solent ijs, quæ in carmine optimè se ha-  
bent, quæque cuiusdam stellæ imagine collescant, quo-  
niam appositè omnia & opportune promantur: isti

Dd

vero

vero dictionibus & sententijs diuinæ scripturæ, quas p̄iō  
res interpretes omiserunt, posteriores vero interpretes,  
ex Hebraica veritate restituerunt. Veluti in translatio-  
ne D. Hieronymi apud Osæam asteriscus præfulgens  
illi sententiæ. *Ex Egypto vocavi filium meum*, apud  
Theologos notat, eam fuisse à septuaginta interpretibus  
prætermittam, & demum fuisse à D. Hieronymo suo  
loco repositam. Sed & in operibus Platonis apponebatur  
hæc nota ad dogmatum approbationem. Neque præter  
rem est, quod cum Dionysij apud Syracusanos tyranni ma-  
ter in aluo continens, visa sibi fuisset Satyriscum eni-  
xa, Galeotæ Siculi coniectores explicuerunt somnum  
præsignare filium eius clarissimum Græciæ sydus, ad diu-  
turnum cum fortuna futurum. Hinc & Naso ad Maxi-  
mum de Pont. scribens Sydus Fabiæ Gentis vocat eum.  
Dicit & Pierius hoc modo libro. 44. titulo celebritas. In  
diuinis quoque literis doctorum & pietate insignium vi-  
rorum lumina per stellas significantur, vt apud Danie-  
lem: *Docti tanquam stellæ fulgebunt*. Et quæ progenies A-  
brahæ promissa diuinitus est tanquam stellæ, non tam ad  
numerum innumerabilem refertur, quam etiam ad rerum,  
quibus posterî eius illustrandi essent, claritatem. Præci-  
pue vero hyades in huiusmodi Hieroglyphicum delectæ,  
vt admonet Eucherius: siquidem ortu suo solent pluuiam  
inducere, atque ideo per id sydus, sacræ disciplinæ Do-  
ctores interpretantur. Hæc Pierius, illud Danielis. 12.  
capite quod adducit, ad fulgorem patriæ videtur referen-  
dum. Vt & illud Pauli, *Stella ab stella differt in claritate*.  
Stellæ autem datæ sunt Ahrahæ in signum non solum cla-  
ritatis istius beatificæ, quam promittebat Deus filijs A-  
brahæ veris, sed & innumeræ multitudinis, vt superius a-  
bunde ostendisse me memini, Rabbi Salomon mysterium  
inuenit in hoc, quod aliquando stellis, aliquando pulueri  
assimilat Deus genus Abraham. Et hoc ait fuisse ad desig-  
nandum eos qui ab Abraham descenderant, cum legem  
seruarēt, vt stellas in orbe futuros præclarissimos, cum vero  
ab ea desciscerent, vt vilem puluerem atterendos & æstimā-  
dos. Verum, quare pulueri terræ comparauerit, nimirum ob  
multi-

D. Hieron.

Naso.

Pierius.

Eucher.

Dan. 12.

R. Salom.

73

74

75

multitudinem, planissima res est. Facit & ad nostrum Sym-  
bolum quod sapiens de Oniæ, dicit, filio Simone. *Quasi stella matutina in medio nebule, & quasi luna plena in diebus suis, &c.*  
76 Ad ce. ebritatem eius exprimendam, & sanctitatem. *Eccles. 50.*

77

VERITAS CHRISTVS EST  
SYMBOLVM. 10.

Veritas vnum est ex nominibus Christi, quibus ipse  
se nominauit. *Ego sum* (Inquit apud Ioannem) *via, ve-  
ritas, & vita*. Claudamus Decadem hanc hoc dulci  
Symbolo. Quid enim dulcius, quam ducem nostrum Chris-  
tum nec falli, nec fallere posse? Verè Pythagoras apud Sto-  
bæum dixit rem Deo similem facere homines cum verita-  
tem exercent. Nam vt veritas (autore Seneca epistol. 80.)  
in omnem partem sui eadem est, ita Deus semper, & omni-  
no idem est, & vbicumque. Et quemadmodum ex Menan-  
dro apud Stobæum venit veritas interdum in lucem non  
quæsita, ita Deus venit in vterum Virginis absconditus  
Deus & latens, *Venit in propria, & sui eum non receperunt*. Nā  
veritas odium parit, *Venit in mundum, peccatores saluos facere*,  
Qui eū non quæsierant. Et ipsa veritas aiebat ad apostolos:  
*Nō vos me elegistis, &c.* Et iuxta fidem, prius nos Deus amat,  
quam eum amemus, & prius nos derelinquimus Deum,  
quam ille nos deserat, Sic etiam, vt veritas dicitur tempo-  
ris filia, quod temporis successu patefiat, ita & veritas Euan-  
gelica patefacta est & Christus hominibus reuelatus. Et ita  
D. August. 18. de ciuit. Dei capite. 36. non videtur impro-  
babile Esdram prophetasse, vel (si mauis) illum qui Esdræ.  
3. lib. capite. 3. & 4. veritatem omnium victricem dixit. Sic  
aiebat veritas discipulis suis. *Confidite quia ergo vici mundum*.  
Denique vt bias impio quærenti. Quid est pietas? nihil res-  
pondit, silentij causam quærenti dixit. Quia de rebus ad  
te nihil pretinentibus quæris, ita Christus Pilato  
non respondit falso iudici quærenti.  
Quid est veritas.

Eccles. 50.

Ioan. 1. 4.

Pythago.

Seneca.

Menand.

Ioan. 1.

Ioan. 15.

D. Aug.

Bias.

Ioan. 18.

Dd 2

DEC.

## DECAS. VII.

IGNOTVS DEVS HEBRÆORVM Deus verus.

## SYMBOLVM. I.



Hucusque de luminariis diei & noctis & alijs veluti annexis rebus Symbola texuimus, nunc ne lectori fastidio simus, vt se se offerant Symbola admiscebimus. Erat Athenis ara, (vt ex Actōrum. 17. capite. constat) cuius erat inscriptio, *Ignoto Deo*. Ex qua inscriptione occasionem sumpsit Paulus & exordium ad concionem, quam habiturus erat in Areopago, ac si diceret. Res ipsa studium que vestrum fores mihi aperit, ad exponendum vobis rem nouam simul & antiquam vobis, antiquam, vt pote quam apud vos constare video, nouam quippe, cuius cognitione & certa ratione caretis. Quam Athenienses nimia superstitione adducti supposuerunt altari, quod extruxerāt inscriptionem, ne vllus Deorum illis irasceretur ob spretam religionē & cultum eius. Ita Oecumenius. Quem crederent esse hunc Deum ignotum nō satis constat, crediderim tamē ego Deū Hebræorum sibi ignotum & occultum hac inscriptione significasse. iuxta illud: *Vere tu es Deus absconditus, Isaiā. 45.* Et apud Lucanum.

Oecumen.

Isai. 45.  
Lucanus.

Lucianus.

*Incerti Iudæa Dei.*

Et Lucianus in dialogo, cui titulus est Philopatris, ita inquit.

*Per Deum ignotum Athenis.*

Ibidemque dicit. Nos autem Athenis Deum ignotum inuenientes & adorantes manibus in cœlum expansis, huic gratias agemus. Et hoc altare Ignoti Dei videtur describere Statius lib. 12. Thebaidos.

Statius.

*Vobis fuit media nulli concessa potentum  
Ara Deum. & c. (Deorum) Et inferius dicit.  
Nulla autem es figies nulli commissa metallo.*

Forme.

*Forma Dei. (Idest nullum idolum).  
Mentes habitare & pectora gaudet.*

83

Hoc proprium est veri Dei nostri. Sed venit hora (ait Christus Samaritanæ) quādo veri adoratores adorabunt patrē in spiritu & veritate. Huius sententiæ est D. Aug. qui tom. 7. cōtra Cresconium Grammaticum li. 1. c. 29. ita de Paulo inquit. *Quid eis predicare cupiebat. nisi vt eundem Deum, quē præter Ecclesiam ignoranter, atque inutiliter colebant, in Ecclesia sapienter & utiliter colerent.* D. Aug. sequitur Leo Castrē. li. 4. Apolo. & Galarza Episcopus li. 4. institut. & Arias Mont. in Acta cap. 17. Videndus etiam est Mag. Hist. Schol. in Actibus Apost. c. 93. qui cum viderunt tenebras in passione Christi causam ignorantes Athenienses, Deum naturæ patri existimantes, aram ignoto Deo instituisse docet.

Ioan. 16.

D. Aug.

Leo Cast.

Galarza.

Episcopus.

B. Arias.

Mag. Hist.

Schol.

84 *SUSIMMUNDITIÆ, VEL  
Idolatria potius Symbolum erat.*

## SYMBOLVM. 2.

Multis sciscitatum video, quare fuerit Hebræis suilacaro esui interdicta. Et quidem quidam dicunt, ne ab eis adoraretur, vt Deus ob saporem nimium, quem reddit, salita si sit potissimum. Alij vero, vt Lactantius lib. 4. de vera sapient. c. 17. & S. Clemēs Alexandri. lib. 5. Stro mat. pro causa reddunt, huius animalis voluptati & otio dediti, & luto & immunditijs & ingluuiei, significationem. S. Thomas. 1. 2. q. 102. art. 6. ad. 1. in eam sententiam inclinatur, vt dicat: ob nimiam humiditatem, & quia ex immundis cibis aluntur & in eis versantur suillas prohiberi carnes. Tertullianus ait, ne lepræ eis afferrent, qua frequenter laborant quamque suillæ carnes inducere dicuntur. Procopius vero quonia m suam comedebant Ægyptij, eumque vehementer desiderarunt in deserto, (vt quidam referunt,) per fidi Hebræi. Mahometus equidem à Iudæis, vt eis placeret, quoniā in cōdenda lege ex lex ille à Iudæo adiutus est, interdi-

Lactan.

S. Clem.

Alex.

D. Thom.

85

Dd 3

Etum

Etum illud porcinarum carniū sumpsit, sicut & à Christi  
colis nostris etiam, quod à Sergio monacho hæretico fuerit  
edoctus, quāuis ipse Gabrielē Archangelū causabatur plu-  
ra sumpsit, legique admiscuit sue. Et pro prima sententia fa-  
cit q̄ procliues erant maximè Hebræi ad idolatriam. Nam  
quamuis Ægyptijs suilli pecoris abomināda detestatio est  
86 (vt Cælius est autor lib. 18. cap. 37. & tanta, vt si quis tran-  
seunter villo modo belluam attigerit, è vestigio cum indu-  
87 mentis omnibus, in flumine alluitur, subulci que interdici-  
tur templis vniuersis, nec per connubia quispiam cum eis  
affinitates conciliat, tamen Libero ac Lunæ suem immolāt,  
nec suillam carnem à mensa reijciūt. Et ex eodem Cælio li.  
25. ca. 26. à suillo pecore immolationes in sacris duxere ini-  
tia prima, vnde sues olim dicti Thyæ à sacrificio vsu. Et in  
nuptiarum ritus idem aduocatur animal. Sed & in Creta sa-  
crum credebatur animal hoc suillū, quoniam nascenti Ioui  
sus mammam submiserit, ac grysmo, idest, grūnitu pueri  
vagitum audiri vetuerit. Quare non mirum est, si dicant do-  
cti homines, ideo prohibitam fuisse suillam carnem, ne ado-  
raretur sus animal ab eis, vt erant ad idolatriam propensi.  
Nam & sic lex intelligenda est de lepra domus. Leuit. 14.  
quia nimirum circa illam Penates suos & Lares colebant.  
Ethnici, vt author est D. Tho. 1. 2. q. 102. a. 5. ad. 4. dijs suis,  
quod ex abundantia humiditatis, vel siccitatis proueniebat  
tribuentes. Alioqui enim quid sibi volebat cura tanta, de pa-  
rietum corrosione & lepra. Verum quod dicitur ne obni-  
miam carnis dulcedinem ab eis adoraretur prohibitam fuis-  
se, non satisfacit. Pro secunda sanctorum sententia illud  
est, quod alijs in sacris scripturæ locis immunditiam de-  
signat spiritualem, vt apud Sapientem, *Circulus aureus  
in naribus suis, mulier pulchra & fatua*. Et illud in episto-  
la. 2. D. Petri. capite. 2. *Sus lota in volutabro luti*. Sed  
& Græci præpingues vocant Sialos, idest, porcos. Et ab  
hoc præcipue brutino genere inuenit Cælius vbi supra hye-  
mustiam pro suilla inconcinnitate, & pro inscitia, sicut &  
hyeniam pro fatuitate. Nam Hippocratis filij, vt incom-  
89 pitis moribus à comicis profcinduntur, dicti suem respere.  
Reinde Aristophanes: Hippocratis filios exhibebitis, te-  
que.

Cal. Rhod.

Prou. 11.

2. Pet. 2.

que vocant blitomamam, idest, fatuum. Et Saluianus.  
90 Massiliensis Episcopus vbi de prouidentia agit, illud Sapiē-  
tis. *Circulus aureus in naribus suis, &c.* ad Christi nomen  
habentem & Christiano homine digna non facientem ope-  
ra, sed indigna, accomodat. Quare non immerito Sancti pa-  
tres voluptatis Symbolum & immunditiæ suem existima-  
runt. Ad hoc est & Horatianum illud: quo pro pingue & vo-  
luptuosum ponit,

S. Saluiam.

*Epicurea de grege porcum.*

Epicurus enim putabatur in voluptate foelicitatem statuis-  
se. Suillæ autem carnes quamuis ex immundis rebus alan-  
tur & in immundis versentur, nocuæ non sunt ex se, sed ex  
accidenti. Videtur autem mihi ideo suillam carnem esui  
Hebræorum interdixtam fuisse, quoniam ab ethnicis idolis  
91 immolabatur & colebatur. Itaque in detestationem Idola-  
triæ, vt & alia animalia prohibita sunt, interdictus est por-  
cus. De quo & vide Princip. 23. in Isagoge.

LUCERNA PRO  
posteritate.

SYMBOLVM. 3.

Voce Domini ad se dicentis ait Dauid Psalmo. 131. *Psal. 131.*  
*Illuc producam cornu Dauid, parauit lucernam Chri-*  
*sto meo.* Vbi secundum phrasim Hebraicam, lu-  
cerna accipitur pro filio, vel posteritate. Sic accipitur  
frequenter in sacris literis. Nam, vt lucerna vna suc-  
cedit alteri conseruans lumen, sic succedit patri filius in  
esse & in vita, & in bonis etiam. libro. 3. Regum, ca-  
92 pite. 11. ad Hieroboam dicitur: *Filio eius* (nempe 3. Reg. 11.  
Salomonis) *Dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid ser* 2. Para. 21.  
*uo meo cunctis diebus.* Et 15. capite. de Abia legis: *Propter Da-*  
*uid, Dedit ei Dominus Deus suus, Lucernam in Hierusalem,*  
*&c.* Sic & 2. Paralipo. capite. 21. de Achab scriptum est:  
94 *Noluit autem Dominus dis perdere domū Dauid propter pactum,*  
D d 4 quod

*Prouer. 24.* quod inierat cum eo, & quia promiserat quod daret ei lucernam. &c. Sic & Prouerb. 24, cum legis, *Lucerna impiorum extinguetur*, Accipiunt quidam ita ut idem sit quod, *Semen impiorum peribit*, Ex Ps. 36. Sed pro felicitate eorum & arrogantia accipitur.

*LUCERNA IMPIORVM*  
Felicitas caduca & fluxa.

*SYMBOLVM. 4.*

**L**Vx gratissima est omnium oculis hominum, ac proinde foelicia significat, ut habitum est iam, sic & lucerna foelicitatem exprimit in arcano sermone ita legis Prouerbio. 13. *Lux iustorum latificat, lucerna autem impiorum extinguetur.* Quæ verba vltima habentur. capite. 24. Et capite. 21. explicat Sapiens quæ sit impiorum lucerna dicens: *Exaltatio oculorum & dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum.* Vbi exaltatio oculorum superbia est, ut & Prouerbiorum. 6. per oculos sublimes exprimitur idem. Dilatationem autem cordis idem etiam arbitror designari. Coniunguntur enim ista duo Psalmo. 100. *Superbo oculo & insatiabili corde, &c.* Fateor & in bonam partem accipi, de quo sequenti Symbolo. Sed ad foelicitatem impiorum pertinet, quod extinguendam ante mortem denotat Iob. 18. *Nonne lux impij extinguetur, nec spendebit flamma ignis eius. Lux obtenebrescet in tabernaculo eius & lucerna quæ super eum est extinguetur.* Et capite. 21. *Quoties lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio.* Quod si in hac vita bonis abundant omnibus, delicijs affluunt & rerum omnium copia, & à fructu frumenti vini & olei sui multiplicatur, tamen, *Cum intrierit impius, non sumet omnia,* (Ait Dauid Psalmo. 48.) *Neque descendet cum eo gloria eius. Vidi impium.* (Ait etiam.) *Superexaltatum, &c.* Et illud Iob. *Et in puncto ad inferna descendunt.* S. Nilus in capitulis Paræneticis hypocritis minatur dicens: *Va hypocrita.* (Et rationem reddit,) *Quoniã cum*

*cum venerit iudex, aries lupus esse demonstrabitur.* Et sanè cum punctum indiuisibile sit, rectè Iob, *Gaudium, ait, hypocrita ad instar panis.* Job. 20.

*CORNU POTENTIA*

*Et maiestas Regia & præcellens.*

*SYMBOLVM. 5.*

**C**Ornu ut tradit Goropius Becanus lib. 13. suorum Hieroglyphi corum (cõmuniter vtebatur antiqui, quoniã in agris erat inuentu facile in ipsoque semina olerum seruabantur, & ipso lac catulis porrigebatur: & denique omnium instar vasorum erat. Et ita ut excellentissimum, quoniã est antiquissimum, dicit estimandum esse, & quoniã ad optimam effectum est ideam. Sua enim figura donorum Spiritus sancti effusionem significat, quæ ab vno spargitur & diffunditur in omnes. Vnde hic autor deducens nomen cornu à lingua sua materna Cimbrica ab He-or en- de ducit illud, quod alti principij finem denotat. Necnon adducit illud de cornu Amalthes, quam Ethnici nutricem Iouis appellant. Amalti sua lingua, Fundebam omni tempore significare dicitur, ac proinde gratiæ Spiritus sancti symbolũ esse docet. Nutricẽq; Iouis appellatã asserit, non quod Iouem nutrierit, sed quod nutriendis hominibus à Ioue fuerit perfecta. Ex his intelliges, quare filia altera Iob cornu stybij fuerit vocata lege Principium nostrum. 19. Dicit & Becanus quod altare Mosis, quatuor habebat cornua, ut iniret, quod tandem tetragona & perfecta vita ad quatuor mundi cardines à Spiritu sancto esset diffundenda. Sed ad rem propius accedentes ob hæc & ob alia cornu potentiam figurat, & maiestatem siue altitudinem. Nam Reges in Israel cornu olei vgebantur. Vnde est illud, *In cornu filio Isaiæ. 5. olei.* Ad hoc est. 1. Reg. 2. *Et sublimauit cornu Christi sui.* Et 1. Reg. 2. Psal. 91. *Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum.* Et Lucæ Psal. 91. 1. *Et erexit cornu saluis nobis,* Et alibi sapè.

LAVARE CORAM MULTITUDINE MANUS, EST INNOCENTIAM TESTARI.

## SYMBOLVM. 6.

Euthymius

**A**ntiqui, inquit Euthymius Psal. 25. Quando volebant se alicuius sceleris esse innoxios contestari, coram multitudo manus lauare solebant, vt ex illa manuum munditia animæ

Matth. 27. puritate significarent, quemadmodum fecisse legimus Pilatum in

Psal. 25. Christi nece. Et in Psal. 25. legimus. Lauabo inter innocentes

manus meas, Contestans me scelerum omnium, quæ dicta sunt innocentem esse. Lauare enim in sacro eloquio puritatem

Isaia. 1.

animi denotat, id enim exigebat Deus cum dicebat, Laua-  
mini, mundi estote, &c. Id quod male intelligentes Iudæi ad

lotiones manuum confugiebant & accusabant discipulos.

Ierem. 2.

Ad hoc est & illud Ieremiæ, etiam si laueris te in nitro, &c.

Ezech. 36.

Sed & Dominus dicit per Ezechie. Et effundam super vos  
aquam mundam, &c. Meminit huius Symb. Pierius. Habent

& Saraceni vel potius Agareni superstitiones suas lotiones,  
à Phariseis desumptas, quibus ineptè scelera putant ablu,

eo quod à Mahometo impio & exlege, illis imperatae sint.

Erat insuper antiquis mos lauandi pueros, quoniam salubre  
id putabant. De quo vide Cælium Rhodig. libr. 6. cap. 11. &

Princip. 33. num. 45.

DEMERGI IN MARE LI-  
gato saxo magnam arguebat culpam.

## SYMBOLVM. 7.

D. Hieron.

**A** pud veteres Iudæos (ait Hieronymus Matth. 18.) Mos  
erat, vt ingentium peccatorum perpetratores, in profundum  
ligato saxo demergerentur. Hoc est, quod dicitur. Qui scan-  
dalizauerit vnum de pusillis istis, expedit ei, vt suspendatur mola  
asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Quia mul-  
to melius est pro culpa breuè recipere pœnam quam æternis  
seruari cruciatibus. Vnde antea dixerat, vt mudo, id est, orbi  
malo,

malo, ab scandalis id est, propter scandala. Væ minatur Ge-  
hennam ex Chryso. Vt vel hoc colligatur, quam grauis cul-  
pa sit, ponere offendiculum infirmis in via Domini. Sunt  
quippe qui alios exemplo suo ad malum prouocant, procul-  
dubio ministri & filij tenebrarum. Mirè pondus scandali ex-  
pendit D. Paul. toto ferè cap. 14. ad Rom.

D. Chryso.

3. SEPTEM DIES FES-  
ti nuptiale tempus olim.

## SYMBOLVM. 8.

**S**eptem diebus (ait Augustinus lib. 1. q. in Genes. q. 89. & D. Aug.  
D. Hieron. ibidem. Solent nuptiæ celebrari in scripturis, D. Hieron.  
vt Genes. 29. Imple hebdomadam dierum huius copulæ, id est, Genes. 29.  
transcant septem dies festi Lix. Et iudicum. 14. ostenditur San-  
son fecisse potum septem diebus. Hoc Symb. ideo à me adiectum  
est, non quidem ob difficultatem, quâ præ se ferat, sed vt ri-  
tus nuptiarum antiquus & veneratio magis innotesceret.  
Vxor nomen (aiebat Aelius Verus Cæsar apud Spartia.  
in eius vita,) nomen dignitatis est, non voluptatis. Vxor est,  
velut maris domus: & cum vir nō duxit eam, est sine domo,  
contra vero cum duxerit, Hispanè dicitur, Cassate. Et quem  
admodum, qui alienas dirumpunt domos & intrantelancu-  
lum, maxima sunt digni pœna, sic & multo magis, qui alienas  
aggrediuntur vxores. Hispanismus autem noster quod  
dicitur, Cassate, videtur in scriptura fundatus, quæ dicit, &  
ædificauit costam quam tulerat de Adam, &c. cū dedit Deus  
Adæ Euam & domum dedit. Tenetur autè vir curare & ser-  
uare domum suam, & illa virum solum admittere.

4.

PORTA VRBIS IUDICII LOCVS.

## SYMBOLVM. 9.

**S**criptura (vt autor est Hieronymus Zachar. 8)  
Locum iudicij semper ponit in portis ciuitatis, ne cogeretur  
agricola intrare vrbes, & aliquod subire dispendium, iudices in por-  
tis residebāt, vt tã vrbanos quã rusticos in exitu & introitu vrbis  
audiret, & finito negotio, vnusquisq; cõfesti ad sedes suas reuertere  
Ita

D. Hieron.

Deut. 16.

Ita

Amos. 5.  
Ezech. 40.  
S. Theod.  
Philippus  
Presby.  
Psal. 126.  
D. Hieron.  
Psal. 121.  
Iob. 5.  
Iob. 31.  
Prou. 31.  
Deut. 25.

D. Greg.

Ita etiam habet Amos. 5. & Ezechie. 40. & S. Theodoretus Amos. 5. Et Philippus presbyter lib. 1. in Iob. cap. 5. in expositione illius loci, *Conterentur filij eius in porta. Quod & in geminat lib. 2. cap. 29. Hinc constat ut intelligantur multa loca. Psalm. 126. habetur. Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis. Hoc est, ex filijs robustis, qui sunt velut sagittæ in manu potentis. Nam D. Hieronymo idem est, filij excussorum, & filij robustorum. Et subdit, Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Similiter psal. 121. Quia illic sederunt sedes in iudicio. Ad idem alludit. Ita & Iob. 5. ca. Conterentur in porta & non erit qui eripiat. Et. c. 31. Et Prouerb. 31. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Et Deuteronomij. 25. capite ita habes: Si noluerit accipere uxorem fratris sui, quæ e lege debetur, pergēt mulier ad portam civitatis, & interpellabit maiores natu dicens, &c. Huius rei aliam affert rationem (si tamen aliam dicere possumus) D. Grego. lib. 19. Moral. cap. 11. dicens: Mos veterum fuit, ut seniores in porta consisterent, & causas introeuntium iudicarent, quatenus tāto esset pacificus urbis populus, quanto ad hanc discordes ingredi non licebat.*

*BARBAM CAPVT QVE RA-  
dere & cinere caput perfundi luctus indi-  
cium fuit.*

*SYMBOLVM. 10.*

D. Hieron.

**V** Bique in sacro eloquio (vt D. Hierony. Isaiæ. 15. c. prodit) Per hec, magnitudo ostenditur mæroris. Vnde dicit Isaias cap. 15. in cunctis capitibus Caluitium & omnis barba radetur. Et Ierem. cap. 48. contra Moab ait: Omne caput caluitium & omnis barba radetur, & in cunctis manibus colligatio, & Theophyla. super omne dorsum cilivium. Et Theophylactus Matth. 11. Saccus, inquit, Penitentia symbolum est. Lugentes videmus cinerem & pulverem super capita spargere. Sic inquit Dominus, si in Tyro facta fuissent virtutes, quæ in vobis, olim in sacco & cinere pæ-

nituis-

7 nituisent. Et Gregor. 2. Moral. c. 11. Et Basil. Psal. 29. in postremis verbis. Vide Isaiæ. 3. n. 24. & 15. 23. n. & 22. n. 12. Et Ierem. 16. n. 6. & 45. n. 5. & 48. n. 37. Ezechiel. 7. n. 18. & 27 n. 31. Et Amos. 8. n. 10. & Michææ. 1. n. 16. Deuterono. 33. ait  
8 Moyses: De cruore occisorum & de captiuitate, nudati inimicorum capitis. Vbi Chaldaus Paraphrastes habet: Auferam coronas de capite hostis, & inimici. Posuit autem coronam pro coma, quæ pro corona hominibus est, vt forte ibi Ezechiel. 24. Corona tua, circumligata sit tibi, id est; Comam non radas, quamuis vxortua animam efflauerit, id quæ in more sit & vitatum. Erat & supplicij & contumeliæ nota. Quæ propter Rex Ammonitarum nuntios Dauid decaluauit. 2. Paralip. 19. & 2. Esdræ. 13. Vide. Et obiurgauit eos & maledixi & decaluauit. Et Isaias capite. 7. Symboli huius significationem aperte exponit dicens. In illa die radet Dominus, &c. Sed & modo apud Turcas obseruari audio; vt qui reus mortis est, barba rasa prodeat; illamque radi, signum sit mortis certissimæ & proximæ.

**DECAS VIII.**

**10 PILOSI DÆMONES.  
SYMBOLVM. 1.**



**P** In sacris literis in malam accipiuntur partem pilosi. Nam inter bestias, quæ desertam & vastam Babylonem erant habitaturæ, enumerantur pilosi. Ait enim Isaias cap. 13. Requiescit ibi bestia, & Isaiæ. 13. replebuntur domus eorum dæmonibus & pilosi saltabunt ibi. Et Isaiæ. 34. cap. 24. Pilosus clamabit alter ad alterum, ibi cubabit Lamia, &c. D. Hieron. D. Hieronymus Isaiæ. 13. dicit pilosos vocari ibi spectra quædam & simulacra dæmoniorum, horribilibus figuris deformata. Et septuaginta loco pilosorum, dæmonia transfulerunt. Et Leuitic. 17. vbi nos legimus; Non immolabunt ultra victimas dæmonibus, in Hebræo ad verbū est, pilosus, Et Cyrillus & Procopius idē ipsum accipiunt Isaiæ. 13. & D. Tho. & Hugo & Dionysius & alij. Nam tamen si Aymō & Vatablus ibi dicant esse Faunos & Satyros, eodē tēdūt. Verū quod Fauni & Satyri certo dæmones sint, mihi videt Barthomeus Anglicus lib. 18. cap.

D. Greg.  
D. Basil.  
Isaiæ.  
Ierem.  
Ezech. 8.  
Amos.  
Mich.  
Deut. 33.  
Chald.  
Parap.  
Ezech. 24.  
2. Paral. 19.  
2. Esd. 13.  
Isai. 7.

cap. 79. refert Glossam dicentem, esse Pilosos istos, monstra quædam; quæ superne hominem referunt, inferne vero brutum, ob idque quidam eos vocant syluestres homines, alij autem Satyros. Et S. Isidorus eos appellat Incubos, quoniam mulieribus coniunguntur, & sunt adeo salaces, vt eam quam offenderint præ luxuriæ calore, vel potius estu occidant. Ob istamque salacitatem apposite satis vocantur Satyri, pilosi: cum pilositas communiter in hominibus eam arguat, ob calidam nimis complexionem, qualem inuenire est etiam in hominibus claudis ostendentibus veneris inordinatam (vt Cælius notat) appetitionem. Et tamen si Satyri forte ratione discursiua non vtantur, voce tamen hominem exprimunt. Nam D. Antonio visus est quidam teste Hieronymo in eius vita, & quis esset interrogatus respondit: Mortalis sum, ex ijs qui in deserto commorantur vnus, quos Ethnici Satyros, & Faunos vocant, eosque seducti adorant. D. Augustinus, lib. 17 de Ciuit. Dei, & D. Thom. 1. p. q. 51. ar. 3. ad. 6. impudentiæ tribuunt, negare à multis vitios, & sceminis improbos, cum eis rem habuisse Faunos, & Satyros. Fronte sunt hæc monstra cornuta, & (vt ita loquar) capripeda. Ex ijs quidam Cephalii à forma vocantur, alij Cyclopes, sed plura eorum genera inuenies apud Plinium lib. 8. c. 6. vel similia & apud D. Isidor. & Solinum. Sunt & qui eos fata vident, & qui simijs eos faciant similes, imo & apud Isaiam pro simia capi putent.

O C V L V S N E Q V A M I L L I -  
beralis vel inuidus, & contra bonus.

S Y M B O L U M . 2 .

**A** Pud Hebræos homo bonus oculo dicitur liberalis, & contra malus oculo parcus & avarus & inuidus. *Ne contendas cum homine inuido.* (ait Sapiens Prouerb. 23.) Vbi in Hebræo est, malus oculo, vel malus oculus. *Et rationem reddit. Quoniam in similitudinem arioli & coniectoris asumat quod ignorat, Comede & bibe, dicit tibi, & mens eius non est tecum.* 15  
Simi

Simili paraphrasi Hispani nostri dicunt, veluti alludentes ad Hebraismos, *El ojo es malo de hartar.* Oculum sumentes ferè in ea significatione, qua Hebræi bonum oculum dicunt liberalem, & qui non parcus est, sed liberalis. Matth. 18. *legis: An oculus tuus, nequam est? id est, inuidus, quia ego bonus sum, id est, liberalis, qui mercedem impertior promissam. Non moxet ergo tantum Sapiens ne comedamus cum homine inuido, qui alterius foelicitate marcescit (vt quidam intelligunt) sed etiam ne comedamus cum homine parco & illiberali.* Hispanè dicitur. *Que todo lo cabiere.* Ecclesiastici cap. 31. pro inuido accipitur oculus. *Nequius oculo, inquit, quid creatum est? Hoc est, inter creata nihil peius est oculo malo, & inuido. Ideo ab omni facie sua lachrymabitur, id est, ob aduentum tuum in domum suam, lachrymabitur, dominantur quippe illi bona sua, ac ob id lachrymabitur cū viderit. Id est, ideoque ob magnam malitiam suam etiam lachrymas profundet, valde que discruciat ab omni tua, quam ei ostenderis facie. Vnde optimè Prouerb. cap. 14. n. 30. Sapiens inuidiam ossium putredinem nuncupauit, nam iuxta illud Poetæ.* 16  
17  
18

*Inuidus alterius marcescit rebus opimis.*

*Inuidi asculi non inuenere tyranni, Fermentum maius.*

Omnes labores & industriæ humanæ patent inuidiæ Ecclesiast. 31. *Impetum concitati, hoc est inuidi, ferre quis poterit?* c. 27. Prouerb. concitatur inuidus contra se. Nam Græca sic habet. *Immisericors est furor & præceptus est ira, sed nihil sustinet inuidia.* Et Ecclesiast. 35. *Da altissimo secundum datum eius (vt Abel scilicet) Et in bono oculo ad inuentionem facito manuum tuarum.* Id est, liberaliter offer Deo, & liba quod acquisisti. 19 Nam id facere significat.

F A C E R E P R O S A C R I F I  
care, seu offerre Deo.

S Y M B O L U M . 3 .

**F** Acere pro sacrificare, vel offerre Deo frequentissimè vsurpat Hebraismus, quod immolās ex hostia fumum faciat



faciat inquit Oleaster. Conueniebat autem maximè vt tunc absolutè diceretur homofacere, cum facit ea, quæ homine dignissima sunt, nempe libare Domino & sacrificare. In Leuitico autem frequens est hæc phrasis, *Vt facere hircum, &c.* Et. 3. Reg. cap. 18. *Facere bouem.* Et Matth. 26. *Facio Pascha.* Et Lucæ. 2. *Vt facerent secundum consuetudinẽ legis Moysi, &c.* Et apud prophanos autores Virgilius Eclog. 3.

3. Reg. 18.  
Matth. 26  
Lucæ. 2.  
Virgil.

*Cum faciam vitulam pro frugibus, ipse venito.*

Macrobius  
Cicero.  
Plautus.

Quod Macrobius Saturnalium lib. 3. capit. 2. sic exponit, id est, cum sacrificauero. Et Cicero pro Muræna sub finem de Iunone, *Cui (inquit) omnes consules facere necesse est.* Et Plautus in Aulularia post media.

*O fides. Mulsu cõgiam plenam, faciam tibi fidelia. Id adeo tibi faciam: verum ego mihi bibam id vbi fecero.*

Id est, sacrificauero. Hinc intelligitur Missah verũ sacrificium. Nam Christ⁹ dixit Lucæ. 22. *Hoc facite in mei recordationem.* Sic & facere sumitur Ecclesia. 35. *Ad inuentionem facito manuum tuarum, &c.*

Lucæ. 22.  
Eccle. 35.

**MISSAH SPONTANEA**  
*oblatio dicitur.*

**SYMBOLVM. 4.**

**Q**uid ni & hoc adijciamus Symbolum sacrosanctum? est enim Symbolorum Symbolum, in se omnium Symbolorum continens autorem. Quod modo ex Luca adducebamus, & explicabamus, scilicet, Hoc facite in meam commemorationem, commemorat S. Martialis vnus è septuaginta Domini discipulis ( de quo iam aliquid superius dictum est ) in Epistola ad Burdegalens. capit. 3. sensu prædicto. Ait enim: Quod autem Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes se nomen eius à terra abolere, nos causa salutis nostræ in ara sanctificata proponimus, scientes hoc solo remedio nobis vitam præstandam, & mortem ef-

S. Martial.

22

fugandam: hoc enim Dominus noster iussit nos agere in sui commemorationem. S. item Clem. D. Petri discipulus epif. 3. Missarũ meminit nõ semel. Et Alex. sextus à B. Petro pötifex in Epif. 1. ad omnes fideles: Et ante mille & quadringetos annos Teles. papa & martyr in epistola ad omnes Christi fideles Abdias etiã Episcopus Babylonix ab Apostolis ordinatus, qui se Christũ in carne vidisse testatur li. 7. Apostolicæ historiæ, vbi narrat gesta Matthæi Apostoli & Euangelistæ, cũ retulisset Matthæũ publice orasse Deum pro Iphigenia filia Eglippi regis Æthiopum, quam Hittaccus regni successor sibi in coniugem accipere cupiebat, quãuis illa Deo vouisset castitate, hæc apponit: Cumq; respõdissent, Amen, & mysteria Domini essent celebrata, & missam suscepisset omnis Ecclesia retinuisse, vt iuxta altare, vbi corpus ab eo fuerat Christi confectũ, illic martyriũ subiret. Quæ omnia ideo recensui ne Missæ nomen rem nouam & commentum papisticum blaterones Lutherani & Vuiclephistæ esse obijciant. Est hoc sacrosanctũ mysterium iam ab ipso vsque Moysi tempore figuratum, & à primo nouæ Ecclesiæ & nuptæ tempore per modum arrabonis datum in vitæ æternæ pignus immortale. Est enim Missæ sacrificium à Christo institutum, Missæque nomen coæuum ipsis Apostolis. Habetur autem primitus Deuteron. 16. capit. *Septem hebdomadas numerabis tibi &c. Et celebrabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuæ &c.* Id vero significat nomen Missah, Quod quãdoque scribitur cum Tau, quãdoque verò cum He, ratione sequentis genitiui. Solemnitatem autem hebdomadarũ Pentecosten intelligit. Spontanea aut oblatio dicitur, qua datur iuxta facultatem manusuæ, id est, quantum potest. Vide autem quantum sacerdos possit qui Deum offert. Nulla autem natio, ait D. Thom. habet Deos ita appropinquantibus sibi. Sponte offerre potes, si vis, Deum, o sacerdos. Missah autem nomen certe est Hebræũ deriuaturque a nomine Mas, iuxta Reuchlinum in suo dictionario, quod nomẽ est tugal significat & tributũ. Ad id est & Andreas Alciatus Parergon iuris lib. 7. cap. 10. Iam ergo ne quis Missah nomen Latinum nec Græcum putet, sed Hebræum à primæua sui institutione. Fortassis tamen postea ad dimissionem populi significandam est accommodatum, de quo Suarez

S. Clem.  
Alex. PP.  
Telesphorus  
Abdias.

D. Thomas  
in ser. de Euchar.  
Reuchlinus.  
Alciatus.

Ee viden

videndus est Tom. 3. in. 3. p. D. Thomæ ubi de sacrificio Mir  
sæ agit.

*MACAHBÆORVM IN SIG  
ne & nomen, fortitudo, fortissimi Dei.*

*SYMBOLVM. 5.*

*Six. Sen.* **E**tymologicam rationem nominis Machabæorum, ita re  
fert Sixtus Senensis lib. 1. suæ bibliothecæ. dum de eorum  
lib. 1. & secundo agit ex commentarijs Rabbi Isaac Ben  
*R. Isac.* Sehola: *Iudas Matathie filius, cum aduersus Antiochum Iudæo  
rum hostem, esset prælium miturus, dedit militibus suis, ceu belli  
refferam sententiam illam Mosis Exodi. 17. Michemoca baelim Je-  
honah, hoc est, Quis sicut tu in fortibus Domine? Insuperque eam sin-  
gulis ordinum vexillis, tanquam certæ victoria omen, inscribi  
per quatuor has literas* hoc est, *M, C, B, I.* quæ initiales  
sunt prædictarum quatuor dictionum, & earum sensum ex integro  
significant. Sed cum vulgus militum quatuor has literas breuitatis  
gratia pronuntiare cœpisset, ea de causa non iuxta integram,  
quam referunt sententiam, sed secundum vitam dumtaxat di-  
ctationem, quæ primum ex earum combinatione resultat vi-  
delicet *Machabæi paulatim militaris consuetudo obtinuit, vt huius  
refferæ autor Iudas & eorum posteri, Machabæi cognomine appel-  
larentur.* Hæc ille. Tradunt Kabalisticæ referente Reuchlino  
lib. 3. de arte Kabal. quod Iudas Machabæus fuit ab Angelo  
admonitus vt talem vexillo imponeret sententiam, Iunior  
quidam hanc refellit opinionem dicens, ex historia colligi  
fuisse cognomen Iudæ & significare Fortem &  
bellicosum, à quo & cæteri, in c. 2. lib. 1. ha-  
betur quod Iudas vocabatur Macha-  
bæus, sed quid inde? Vi-  
deat Lector.

(?)

CAL

*CALCVLVVS SIVE LAPIL  
lus candidus præmium & gloria beatorum.  
SYMBOLVM. 6.*

**M**ilitū Deo pugnatiū in ipsoq; solo spes suas collocan-  
tiū (quod vtinā christianī militas imitarētur) Symbolo  
præcedēti proposuimus exēplar viuū & perfectū. Nā vt cūq;  
32 Iudas nomē Machabæi fuerit adeptus, seu ex cæssera, vel ob  
fortitudinē præclarasq; res ab eo gestas, tamē eius nomē cele-  
berrimū est, & cū Christo regnat in æternū, qui in Apoc. 2. c. 2. Apo.  
inquit *Vincētī dabo calculū cādidiū, & in calculo nomē nouū scrip-  
tū, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Ecce præmiū, q̄ promittitur  
euicūq; legitime certanti, sicut Iudas Machabæus cōtra vitia  
& hostes Dei certauit vsque ad mortē. Quæ Apocalypseos ver-  
ba dum exponit Arethas Cæsariensis Episcopus ita inquit:  
*Vincētī autē diabolū pollicetur Deus calculū cādidiū, hoc est mer-  
cedem honore & fama fulgentē. Pōsuit autē hoc loco calculū cādidiū,  
quod is notus esset ijs, qui in theatris ac stadijs certabant, & vin-  
centibus tradebatur. Nomē vero nouū æternæ beatitudinis præmiū  
est, quod in præsentī vita ignoatur. Siquidē ea bona quæ præpara-  
uit Deus diligentibus se oculus non vidit, nec auris audivit, nec in-  
cor hominis ascenderunt. Noua autē sunt nobis cū ad eorū possessio-  
nē post hanc vitā ingredimur. Hæc Arethas. Quibus addit Six-  
tus Senens. constare apud veteres Ethnicos victoriarū dies pu-  
blicis factorū tabulis inscriptos, cōsueuisse cādido lapillo præ-  
notari, quo clarius à cæteris diebus discernerētur. Ad quē mo-  
rē alludēs Zoënzonius poeta Christianus ita canit: *Odiē festū po-  
pulis diemque Cādidiū, qui nos rediēs, beatos Reddis hūc signā nūc  
quotannis, Musa lapillo.* Sic & Persius satyr. 2. Hūc Macrine diē  
numera meliōre lapillo, Qui tibi labētes apponit cādidius an-  
nos. Et Horatius li. 1. Carm. Ode. 36. *Cressa ne careaspulchra  
dies nota. Quod si dies felices cādido lapillo signabātur, dies  
victoriarū & festi, simili notari debent. Mos autē ille ortū ha-  
bit ex superstitione Thraciæ gētis quā carpit Plinius li. 7. c.  
40. Sed & cretā circū præducere ad victoriæ notā pedesq; ser-  
uorū illa de albare, maiores instituerē Cretēsiū, vt idē est autor  
li. 35. c. 17. ad finē. Quibus quidā tribuūt morē illū, iuxta Ioan.  
Bohem. libr. 3. capit. 59. numerandi per lapillos, & iuxta Na-  
Ec 2 sonera**

Arethas.

Sixt. Sen.

Zoënzonius

sonem lib. 15. Metam, Mos erat antiquis, niueis, atrisque lapillis, His damnare reos illis absolvere culpa Suffragia item quæ calculis ferebant, vendebantur, iuxta Plutarch. in vita Coriolani, & Lucanum, qui ita deplorat ab usum. Ipse sui populus, lethalisque ambitus vrbi, Annua venali referēs certamina campo. Ex his existimo satis colligi recte Aretham Sixtumque Senens. sensisse: & immerito F. Riberam in hunc locum Apocalyp. illos repulisse, Cælius Pannonius in Collect. iuxta prædicta tres colligit expositiones. Prima est, vincenti dabo calculum candidum. i. diem festum gloriæ. Secunda est, Dabo illi sententiam vitæ & nō mortis. Tertia est, Dabo illi Christum. s. qui vera est gloria. Non placet Ribere quod per calculum cādīdū Margaritā intelligamus, mihi veronihil magis. Idem enim per Manus & stellā matutinā, & calculum candidum accipio scilicet margaritā, vel lapillū pretiosum. Et sane D. Tho. docet, aliā lectionē habere pro calculo cādīdo, margaritā. Et Primasius ita explicat. Hugo pro cādīdo exponit lucidū. Et verissime id qui dē. Cādīdū enim si proprie loquamur nō est vitæque albū, sed splendēs & promiscās. Græce autē habetur, Pſiphō leucē, i. lapillum pellucētē. Margarita, iuxta Amb. Calepinū, est lapillus cādīdus in conchis nascēs. Nescio autē, ut iste autor in editione antiqua, in dictione calculus, calculū etiā esse dixerit lapideū cultrum quo Esaiæ. labia mundata sunt; Nā Esaiæ. 6. calculū, carbonē ignitum, vel gemmā licet interpretari, ex D. Hier. nō cultrū. Optime vero animaduertit Aleiatus li. 4. de verb. signif. contra Vallā, quod tamen si lapillus generale nomen sit, cū pellucet peculiari nomine, gēma dicitur. Et promiscue autores splendidos lapides magnos & paruos, & nō tātū magnos, ut voluit Vallā gēmas vocant. Id quod ex Plin. li. 9. c. 35. alijsque fatis cōstat. Et quidē cū ex eod. Plin. loco citato, culmen omniū rerū pretij margaritæ tenent, merito vincenti, margarita promittitur, sub eiusq; imagine beatitudo. Cōgruitque hæc interpretatio cum modo loquendi sacro. Nam Christus regnum cœlorum, apud D. Matthæum margaritæ comparauit. Et autor Apocalypsi D. Ioan. capitul. 21. duodecim fundamenta cœlestis Hierosolymæ duodecim lapides preciosos dicit, sub quibus duodecim Apostolos intelligit, nā in eis nomina eorū scripta, se vidisse testatur.

QVID

QVID MIHI ET TIBI SEV  
 Vobis id est, quid nostra interest? vel quid mihi & tibi questionis est, vel commune.

SYMBOLVM 7.

34

**O**B vnum illum locum ex Ioann. 2. c. Quid mihi Et tibi est mulier? Symbolum hoc appono. Nam antiqui patres non pauci arbitrantur Virginem à filio suo fuisse increpatam, quamuis id explicent diuersimode. Nam D. Athanasius serm. 4. contra Arria per hæc verba a Christo matrem increpatā dicit nullā exprimēs increpationis causam August. li. 2. de Symbolo ad Catech. c. 6. verba esse admonitionis siue reprehensionis docet, erga matrem quæ id petebat æstimās se iure maternitatis id posse filio præcipere. Quā rationē reddit & Chry. hom. 20. in Ioā. verba indignationis fuisse contra matrem asserēs. Addit & secundā quā intēpestiue miraculū illud petebat nondū enim erat tempus ut notus Christus tali miraculo fieret, cū necdū agnitus esset defectus vini, quā & rationem Irenæus sequitur li. 3. c. 18. qui docet esse verba repulsæ, quoniā matris repulit petitionem, ut & Greg. Nif. oratione in illud dictū Apostoli, Tunc erit & ipse subiectus & c. qui primā, quæ & Aug. est reddit rationem. Tertiam addit Chry. quā sequitur Euthy. Nimirū, horret animus eā referre, quod mater aliquo humano vanæ gloriæ affectu mouebatur. Sed re vera nec increpationis, nec reprehensionis, nec repulsæ nec indignationis verba illa sunt: *Quid mihi & tibi est mulier.* Ut erudite fatis docet Franc. Tolet. in Ioā. c. 2. Annot. 6. Neque enim de tāta humilitate Virginis quod prima ratio assererat præsumēdū est, neq; de tāta sapiētia intēpestiue aliquid petisse, neq; de tāta sanctitate, aliquid vere reprehensibile in ea inuētū fuisse, quæ nec venialiter peccauit vnquā. Itaque sensus illorū verborū est. *Quid mihi & tibi est mulier.* Secundū plerosque aurores, *Quid mihi & tecū est mulier in conficiēdis*

D. Athan.

D. August.

35

36

37

Ec 3 nem-

nempe miraculis commune. Non enim in his humanum spec-  
to obsequium, sed diuinam seruo Patris voluntatē. Opus ergo 38  
quod petis nō ex humano obsequio pendet, non ad humanā fi-  
liationē; aut amicitia aut consanguinitatē attendēs illud ex-  
hibere debeo, sed Patri solum morem gerens & obediēs. Sic  
Luca. 2. & cum mansit Hierosolymis Luca. 2. dixit: *Quid est quod me  
quarebatis? Nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt oportet me  
esse?* Solam eius in hoc attendo voluntatem & non vestram.

S. Iustinus. Verū meo iudicio verior huius loci expositio est, quā habet  
S. Epiphanius. Iust. in explicat. quæst. Gēt. esp. 136. Et Epiph. hæ. 51. & 79.  
Euthimius. Est & Euthy. quæ sic habet. Quid ad nos si vinū deficit muli 39  
4. Regu. 9. er? Nō nostræ istud cōmissum est curæ sed architrilini. Quid  
2. Samu. 16. te vrget iste defectus vini? Sic Reg. 4. c. 9. dicit Iehu: *Quid tibi  
Matt. 8. & paci* idest, Quid ad te de pace, Quid quæstionis est inter  
me & vos illa significāt, aut quid mihi & vobis cōmune. 2. Sa-  
mu. 16. dicit Dauid. *Quid mihi & vobis filij Saruia?* Et Matt. 8  
*Quid tibi & nobis Iesu fili Dei,* Scilicet, vt torqueas nos ante tē-  
pus quid quæstionis est inter nos, Sēsus ergo est, Quid mihi &  
tibi est mulier? Nō dū venit hora mea. Idest. Quid ad nos perti-  
net de vino? Ne sollicitas sis. Suo in tēpore quæ vis curabo tuā  
que in hoc faciam voluntatem cum hora & tempus id postu-  
lent quod in mea prouidentia disposui.

**BENEDICERE (VMEST HOMI-  
nis ad Deum est Laudare, Dei ad hominem est be-  
nefacere, hominis ad hominē bona precari.**

### SYMBOLVM. 8.

Genes. 14. **A**Dmonere, & hoc oportet, quāuis non sit difficile, post  
Genes. 24. quam hoc munus suscipimus, cū homo Deo benedicit 40  
illum laudare. Et in solo illo trium puerorū Cātico sunt  
quā plurima exēpla Genes. autē. 14. dicitur, quod benedixit  
Melchisedech Abraham, idest bona illi precatus est. Vnde &  
sequitur, *Benedictus Abraham Deo altissimo.* Et manifestius c.  
24. Benedixerunt Rebeccæ. Et sequitur. *Soror nostra es, sis  
inmillibus.* Quod Deum creaturæ benedicere sicut bene fuere

1022

multis ex sacre scripturæ locis constat. Gene. 24. habetur: *Et  
Dñs benedixit Dño meo.* Et cum alibi sæpe legis Deum ben-  
dixisse Abraham & alijs. Sed vnus est pluries ingemina-  
tus à sacerdotibus nec ab omnibus intellectus locus annotatio-  
ne dignus in Euangelio, in quo opus est lectorem non falli.  
41 Matt. 26. c. legis de Christo: *Accipit Iesus panem, & benedixit  
& fregit &c.* Quod ita exponit Arias Montanus: *vt communi-  
caret suam benedictionem his, quibus suum corpus communicabat,  
atque ita promissum impleretur, In semine tuo benedicentur omnes  
gentes terra. Fractio communicationem indicat.* Item fere dicit  
in Marcum. Atque ita accipiendum videtur Ecclesia insinuare  
in verbis Canonis, vbi nō tantū dicit Christum gratias egisse  
sed & bene dixisse. Aduertit & prædictus autor in illis verbis  
De hoc germine vitis, alluisse Christum ad religiosam quan-  
dam gratiarum actionem iā olim vsitatam, quæ vocari solet  
Hispane La vara, quoniam à vara incipit. Benedictus sis tu  
Domine Rex mundi qui das nobis fructum vitis. Et antiquā  
formulam gratiarum in conuiujs fuisse constare dicit, ex Is 42  
raelitarum & ex Misnaioth libris.

**ÆDIFICARE DOMVM EST  
dare prolem & posteritatem in copia.**

### SYMBOLVM. 9.

**A**Dnotauit hanc scripturæ phrasim in suis Idiōtismis O-  
leaster, & Arias ille Montanus, sicut & præcedentem  
Ratio autē phrasios est, quod quemadmodum in ædifi-  
cio domus domui additur, ita in familia persona personæ, aut  
filius patri, & sic deriuatur genus in natos natorum (vt verbis  
poetæ utar) & qui nascentur ab illis. Vnde Banah Hebræis  
est ædificare, & Bē filius quasi patris ædificiū. Nā & Hispanif  
43 m<sup>o</sup> noster habet, La casa de los Medoças, la delos Toledos, A-  
uilas &c. sic & in scripturæ *Dom<sup>o</sup> Rehabitariū, dom<sup>o</sup> Rubē,* idest  
familia Isai. 7. *Andite domus David.* Et Exod. 1. est illustre exē  
plū. *Quia timuerūt obstetrices Dominū adificauit illis domos,* idest, 44  
Dedit illis copiosā prole vt familia earū aueretur. Et Sarah  
Gen. 16, & Rac. 30. dicūt se ex ancillarū partu ædificadas, Idē

Ec 4 2. Reg.

2. Reg. 7. Prædicitque tibi Dominus quod domum faciat tibi Dominus &c. Et Deuter. 25. Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui. Sic & ædificari significat prosperari, alias erigi.

*AQUAE COGNATIO VEL  
semen aliquod, siue populus, sunt.*

*SYMBOLVM. 10.*

**O**BSeruatum est a viris doctissimis aquas in sermone arcano sacre scripturæ cognitionem, siue semen ab vno primo deriuatum seu populum significare. Et sane elegans est metaphora. Est enim pater fons filiorum Nam, vt à fonte deriuantur riuuli, sic à patre dimanant filij. Illustris vates Isaias capitul. 48. ita concionem exorditur. *Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis &c.* Quod perinde est, ac si diceret. Qui ex semine Iuda existis audite. Hominis namque semen aquas vocat. Vnde Ionathas vertit, De cognitione Iuda. Lusitanus Pintus volentes significare aliquem esse similem patri suo, aiunt, habere quasdam aquas sui patris. Et à contrario sensu exire ab aquis Iudæ, seu nihil aquarum habere, est ab eo penitus discrepare nullamque cum eo habere similitudinem. Hæc ille. Planus est iuxta hoc sensus quem ille non sequitur, sed quem iam diximus. Ita Dauid Psal. 67. eadem vtitur metaphora iuxta Flaminium Benedicite Deo Domino de fontibus Israel. Sunt enim verba cantorum hortantium populum ad laudes Deo canendas. In cætu & conuentu, in quiunt, sancto, dicite hymnos Deo vos, qui prognati estis ex Iacob, & ex semine eius tanquam ex fonte manatis. Et verti potest pro, De fontibus Israel, Vos qui estis de vena Israelis id est, scaturigine & origine vt exponit Ganeius. Ita & vulgo explicant Rabbinus vt refert Genebrardus. Qui & addit: Quid si Masoretarum distinctionem sequare, vt Deo, habet, Athnah, id est colon, Domino autem cadat in sequentia, vt sit Christi periphraasis hoc modo Christo ortum habenti ex Israel, ac inde secundum carnem.

nem propagato, Domino, inquam, de fontibus Israel, in Ecclesijs benedicite Deo vel Deo & Christo de semine Israel. Non absimili metaphora in Apocalypsi & alijs in locis populus multus atque exercitus aquis comparatur. Pro eo quod abiicit populus iste (ait Isaias capitul. 8.) *aquas Si loe. &c.* Vbi comparat propheta regnum Iuda fluuiolo leniter currenti (vt Clarius explicat) & exercitum Regis Assyriæ comparat grauisimo fluuiio, qui in totam terram funditur & nullis ripis ac stagnis excipi potest. Nahum etiam Niniuen comparat piscinæ perennes habenti aquas quia talis antea videbatur. Solus aquarum multarum in Ezech. timorem exercitus incutit. Et illud Jerem. 47. *Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone.*

*DE CAS. IX.*

*CHRISTVS ISAIDES, VEL  
Dauid.*

*SYMBOLVM. 1.*

**V**turum Christum propagandum ex prosapia Iesse & Dauid vates prædixere multi, ac proinde Symbolum vnum, quo agnoscitur, quod Iesus est verus Messias in lege promissus est, quod fuit Isaides & Dauidis filius vocatus. Esaias capitul. 11. ait: *Egredietur virga de radice Iesse &c.* Et Ecclesia canit de Virgine, *Germinauit radix Iesse, orta est stella ex Iacob, virgo peperit Saluatorem: & Ieremias cap. 2. ita canit voce Domini. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex &c.* Ezechielem cap. 37. *Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, & erunt mihi populus & seruus meus Dauid (Christus scilicet) erit Rex super eos & princeps in perpetuum.* Et Amos cap. 9. *In die illo suscitabo tabernaculum Dauid &c.* Aggæus in super cap. 2, ad Zorobabel qui descendit de semine Dauid inducit Dominum dicentem: *Ponam te quasi signaculum*

*Ee 5*

*nacu*

*Zachar. 4.* *Matth. 1.* *52*  
*naculum quia elegi te.* Et denique Zacharias cap. 4. de Zorobabel dicit: *Quod educet Dominus lapidē primariū, Hoc est Christum, qui (vt iam Symbolo ostendimus peculiari) lapis appellatur saepe.* Hanc autem prædictionem prophetarū impletam in Iesu probat Euangelista Matthæus in ipso statim *Euangelij sui exordio cap. 1.* Vbi clarissime Virginis Mariæ lineam declarat, in qua illud vnum aduertendum est, quod sequens Symbolum dabit.

*IACOB ET HELI IOACHIMVS*  
*iuxta quosdam doctos.*

*S Y M B O L U M. 2.*

*B. Arias.* *53*  
**C**VM varie in hoc vno, autores discrucientur, vnus Arias Montanus, breuibus hanc difficultatem dissoluit, nec indocte iudicio meo. Est vero difficultas in hoc quod Matthæus patrem Ioseph vocat Iacob, & Lucas Heli Illud Lucæ & ipse Iesus erat incipiens &c. Qui fuit Heli, ad Christum præcipue referunt graues multi autores etiam cum relatiuo, Qui, & non ad Ioseph, de quo ceu per parenthesis loquutus est Lucas. Itaque Heli, fuit auus Christi, & Mariæ pater naturalis. Per distinctionem de linea legali seu naturali, & sacerdotali plerique locum enodant. Et nunc qui multa de hoc erudite congesta ex varijs volet, nouos scriptores in Matthæum legat: Et D. Tho. 3. p. q. 31. art. 3. ad. 2. qui huius sententiæ fuisse D. Gregorium Nazianz. refert, quam nunc sequemur. Nos Catone nostro contentissimus. Attingitur Arias Montanus in elucidationibus in Matthæum statim in principi. *In hoc capite exponitur Iesu Christi genealogia per matrem Virginem, cuius ille filius est secundum carnem: illa enim recta serie per Salomonem pertinet ad David. Fuit autem Virgo illa sanctissima filia Iacob, qui alio nomine dictus est Ioachimus. Hic Iosephum non filium, sed generum habuit ex eadem familia Davidis, quem vt sibi semen excitaret legali iure filium adoptauit filia sue sponsum ascriptum ea lege, vt nata soboles, patri ipsi Iacobo alias Ioachimo, ascriberetur. Itaque hanc rationem sequitur Matthæus, quam ipse*  
*in fine*

*in fine exponit, ostendens genealogiam Christi ex parte matris sibi enarrari. At enim: De qua natus est Iesus, cui propterea Ioseph spon-  
 55 sus additus fuerat, vt suscitaret semen ex familia David secundum carnem. Id quod spiritus sancti virtute effectum est, vt Iacobo nepos nasceretur ex familia David secundum carnem, sine patre humano genitus.* Et in Elucidationibus in Lucam cap. 3. in illa verba *Quifait Heli, dicit: Alio nomine Ioachim dicti. Animaduertendum est aliam seriem à Beato Luca. Euangelista aliam à Matthæo fuisse initam. Nam Lucas Maria Virginis per Nathan ad David, Matthæus vero Iosephi genealogiam, per Salomonem ad eundem refert. Deinde vterque, à David ad Abraham vsque recensentes concordant. Hoc modo recte obseruantibus, nulla difficultas creabitur. Hæc ille. Cui & suscribere videtur Ioannes Boulaese in Isa-  
 56 go. ad myst. Sensus Scripturæ sacræ: Constatergo ex prædictis Iacob apud Matthæum, & Heli apud Lucam pro eodem accipi. Ioachim autem Heli & Eliachim, idem sunt nomen iuxta Iansenium, sed breuitatis gratia, in vsu erat Heli, pro Eliachim, & Ioachim. 4. Reg. 23. 2. Par. 36. Alijs non probatur, quod Heli fuerit pater naturalis Ioseph, neque Iacob fuisse Ioachimum admittunt, sed Iosephi naturalem patrem. Negant item aliquo modo inueniri in Scriptura illud de duplici patre legali & naturali, & exemplum postulant. Id vero de suscitando semine fratris emortui à fratre superstitite, dupliciter impugnant. Primo, quod in Hebræo tantum habetur Deuter. 25. *Lenirabit eam, vel habebit eam iure Leniri.* Sed nec apud Septuaginta. Tum etiam secundo, quia solus germanus poterat suscitare semen: cum iuxta legem non tradenda erat mulier foras. Nathan autem & Salomon, non sine liberis obiere. Nihil ergo ad soluendum scrupulum facit, lex illa Deuteronomij. Sed sane hanc sententiam videtur conuellerè aperte quo ad priorem rationem, caput Genesis. 38. & Lucæ. 20. & quartum libri Ruth & partim quo ad posteriorem. Ex illis enim constat exemplum legis, nomineque fratris non tantum germanum intelligi. De quo vide Oleastrum Deuteronomij. 25. *Communem sententiam antiquis, vt à consanguineis Christi acceptam, tradit Eusebius lib. 1. c. 7. in historia Ecclesiastica ex Africano historico. Probabile tamè est, quod prin-  
 cipio.**

cipio retulimus ex B. Montano, & verius forte Iacob fuisse Iosephi naturalem patrem, & Heli Mariæ, vide P. Suarez Tom. 2. in. 3. disput. 2. Sectio. 3.

## SALOME ET MARIA IA

cobi Mariæ Deiparæ, sorores, & fratres Domini eius consanguinei.

### SYMBOLVM. 3.

Matth. 11.  
Ioan. 7.  
Matth. 13.  
Marci 6.

Quoniam vocari fratres consanguineos ipsos, Hebra- 57  
ismum redolet, ideo & hoc Symbolum apposuimus  
Consanguineos habuisse Christum, & consanguineas  
negari non potest. Nam Matthæi. 11. & Ioan. 2. & 7. fratres  
& sorores Christi commemorantur. Quin & Mat. 13. & Mar.  
6. cum veniens in patriam suam docebat in Synagogis eorum  
præ admiratione dicebant conterranei sui: *Vnde huic sapien- 58*  
*tia hæc & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius*  
*dicitur Maria & fratres eius Iacobus & Ioseph, & simon, & Iu-*  
*das & sorores eius, nonne omnes apud nos sunt, Vnde ergo huic om-*  
*nia ista. Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis. Non est*  
*propheta sine honore, nisi in patria sua & domo sua.* Hæc ad ver-  
bum Matthæus, & Marcus addit: *Et in cognatione sua.* Id  
quod Ioannes explicat capitul. 7. dicens: *Neque enim fratres*  
*eius credebant in eum.* Fatendum igitur necessario est. Chri-  
stum Dominum secundum carnem propinquos, & Mariam so-  
rores habuisse quos refert Matthæus & Marcus apertissime,  
nec abnuat, sed confessus cognatos habere se, Christus est.  
Non est animus certe rem hanc ad vnguem discutere: cum  
multi nostra ætate illam examinarint diligenter sed solum  
breuiter ostendere, vbi difficultas tota sita sit: illa vero est,  
in explicando quo gradu consanguinitatis Christi fuerint  
consanguinei, qui in Euangelio referuntur. Et profecto ver-  
ba conciuuium Christi, innuere videntur, Mariam Deipa-  
ram germanos & germanas secundum carnem habuisse, si  
verba paulo superius posita expendantur. Si enim nulla,  
vel

vel remotissima propinquitatis esset secundum carnem, inter  
Christum & illos, ineptum & ridiculum erat præadmiratio-  
ne dicere. Nonne mater eius dicitur Maria & fratres eius Iac-  
obus & Ioseph &c. Insuper, quare Christus vocabat eos, do-  
mum & cognationem suam? Hoc plane argumentum ali-  
quam habet vim ad probandum Mariam Deiparam veras  
germanas & sorores habuisse. Domus quippe Christi appella-  
59 ri nequit, cognatio eius multū lōge, sed valde propinqui secū-  
dū carnē. Ea propter quidā doctus, cū seductus ad Lutheranos  
defecisset, quā primū ad fidē verā est conuersus cātavit palino-  
diā, quoniam tenuerat, B. Annā vnicā tantum habuisse filiam, *Ekus.*  
Mariam, scilicet Deiparam: vt refert Ekus in sermone de  
Beata Anna. Verū etiam ipse plus æquo suam mordicus te-  
net sententiam. Docet enim esse de fide. Qui ergo cum illo  
sentiunt, Annam ter nupsisse dicunt. Ioachimo, videlicet pri-  
mum, deinde Salomo, & Cleophæ. Et genealogiam ita dis-  
ponunt. Ex Ioachimo Virgo Dei mater orta est: postea vero  
ex Salomone nata fuit Salome, vxor Zebedæi, Ioannis & ma-  
ioris Iacobi mater. Ex Cleophæ prodijt Maria Cleophæ vxor  
Alphai fratris Ioseph sponsi Virginis, Mariæ ex quā Maria  
Cleophæ geniti sunt Iacobus minor & Ioseph iustus, Iudas  
Alphaus, & Simon Thaddæus. Exinde manifestum faciunt,  
quo gradu consanguinitatis, Maria Deipara sorores &  
60 Christus fratres habuerit. In fauorem autem huius sententiæ  
præter illa, quæ inferius adducuntur, maxime facit, quod  
in Kalēdario Gregoriano quinto idus Aprilis S. Maria Cleo-  
phæ recensetur vt soror Deiparæ Mariæ virginis. Nomen  
quippe Sororis rigide accipit & fratris, vt & alias non semel.  
Quod vero obijcitur minime decuisse, vt Anna post D. Ma-  
riam per miraculum editam in lucem, in effoeta senectute nu-  
beretrurus, negant huius sententiæ fautores: quin potius do-  
cent, quoniam id ita factum ex Euangelio colligunt instruc-  
tama Deo, id fecisse Annam: vt quæ antea ob sterilitatem  
maledicta videbatur ab omnibus vt à Deo honorata benedic-  
retur, & cum veteri Samueliscaneret Anna, Sterilis peperit  
plurimos, & cum Dauide Deo diceret, *Qui habitare facit*  
*sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.* Quod autem  
D. Hieronymus in hac fuerit sententia luce clarius est, ex eius  
scrip-

1. Reg. 2.  
Psal. 112.  
D. Hieron.

scriptis passim. Nam nomine matertera vitur, quæ matris  
 præcul dubio natura soror est, qualem Deiparæ, Mariam Ia-  
 cobi fuisse non obscure insinuat, lib. 2. in *Matth.* Alteram  
 sententiam ex opposito video etiam plus nimio defensari. Pa-  
 ter namque Suarez in secundo tomo Commentariorum ad 3. D.  
 Thomæ partem quæst. 28. disputat. 5. Sectio. 4. de Sa-  
 lome docet in hunc modum: *Quod autem hæc fuerit filia B.*  
*Anna, & quod filij Zebedæi fuerint consobrini Christi, gratis con-*  
*fictum est, sine testimonio scripture, vel alicuius antiquæ historie*  
 Hæc ille. Volunt quippe autores huius sententiæ, Beatissi-  
 mam Annam solum nupsisse Joachimo, nec enim decebat  
 alijs nubere, & præterea in vltima senectute peperisse cre-  
 ditur Mariam fortasse ab illis autoribus: ac proinde Iacobos  
 & Ioannem, Iudam, Ioseph, & Simonem fratres appella-  
 tos, vel iuxta vulgi opinionem, quia Cleophas patris  
 Christi putabatur, utpote qui erat frater Ioseph, ut ex Eu-  
 sebio Cæsariensi lib. 3. *Eccles. histor. capitul. 11.* & ex Ege-  
 sippo constat, vel ex incerto consanguinitatis remoto gradu,  
 confiteri tenentur. Coeterum, quod Salome fuerit Beatissim.  
 Annæ filia, non adeo confictum est, ut Suarez putat: cum id  
 plurimi ex antiquis, alteramque teneant sententiam. Erver-  
 sansego D. Ignatij martyris epistolas, quas B. P. N. Bernar-  
 dus sermo. 7. in psalm. 90. & Marcus presbyter Carnotensis  
 D. Bernar. libr. de viris illustribus, & Dionysius Rikelius, Marianus  
 Marcus. Victorinus, Symphorianus, Camplerius, & alij plures, ut  
 Presbyter. à tali editas autore recipiunt, quod quærebam inueni. Nam  
 Dionis. Sanctus Ignatius in Epistola prima recepta (ut dixi).  
 Rikelius communiter, & in pretio à doctissimis viris habita, ut  
 Mari. vlt. à tali profecta autore, ad Ioannem Euangelistam, expres-  
 Symphoria. sis verbis vocat Salome filiã Annæ. Nec te fallat quod corrup-  
 Camplerius tum quoddam exemplar pro Annæ, habet anno. Ex literæ  
 enim serie apparet mendum cum tanto tempore, ut eam so-  
 lum viseret non debuit commorari, Salome. Apparet item  
 non aliam Annam fingere te posse. Et præterea, si eam vo-  
 caret Filiam, diceret nostram, vel alicuius. Dicendum er-  
 go eam vocare filiam Annæ iuxta exemplar correctum. Non  
 est autem existimandum id confictum esse aut ignoratum à  
 D. Ignatio Virginis Mariæ coetaneo. Et præterea tantorum  
 virg-

Suarez.

Euseb.

D. Ignacius:

D. Bernar.

Marcus.

Presbyter.

Dionis.

Rikelius

Mari. vlt.

Symphoria.

Camplerius

61

62

63

virorum, & tam antiqua sententia adeo recepta, ut in Missali  
 quodam Romano antiquo Missa sit duarum sororum virgi-  
 nis Mariæ, utque Annæ beatæ filia deprecentur, non adeo  
 nullius autoritatis æstimanda est, vel ob vnum D. Hierony-  
 mum. Fatebor ego ingenue profecto non constare ex E-  
 uangelio efficaciter, vtra ex eis opinio verior sit, similiter v-  
 tramque esse probabilem, sed quæ vnã tribuit filiam vnige-  
 nitam Annæ non omnino certa nec adeo probabilissimam.  
 Dicam etiam Salome nomen esse mulieris & non viri, id. *D. Hieron.*  
 quod Hieronymus notauit & ex Iosepho & Egesippo alijs *Iosephus.*  
 que historiographis conspicuum est, tamen non ita loquar, *Egesippus.*  
 ut aliquid adeo antiquum & receptum sine fundamento di-  
 ctu doceam. Et vide ex aliqua historia constet ea quæ de san-  
 ctissima Anna ut certa habentur eadem ratione rogare posse-  
 mus, si quidem illam historiam, quam doctor sanctus, ut tra-  
 ditione acceptam docet, apocrypham quidam dicunt. Alij  
 enim ex ista de sumpsere autores ut videtur, cum eam sequi-  
 tur antiquissimi. Quadrifariam autem vocantur in Scriptura  
 fratres primo proprie, secundo ex affectu, & tertio ex gente,  
 65 & quarto ex aliqua generis propinquitate. De quo vide D.  
 Hieronymum contra Heluid. & Augustinum. 16. de ciuit. c.  
 19. & Epiph. hæc. 39.

66

*OSANNA VEL HOSIAGH,*  
*nah Saluifica, acclamatio est & quasi epici-*  
*nion, & adepta victoria carmen, ut*  
*Latinis, Io Triumphe.*

SYMBOLVM. 4.

**I**N ingressu Ierosolymæ, quando Christus iumento infi-  
 dens regali pompa susceptus est, magnifico splendidoque  
 suo modo, hominum apparatu à Deo patre, ita præordi-  
 nato, pueri Hebræorū hæc verba concinebant, Hosanna filio  
 Dauid *Matt. 21.*



Dauid. Ante suam passionem iam iam appropinquantem, talem sibi honorem impendi permisit Christus, qui antea cum eum regem vellent constituere aufugit. Nam honos iste à Patre illi erat præstitutus, ut vel ex hoc omnes eum Dei filium cognoscerent, mundi que redemptorem verumque Messiam filium Dauid in lege promissum. Sciendum autem ex Paulo Fagio in Leuit. 23. super Thargum, siue Paraphrasim Chaldaicam Onkeli & ex Andrea Osiandro in annotationibus in Harmoniam Euangelicam lib. 3. in capitul. 36. apud Hilaretum quod hæc vox Hofanna sæpius in tabernaculorum festo ingeminatur, in quo magnum Dei nominum efferunt numerum, & cuique eorum addunt Hofanna si militerque repetunt Dei beneficia, & singulis apponunt Hofanna. Idque facientes palmas in manibus gestant, ac proinde palmarum vocant Cœnopegia festum. Tenebantur autem manibus gestare fasciculum ex fructibus Hadassim, qui iuxta Paraphrasem Hebræum Onkelum myrti erant, & Cidra, & ex Salicibus torrentis, ex folijsque palmarum. Neque licebat prandium sumere, qui fasciculum non attulisset. Quis amò, non videt admirandam huius, quam præ manibus habemus acclamationis Christo factæ, in his rebus præcessisse figuram? Spes autem data nobis est ingrediendi in mansiones æterni patris ab eo, iustis iam ante constitutionem mundi in Christo reparatore eius præparatas, & in cœlestia tabernacula, & cœlestem Ierosolymam cum Christus ingressus est cœlestem. Nam quid quæso clamabant pueri? Hosignah filio Dauid. Quid vero est hoc? Vox est gratulantium Deo, eiusque diuinam virtutem agnoscentium, & postulantium. Latine ex verbo reddita, Saluifica, hoc est, effice iam illam salutem à te promissam, & à te expectatam. Prosperumque sit regnum Dauid filio, & benedictus sit, qui in nomine Domini, idest, ut Dominus venit. Fuit autem hæc vox ex impulsu Spiritus sancti dum fuit emissa à lactentibus regnum illud spiritale pronunciantibus cumulatissimum. Scio Cypriano nostro Huergenfi non placere istam iam communem peritorum in Hebræa lingua vocis Hofanna explicationem. Nam pro

Paulus Fagi-  
us.  
And. Osiand.

Onkelus-

Cyprian.

propriam Hebrææ gentis acclamationem non hanc putat, sed eam quam Nahum ponit illis verbis: *Ecce super montes pedes Euangelizantis & annuntiantis pacem, &c.* Et Isai. cap. 52. *Isaia. 52.* eisdem penè verbis. Nos ergo Christi amatus fasciculum manibus mentis gestemus ex beneficijs Dei collectum & cum sponsa dicamus: Fasciculus myrrhæ dilectus meus, &c. Dicam⁹ Christo nostro: Hofanna filio Dauid. Ei qui eduxit nos de Ægypto, & seruitute diaboli per mortē suā, Hofanna Creatori nostro, Hofanna conseruatori & seruatori nostro Hofanna. Ei qui pro nobis tot millia vulnerū perpeffus est, Hofanna: & sic de omnibus mysterijs Christi Dñi conficere poteris fasciculum myrrhæ, quæ Symbolum est mortis Dominicæ & Deo ad instar B. P. N. Bernardi dicere: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi.* Folia palmarum sunt vulnera clauorum eius, Salicesque torrentis passionis suæ, spinarum puncturæ, & quinque ille plagæ, ex quibus torrens ille sanguineus emanauit. Has aquas, O anima, hauries in gaudio de fontibus Saluatoris. Nec te dignum cibo putes, si fasciculum non gestaueris, & confeceris.

### PERFECIT LAUDEM

*Deus ex ore infantum & lactentium, cum lactentes pueros ab ubere pendentes perfecte resolare docuit & fecit Hofanna filio Dauid.*

SYMBOLUM. 5.

TAmetsi Apostoli ob simplicitatem illam, quam habebant columbinam, infantes & lactentes metaphoricos possint appellari, qua translatione & Petrus & Paulus vsi sunt cum de simplicibus Euangelicis loquuntur, & Christus ipse cum statuit paruulum in medio discipulorū, magna que Dei reluceat prouidentia ab utero in paruulis, qua mire custodiuntur in mille, in quibus sæpissimè versantur discriminibus; tamen non possum mihi persuadere relocum illum ex Psalmo. 8. *Ex ore infantum & lactentium perfecti*

Ff

perfecti

perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem, aliter quam nostri Symboli presertititulus interpretari posse. Versum enim illum obiecit. Christus Hebræis calumniantibus, quod ita sibi tali tantoque applausu permitte-

Matth. 21.

D. Hieron.

D. Chryso.

ret acclamari. Ita explicat D. Hieronymus quantum colligere licet. Et D. Chrysolto. ita inquit: *Potentiam tuam Domine ex hoc maximè ostendisti, quod vires imbecillas moueris & linguam balbutientem ad illam glorificationem claram & expeditam feceris.* Additque maius hoc miraculum fuisse, quam suscitare mortuos, dæmones expellere, leprosos mundare. Et inferius dicit: *Nequis infantium nomine innocentes & simplices eum dicere putaret, adiecit, lactentes, ut intelligeremus infantes pueros perfecta voce sonuisse Hosanna filio David.* Et sic etiam explicat in Matth. cap. 21. Ad idem est & Theophylactus, qui in

Theophyl.

Euthym.

D. Hilar.

S. Irenæus.

S. Iustinus

strumenta præbuisse infantes & lactentes docet Spiritui sancto. Cum eo est Euthymius cap. 46. de cæcis & claudis. Et in Matth. Hilarius cap. 21. Et S. Irenæus lib. 4. cap. 24. Et S. Iustinus Iustinus martyr interrogatione & responsione. 13. cum miraculo saltationis Baptistæ pusionis confert & connumerat hoc miraculum lactentium qui laudarunt Deum. Palæologus deniq; disputans contra Iudæos de duodecim tribubus

Palæologus.

ex quibus electi fuerunt, & Apostoli & de eisdem, ait: Admirabile miraculum videre infantulos lactentes, in matrum vlnis portatos, altera manu mammam matris trahentes, altera palmarum ramos Christo porrigentes, ea ætate qua loqui non poterant, clara & perfecta voce Christo Domino acclamantes, & dicentes: Hosanna in excelsis, & voces propheticas sonantes. Hebræi explicant metaphoram dicentes: Fundasti tuam potentiam, id est, firmam declarasti, & perfecte laudabilem fecisti. In idem recidit, Perfecisti robur. Ex ore (inquiunt Hebræi) id est, à tempore quo inci-

Theodor. in

Psal. 8.

piunt loqui pueri. Theodoretus videtur ad Apostolos hæc accommodare prima facie, cæterum statim ait, secundum historiam, veritatem vaticinationis agnosci posse, & prophetiã, ad id, quod in infantibus visum est: miraculum, accom-

modat.

FILIUS

FILIVS SEV PULLVS

subiugalis, id est, indomitus asinae pullus, cui nullus insedit.

SYMBOLVM. 6.

79 **P**ertinet & hoc ad gloriam Christi, & consequens est ad ea, quæ nunc agimus. Dicit enim Matthæus ex Zacharia. 9. cap. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus & sedens super asinam & pullum filium subiugalis.* Hebraismus enim est quo significatur, pullus nondum à matre seiunctus ad usum aliquem, ut qui primus ei insederit, is esset, quem cecinerant vaticinia sacra. Nam quamuis asina & pullus adducti fuerunt, Dominus non super asinam & pullum, sed ad suam ostendendam potentiam soli pullo insedit, ut alij Euangelistæ narrat, & pullus indomitus gradu, & gressu lento & composito viam fecit & confecit; ut hæc etiam parte miraculum esset, quod veritatem oraculis consentaneam indicaret. Docet enim D. Marcus super pullum illum nullum hominum ante Christum ascendisse, cap. 11. Non autem adeo mirum est, Deum iumento insedissem, atque ut iumentum apud Patrem factum fuisse eum qui est cum illo semper. Postulat. B. P. N. Bernardus ut Deus insideat iumento corporis, & efferos auferat ab eo motus; vade & tu fac similiter.

PRINCIPEM MAGNUM

asino vehi, pacis signum.

SYMBOLVM. 7.

81 **A**sinus animal est, quod & viuum profuit Israelitis, ut constat ex Num. 22. in asina Balaam, & mortuum ut ex mandibula quam arripuit Sanson, Iudi. 15. sed super iumentum, sedens Christus pacificator orbis, Ierosolymorum urbem ingressus est. Cognouit & asinus possessorem suum,

Ff 2

suum,

*Prudentius.* suum, nam in præsepio Christum adoravit, iuxta Prudentium lib. Cathimericon, hymno de natiuitate Domini.

*O sancta præsepis tua  
Eterne Rex cunabula;  
Multis & ipsis credita,  
Adorat hæc bruium pecus.*

*Zachar. 9.* Ingressus est autem Christus pullo asinæ insidens, & non equo, ad ostendendum se pacificatorem vniuersi, & generis humani mediatorem. Quod vt insinuaret Zacharias cecinit: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, &c.* Domesticum reddidit pullum indomitum, & mansuetum se ille exhibuit, velut agnoscens sessorem suum. S. Pontifex Cælestinus, non nisi asino vehi voluit propter Christum. Et sanè de Alexandro apud Curtium libro. 5. exaratum est, in Babyloniam magna cum pompa curru triumphali intrasse vestum. Nam Bagisthanes arcis & pecuniæ regiæ custos, iter floribus impleuerat & fertis, altaribus argenteis hinc inde constitutis fumantibus odores præstantissimos. Præcedebant instrumenta musica, & magi cantantes suos modulos, & vltimo loco Babylonij equites ante Alexandrum incedebant. At cum ingressus est Ierosolymam Alexander, pedibus insidens in Symbolum pacis ingressus est, si non nos fallit historia. Nam cum in somnis illi præostensum fuisset, se debellaturum Asiam, sacerdotem quæ Hebræorum Iaddum quem in somnis viderat recognoscens, ex equo resiliit cum eum habuit obuium, & adoravit, deducuntibusque sacerdotibus & non equo aut curru vetus ingressus est Ierosolymam, id quod enarrat Iosephus. Ita & Princeps noster Christus, cui honor maximus est impensus omnium. Namque non solum prosternebant vestimenta in via, quod factum fuisse, vt rarum de Catone Uticense minore refert Plutarchus; nec tantum iactabant flores, quæ pergebat Christus, vt idem autor eum honorem exhibuisse Neapolitanos & Italos Pompeiorefert, sed etiam in via qua incedebat pullus asinæ vestimenta prosternebant, & flores præiiciebant.

PAX

PAX BONORVM OMNIUM  
copia.  
SYMBOLVM. 8.

85 **A** Pud Hebræos nomine pacis omnium bonorum copia significatur. Vnde Darius in epistola ita salutatur. Pax vobis multiplicetur. Eademque formula vsus est Nabuchodonosor in epistola ad populum suum. Vide Daniel. 3. & 6. cap. In Chaldæo autem est Xelamecon, hoc est, *Pax vestra vel pax vobis.* Ita frequenter salutabat Christus discipulos suos, Pax vobis, in eiusque memoriam in sacrificio missæ populo dicitur. Sed & aue illud à Gabriele Mariæ virgini nunciatum iuxta interpretationem Syriacam eadem salutationis forma est, Pax tibi fit Maria. Ac si diceret; omnium bonorum copia abundes. Et conuenientissima sanè inchoatio data est mysterio desponsationis Verbi Dei, qui fecit vtraque vnum, qui mundum sibi reconciliauit, & pacificauit in sanguine suo. Salom, vel (vt alij efferunt) Xalom, apud Hebræos, pacem significat. Vt Psalm. tricesimo septimo, *Non est Salom ossibus meis.* Deriuatur inde Salomon, id est, Pacificus, & à nomine Salomon, suum Arabes deduxere Zulema. Vnde & Salome, hoc est, Pacifica, quod mulieris est nomen apud Marcum c. 15. quam Origenes Filiorum Zebæi, matrem fuisse existimat. Et in Canticis Sulamitis vocatur Sponsa veri Salomonis; vt à Francisco dicitur Francisca pro sexu foemineo, sic & à Salomone Sulamitis. Salmana quoque Rex Assyriorum, (de quo lib. 4. Reg. c. 17. agitur) iuxta nominis sui etymologiam pax ligata dicitur. Hierusalem insuper Iudæorum Metropolis quondam visio pacis interpretatur, id est totius boni; quatenus figura fuit cælestis Hierosolymæ, in qua totum simul bonum possidetur. Est quippe iuxta Boetiū beatitudo vera, *Status quidam bonorum omnium aggregatione perfectus.* Quæ in visione Dei, potius quàm in fruitione consistere, sacris literis est congruum. Sed & nomen pax suis tribus literis, sacram denotat Triadē, quæ summum bonum vltimusque finis noster est. P. litera Patrē, A, Filiū, X, Spiritum, qui nexus est vtriusque potest demonstrare.

Ff 3

BO

**BONA VOLUNTAS**  
pro Pace.

**SYMBOLVM. 9.**

Luc. 2.

**P**raecedentibus Symbolis consonat. Angelorum canticum, quod refert Lucas, cap. 2. Angelorum exercitus in natalis dominici nocte foelicissima, cecinisse. *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis.* Quod perinde fuit, ac si apertius dixissent nobis: Sit in caelo gaudium & gloria Deo, quoniam in terra bonum omne hominibus datur, in Christo recens nato. Ita enim illud, & accipio, cum viris doctis. Sumi quippe pro eo quod est, Quia, non ex vno tantum loco constat. In eadem acceptione dictum est Deiparae Mariae, à Sancta Elifabeth eius cognata, *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui*, id est, ideo tu plus omnibus benedicta es foemina, quoniam talem tantumque fructum è tuo sacrosancto ventre protulisti nobis. Pro eo vero, quod communiter habent exemplaria, *Et in terra pax hominibus, bonae voluntatis*, quaedam habent, *Bona voluntas*. Et quidem haec & Pax, reconciliationem, & Dei beneplacitum erga homines ostendit. Nam ex parte Dei accipitur, ut recte adnotavit Iansenius. Salom vero idem quod Graeca dictio, pro qua vertit in terpres, *Bona voluntas*, significat. Qui eramus igitur natura filij irae, reconciliati sumus Deo, per eius vnigenitum filium Christum, *Pro bona sua voluntate* (ut ait Paulus) hoc est, pro sua in homines maiori, quam effariliceat, liberalitate.

Psal. 109.

Atque ob hoc vnum in homines maximum beneficium, Deus liberalis appellatur Psalm. 109.  
ut dixi ex Hebræo, id deducens Decad. 6. Symbol. 4.

DIGI-

**DIGITUS DEI, VIRTUS**  
eius est efficacissima.

**SYMBOLVM. 10.**

**93** **A**pponamus, & hoc annotatione dignum, virtutis diuinae appositum Symbolum. Qua ratione membra corporea Deo in sacris tribuantur, diximus in Ilagoge ex D. Gregor. & Damasceno, Principio. 14. manuumque eius efficacem operationum virtutem designare. Et conuenienter satis. Nam Aristot. 3. de anima manum archiorganum esse tradit: & instrumentorum principem habere locum. Quoniam vero diuina opera ad illuminationem spirituum spectantia, Spiritui sancto tribuantur, per digitum Dei S. August. Spiritum intelligit sanctum. Quae sane explicatio displicere nemini potest, verissima cum sit. Et ita intellexisse Christum cum dixit Lucae. 11. *Si in digito Dei eicio daemona, &c.* Vel ex eo constat, quod Matthæus cap. 12. his verbis retulit id ipsum; Si in spiritu Dei eicio daemona. Eodem sensu dixerunt Magi Pharaonis in Exod. Dig. 8. *Digitus Dei est hic. i. virtus eius;* Tertullianus alicubi, minimum opus Dei intelligit per digitum. Drusus quidam, putauit Christum, illo, quo scribebat in terra, digito suo indice, daemones expulisse. Sed humanitas Christi, Deitatis fuit tota coniunctum instrumentum: & quolibet potuit digito, quod voluit. Falsum hoc figmentum puto, si tantum illi digito virtutem tribuat. Non autem praetereundum est, hunc autorem, in quadam sua annot. articulum fidei descensus Christi ad inferos, labefactare voluisse, ut faciunt haeretici leuissimo argumento. Refutat bene eos Bellarminus.

D. Greg.

D. Damasc.

D. August.

Lucae. 11.

Exod. 8.

Tertull.

Ff 4

DE-

# D E C A S X.

## H E L I A S P R O I O A N .

*Bapt. Malach. 4. cap.*

### S Y M B O L V M . I .

*Malach. 4.*



Vā simillimus in vita fuerit Baptista S. Helix, vel Angelus ostendit, Lucē. 1. verba ex Malach. cap. 4. (quod in omnibus, quæ viderim Biblijs citatur ad marginem) illi accommodans. Quæ (vt Patres docent de Helix persona sunt; & Ecclesiasticus cap. 48. id clarè monstrant. Docet tamen Iansenius nequè ex loco illo Euangelij, quo dicit Christus Eliam esse venturum satis conuinci eum venturum ante iudicium, quoniam de Ioanne Baptista locus intelligi potest, qui precessit in spiritu Helix, nam recte ( inquit ) intelligi potest Dominum tantum significare voluisse, verum esse quod scribæ dixerunt Eliam venturum ante Messiam. Neque præterea satis conuinci concedit ex loco Ecclesiastici Eliam in persona venturum, *Dici enim potest* ( ait ille ) *autorem, istud dicere, secundum receptam suo tempore opinionem, qua creditum fuit ex verbis Malachix, quæ hoc clare significare videntur, &c.* Quasi vero ex vulgi opinione verba & sententias Spiritus sancti & non ex certissimo veritatis fonte hausta concedi debeat à Catholico. Concludit denique non esse quasi de fide tenendum venturum esse ante iudicium Heliam. Quod tamen clarissimè licet Symbolicos docet D. Ioannes Apocalypsis. 11. capit. *Hi sunt dua oliuæ & duo candelabra, &c.* De quo alias dicetur latius. Et tamen ipsemet Iansenius in concordia Euangel. capit. 47. explicans illa verba Domini, quæ respondit discipulis post descensum de mōte Thabor vbi viderant Helix, sciscitantibus, *Quid ergo dicunt scribæ* (Matth. 17.) *quod Eliam oporteat primū venire? At ille respon-*

*Apocalyp.*

*Iansen.*

*Matth. 17.*

95

96

97

respondens ait. *Elias quidem venturus est. &c.* Et illud ex Luc. 7. *Si vultis recipere ipse est Elias, docet ideo, Dñm dixisse, si vultis recipere, &c. quia Ioannes non erat Elias secundum sensum literalem & proprium illius testimonij Malachix quo promittitur mittendus Elias ante aduentum Messix. Ibi enim potissimum (ait) est sermo de aduentu Domini secundo, ante quem venturus est Elias in propria persona iuxta receptam sententiam. Dicitur enim ibi, *Antequam veniat dies Domini magnus & horribilis: & ne forte veniam & percatiam terram anathemate, quæ manifeste satis pertinent ad secundum Domini aduentum.* Addit in super sensu mystico accommodasse illum locum, Dominum Baptista, ac proinde in libera auditorum optione reliquisse, vt doceret nos non ad vrgendum sed ad ædificandum, vti debere mysticis sensibus. Verum re ætè illud, *Si vultis recipere*, Explicant Chrysostomus & Theophylactus, attentionem in auditoribus non mediocrem illa verba postulare. Neque credendum est, licentiam nobis reliquisse Christum & copiam, qua recipiamus, vt velimus Eliam esse Baptistam, qui id Lucæ primo per Angelum nos edocuit assertiuè, & non sub conditione. Et argumentum & interrogationem discipulorum, quis non videt ampliorem exposulare expositionem, nisi locus de Ioanne præcedente Christum intelligatur necessario? Et ipsi ita intellexerunt loqui, scilicet, Christum de Ioanne Baptista, quem dicebat Christus, esse Heliam qui venturus est, & iam venisse, & fecisse de illo sicut voluerunt veritatis hostes Herodem & Herodiadem eorūque ministros, ad id enim alludebat Christus: & adiecit: sicut scriptum est de eo: nimirum Malachix 4. vbi de aduentu eius agitur, & ad marginem, loca ex Mar. 9. & Matth. 17. & Lucæ. 1. citantur. Non ergo tantum de aduentu Eliæ in persona ante iudicium loquebatur Christus, sed etiam de suo præcurfore Baptista. Nam quod de illo loqueretur, agnouerunt discipuli tunc, vt habetur Matth. 17. illud autem. Et fecerunt de eo quæcumque voluerunt, per parthenism videtur accipiendum, vt, sicut scriptum est de eo, ad id, quod est, Elias iam venit, tantum referatur. Nisi velim⁹, per hoc quod Elias propheta præcurfor Christi vocatur, etiam persecutionē eius à posteriore Iezabele, Herodiade,*

*Lucæ. 7.*

98

99

100

*D. Chrysof. Theophil.*

*Lucæ. 1.*

Ff 5

scili-

scilicet, fuisse prænuntiata, licet subobscura, fore infligendam: vel scripturam, ubi de morte Ioannis agebatur, injuria temporum, intercidisse. Et si de iudicio ageret solum cum dicit. Elias quidem venturus est, & de Elia in persona, postea vero non de primo aduentu & de Elia in spiritu, sermo certe ambiguus non ita satisfecisset animis discipulorum de aduentu Helie ante aduentum Christi quærentium. Et cum Iudæi proculdubio de Elia præventuro primum aduentum dicebant, & de eo Discipuli interrogabant, de illo etiam & non de secundo tantum respondisse Christum putare debemus. Cum ergo Christus dixit, Elias quidem venturus est, videtur de Ioanne Baptista etiam intelligendum, ut & Iansenius recte dici inquit. Suarez autem cui & videtur consentire Ribera in Malachiam quamvis fateatur esse de fide aut fidei valde proximum Eliam & Enoch futuros esse præcursores secundi aduentus Christi in comment. ad 3. partē. tomo. 2. in quæstionem. 69. articul. 6. disput. 55. sect. 2. tamen locum illum Malachiæ. 4. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, nullo modo intelligi posse putat de Ioanne Baptista, eadem ratione, atque Cornelius Iansenius conuictus nempe, quod dies Domini magnus & horribilis nullo modo possit dici aduentus Domini primus. *Iansenius.*

*Eccles. 48.* Audiat tamen ipse Iansenium, qui in Ecclesiasti. capite. 48. verba illa de Elia dicta, *Conciliare cor patris ad filium & restituere tribus Jacob, declarans ita inquit: Caterum quod de Elia promittitur apud Malachiā, ad quem autor hic respicit pleneq; existimant in Ioāne Baptista impletū, eo quod ad verba Malachiæ alludēs Angel⁹ Gabriel dicat de eo Luc. 1. ipse præcedet ante Dñm, &c. ut conuertat corda patrum, &c. Et quia Dñs bis in Euangelis dicit Ioannem esse Eliam, qui promissus erat venturus. *Matt. 11.* Si, inquit, vultis recipere ipse est Elias qui venturus est. Et rursum *Matt. 17.* Dico vobis, quia Elias iam venit. Et inferius dicit: Communis tamen omnium antiquorum patrum sententia est, quod et si Malachiæ prophetia etiam ex parte impl. ta sit ad Ioannem Baptistam & ad eum etiam pertineat, qui fuit Elias non in persona, sed in spiritu, tamen adhuc ante secundum Dñi aduentum, venturus etiam sit Elias in propria persona, in quem ea prophetia perfecte implenda sit, ut ad quem ea proprie pertineat. Hæc ille. Ex quibus*

Suarez.  
Ribera.

*Iansenius.*

*Eccles. 48.*

*Luc. 1.*

*Matt. 11.*

*Matt. 17.*

quibus plane efficitur aliquomodo saltem locum illum Malach. 4. ad Ioannem etiam spectare. Nam si solum mystice ( ut audacter Cornelius docet ) locus ille ad Baptistam pertineret, ut quidam alludit Angelus ad illum adeo euidenter ad probandam magnitudinem, & præstantiam præcursoris? Hinc est quod Beda in Luc. ij. idem pene syllabis locum Malachiæ Angelum retulisse dicat, & B. Arias Mont. se a Gabriele, hanc interpretationem fuisse edoctum. Ut quid & Dominus dicit Ioannem esse Eliam, qui venturus dicebatur. Ita enim ego intelligo illud, est. Ut quid & docuit recte dicere Scribas Eliam venturum ante Christum, qui proculdubio ex Malachia & Ecclesiastico illud acceperant? Sed ut rationem istorum autorum dissoluamus ostendamus in sacro sermone diem Domini magnus & terribilem vocari aduentum primum Christi.

## DIES DOMINI MAGNUS

& terribilis etiam ad primum Christi  
aduentum pertinet.

## S Y M B O L V M. 2.

Placet autem non ex propria sententia afferre testimonia, sed ex Sixto Senensi homine doctissimo, qui libro. 7. suæ Biblioth. De Marci Euangelij defensione agens Hæresi. 3. dum Anabaptistis respondet probare niten-  
tibus testimonium illud Malach. 3. Ecce ego mitto Angelum meum, &c. Non posse accipi de Ioanne Baptista, postquam commentum recutorum Iudæorū ad suum pseudochristum & ad Heliam venturum id referentium D. Hieronymi tempore, refellit & explodit, ita inquit: Nec obstat, quod Anabaptista una cum recutitis Iudæis dicunt, prophetam Malachiam seipsum declarare infra, quod de Helia loquatur, cum dicit: Ecce ego mitto ad vos Eliam Prophetam, quoniam Angelus apud Lucam, & Christus apud Matthæum eadem verba de Ioanne Baptista exponunt, &c. Et subdit. Quod  
autem

*Iansenius.*

*Sixtus Sen.*

*Malach. 3.*

autem additur. Heliam venturum ante diem magnum & terribilem, neminem mouere debet, quasi ad Ioannem qui non in secundo, sed in primo, Christi aduentu venit, aptari non possit: quoniam in sacris literis dies magnus Domini ac terribilis, non solum defecundo Christi aduentu ad iudicium, in quo venturus est Elias, sed etiam de primo Christi aduentu in carnem, quem Ioannes praecessit, intelligi solet. Dicitur autem primus Christi aduentus secundum carnem dies Domini magnus, & terribilis, vel propter excacationem & ruinam Hebraeorum terribilem in eo factam vel, (vt Beda inquit) propter diem natiuitatis, & passionis Christi: qui a Petro Apostolo ex testimonio Iohelis prophetae appellatus est, dies Domini magnus ac manifestus, eo quod cum Christo nato, nouum sydus emicuit, & eo crucifixo Sol obscuratus est, Luna non dedit lumen, terra contremuit, petrae scissae sunt, & multa corpora sanctorum, quae dormierat, magno spectantium terrore per urbem discurrere visa sunt. Haec Sixtus. Et profecto si locus ille Ioelis. 2. quem citat D. Petrus Actuum 2. ad tempus primi aduentus non referretur ab eo, videtur, quod non fuisset ad propositum, quod impium est dicere. Et D. Chrysostomus locum explicat de calamitate illa maxima Hebraeis ob necem Christi destinata, qualis nunquam illis antea visa fuit, quem Isidorus Clarius sequitur, & D. Hieronymus de tempore passionis locum exponunt, in quo lunam esse rubeam factam & velut in sanguinem conuersam credibile putat quamuis non sit scriptum, sequitur eum Dionysius Carthus. Et sane verba illa. Et erit, omnis qui inuocauerit nomen Domini, &c. ad primum aduentum spectant. Romanis insuper veteribus dies magnus appellabatur, qui longis maximisque laboribus finem imponebat. Sic in vita Agricola autore Cornelio Tacito habes: Transite cum expeditionibus; imponite. 50. annis magnum diem. Id quod ad notauit Alciatus libr. 8. Par ergo in c. 8. vnde etiam iuxta hoc exponit illud ex Poetae Eclog. 4. *Et incipient magni procedere menses. Quidni igitur dies passionis Christi qui tot tantisque laboribus eius finem imposuit, magnus appelletur? Denique Mag. hist. Scholast. in hist. Actuum, cap. 14. locum Iohel. iuxta nostram sententiam exponit, ad Ioan. ergo & ad Heliam*

Beda.

Ioel. 2.

Actuum. 2.

D. Chrysof.

Clarius.

D. Hieron.

Heliam locus ille Malach. pertinet ad literam. Nam vt Christus improprie dicitur, licet ad literam Dauid, sic Ioan. Elias appellatur.

CORAM DOMINO SVPER  
lationis vicem gerit.

SYMBOLVM. 3.

EX Hebraeis, qui passim in lectione sacra occurrunt, vnus est cum additur alicui rei, Coram Dño. Vt Genes. 10. dicitur de Nemroth, quod, *erat robustus venator coram Dño*, Id est, robustissimus oppressor hominum, inter omnes qui sub caelo sunt. Sic filius prodigus apud Lucam ait ad patrem. *Peccaui in caelum & coram te*, pro eo quod est, praeter ceteris mortalibus, qui sub caelo sunt, & contra diuina praecpta egerunt. Eadem phrasi videtur dici de Ioanne ab Angelo, *Erit enim magnus coram Domino*, Id est: maximus. De Christo autem dixit magnus absolute. Sed non ex illa phrasi colligitur Ioannes factus a Deo omnium maximus. Sic de Christo dixerunt duo eius discipuli euntes in Emaus Luc. 24. qui fuit vir propheta potens in opere & sermone coram Deo, & omni populo. Obseruandum autem ex Origen. in Leui. hom. 12. & ex Cyril. li. 12. in Leu. non appellari peccatores magnos.

SVRGERE ALIQUEM EST  
illustrem haberi, & reputari factis & nomine.

SYMBOLVM. 4.

AD notauimus, non breui sacrae scripturae lectione inter alia & hoc symbolum, ad sinceram eius intelligentiam non parum necessarium. Surgere enim speciali quadam significatione regibus, & prophetis in sacro eloquio accommodatur. Dicitur quippe surgere Rex, aut propheta denuo cum incipit clarescere. Exodi siquidem primo legis: *Surrexit interea rex nouus*. Et Hispanismus noster, quo dicimus, *Alcaro a do Henrique por Rey*. Non est absimilis. *Alcaro Rey en Granada*. Eccles. 47. *Post hac surrexit Natha propheta*. Et in eodem. c. de Salomone dicit: *Post ipsum surrexit filius sesatus*. Id est, sapiens claruit maxime & regnavit. Et. c. 48. *Surrexit Elias propheta*. Sic & de Ioanne Baptista eadem significatione dicit a Christo

Exod. 1.

Eccles. 48.

Inter

*Matth. 11.* Inter natos mulierum nō surrexit maior Ioanne Baptista. Quod ad prophetas coarctat alter Euangelista Lucas c. 7. Voluit ergo significare Christus, nullū a deo clarum surrexisse in Israel fama & opinione. Nam & Deus existimabatur, & ab ipso Deo, eiusque discipulo Ioanne Theologo maxime laudatus est, & ab Angelo. Hæc ideo dixerim, nequis ex illo loco ansam sumat illum alijs sanctis anteposendi. Magnus sanè fuit Petrus Apostolorū princeps & maximus omnium Apostolorum dignitate. Atque vt omnes ipse antecelluit, ita & omnes Apostoli reliquos sanctos dignitate præcelluere. Et cui plus cōmittitur, plus ab eo exigitur, nec sine causa Christus dixit: Diligis me plus his? Deus autē nō exigit quod nō donat. Cōsonumque videbatur diuinæ sapientiæ, optimum eligere in pastorem vniuersalem Ecclesiæ, vt & elegisse eum constat ex D. Thom. in Ioan. 21. capit. Quare non immerito videtur mihi dixisse idem D. Thom. in Epist. ad Eph. capi. 1. temerarium (ne diceret) erroneum quod aliquos sanctos, præsumat quis conferre Apostolis in gratia: & gloria loqui enim visus est, quo ad dignitatem & privilegia externa, quemadmodum & accipi potest Paulus, cum ait, *Primitias spiritus, & abundantius* Accepisse Apostolos cæteris. Itaque accipiendus est D. Thomas, iuxta id, quod homo ex externis priuilegijs à Deo collatis colligere potest, quæ in Apostolis post Christum & Matrem, reluxerunt, plus quam in alijs sanctis. Quamuis autem nullam solutionem & excusationem pateretur prima fronte sententia D. Thomæ, non tali nota, & censura inurenda esset, quali quantaque iniuri video. Ait enim Suarez tomo. 2. ad. 3. eius partem. q. 29. art. 1. & 2. disput. 8. sect. 2. censuram illam eius, vniuersaliter & sine vlla exceptione intellectam neque in se, neque in eiusdem sancti Doctoris doctrina, posse consistere. Semper ipse Sanctus solet pie purgare & excusare sanctos in dictis & sententijs suis, maxima cum pietate & reuerentia, ac proinde videndum est, an possit elui cauillus à suo expposito re, alioqui pio & docto, obiectus. Pro quo supponendum est non ignorasse D. Thomam sententiam illam Sapientis, Pro uerb. 16. quod, *Spirituum ponderator est Dominus.* Multum e- quidem fuit in B. Iosepho quod nutritius fuerit Christi & pater

17 pater putatiuus, & cum Christo assidue conuersatus: cæterum plus fuit Deum concipere mente quam concipere ventre ex August. libro de sancta virginitate cap. 3. Et cum hoc fuerit plusquam esse nutritium Dei, & ex hoc externo vt sic non existimetur omnimoda sanctitas Virginis supra sanctitatem omnium sanctorum, multominus facienda est ista collatio de S. Iosepho alioquin sanctissimo. Cum nullo ergo Apostolorum voluit D. Thom. conferri aliquem alium. Cōfessusque est esse maiorem Petrum dignitate, sed non merito ipso Ioanne Bap. quoniam tunc ad externa solum priuilegia & prælationem attendebat. Sed de his hæc tenus.

SPIRITVS ORIS NOSTRI  
Christus Dominus.

SYMBOLVM 5.

**V**erba sunt ex Ieremiæ: c. 4. qui & addit. *Captus est in peccatis nostris. Cui diximus in vmbra tua. vinem in Gethibus.* Iuxta Heb. est: *Spiritus vultus nostri Christus Dñs.* S. Hieronymus locum hunc explicat de Christo, sub cuius alis & vmbra Ecclesia degitinter gentes. Ipseque est noster spiritus, *In quo viuimus mouemur & sumus. Qui traditus est propter delicta nostra, &c.* Origenes in Cantica & S. Athanas. libro vno de vnitatis Trinitatis, & cum agit de illo verbo Euangelij, *Quicumque dixerit verbum aduersus spiritum S. & c. ita* inquit: *Sic propheta contemplans verbum Dei carnem factum dixit: Spiritus faciei nostræ Christus Dominus, nequis ex eo, quod oculis patebat, putaret Dominum nihil aliud esse, quam hominem: sed audiens spiritum cognosceret Deum esse in corpore.* Euthymius in Panoplia sua nititur probare ex dictis antiquorum patrum, quod Christus vocatus sit spiritus. Rabbinij legunt, *Spiritus narium nostrarum Christus Domini:* Vt attribuant locum Regibus, qui Christi vocantur. Verum vt vt legamus, Spiritus, videlicet oris nostri, vel uarium nostrarum, vel vultus nostri, de Christo locus ille (vt patet) est intelligendus: qui est, *in quo (vt diximus) viuimus mouemur & sumus.* Et in hunc



*D. Aug.*  
*Eusebius.*  
*D. Ambro.* hunc modum explanant S. August. libro. 18. de ciuit. Dei capite. 33. Et Euseb. lib. 4. Demonstat. Euang. & S. Ambrosius in Psalm. 118. serm. 15. Id quod adnotauit Leo Castrensis in suo Apologetico. Accipe & aliud non ab simile.

HOC QVOD CONTINET OM-  
nia periphrasis Dei.  
SYMBOLVM. 6.

*Leo Cast.*  
*Sep. 1.* **F**requense est in ore omnium Ecclesiasticorum locus ille Sapiētis, capite. 1. libro sapientiae, qui sic ait, *Beneignus est enim ( idest liberalis & magnificus ) &c. Et non liberabit maledictum a labijs suis, &c. Quoniam spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientia, vel cognitione habet vocis.* Quidam hoc ita explicat, vt illud, Quod continet omnia periphrasis sit vniuersi, & huius machinae mundialis cuius voces optimè & eleganter explicantur à Dauid. Psalm. 18. *Caeli (inquit) enarrant gloriam Dei & opera manuum eius, &c.* Et Ps. 8. *Dñe Dñs noster, quam admirabile est nomen tuum, &c.* Et rationem subdit inferius. *Quoniam videbo caelos tuos opera digitorum tuorum, &c.* Et D. Paulus ad Rom. 1. *Inuisibilia enim Dei per ea, quae facta sunt intellecta conspiciuntur à creatura mundi,* Id est, ex creatione mundi, vel ab homine, vt exponunt alij, qui omnis creatura vocatur in Euangelio, iuxta D. Greg. quod omnem creaturae gradum, in se quodam modo contineat. Verum hi, qui ita dictum hoc sapientis explanant, non adeo verum sensum attingunt, atq; Cornelius Iansenius. qui aduertens illud relatiuum, quod, refertur dictionem Pneuma, id est spiritum, ad eum refert hanc circumloquutionem. Nam ipse spiritus fouet & alit omnia, omniaque per appropriatione dicuntur esse in eo, sicut omnia ex Patre & omnia per filium. D. Aug. in speculo legit, *Hic qui continet omnia.* Accommodatur & hoc festo Pentecostes, quando Apostolis apparuit sacrum Pneuma, tanquam ignis, linguae scilicet, dispersitae ad designandum Donum linguarum & sancti Spiritus feruorem mirum & varium, datae sunt illis instar ignis vel flammæ. Cum ergo ita sit in omnibus Spiritus diuinus, vt foueat omnia, & repleat omnia

omnia, nihil quantumuis occultum maledictum illum latebit, cuiuslibet vocis quantum libet arcanae cognitionem habet intimam: ac proinde homo maledicus non effugiet manus eius. Hinc est quod *manus* sponsi Canticor. 5. *tornatiles*, & sphaericae vocantur, quod nihil aliud est, quam quae omnium rerum autor molitus est sphaerica ratione continere. Kabalæi dicebant, animam non corpore, sed corpus ab anima, animam insuper à Deo contineri. Ob eamque rem nomen loci, vel magon illi tribuunt, vt obseruatum est in Ismaelitarum Theologia apud Cyprianum nostrum Huerg. *Cyprianus.*  
A Kabalæis præpterea appellatur Deus omne quod omnia circumeat & ambiat. Et à principio mundi spiritus iste ferebatur super aquas, vel incubabat aquis, vt alia lectio habet, vt gallina ouis, vt rerum species distingueret. & extraheret.

CARO CHRISTI REFLO-  
ruit cum à mortuis resurrexit.  
SYMBOLVM. 7.

**D**avid Psalm. 27. ad resurrectionem Domini aspiciens eleganti vtitur metaphora dicens. *Et restoruit caro mea & ex voluntate mea confitebor ei.* Quia est lætitia cordis valetudo, & bona habitudo carnis exoritur, iuxta illud sapientis, *Spiritus tristis exsiccat ossa, lætus autem impinguat.* Sic Septuaginta verterunt, quod in fonte habetur (vt Genebrardus prodit.) *Derec Nebua, idest, exultabit cor meum.* Pro eo quod est, ex voluntate, in Hebr. habetur, *ex cantico meo.* Id quod & Hispanismus noster habet, *De voluntad, cantando lo hare yo esso.* S. Aug. & D. Hieron. explicant de resurrectione Christi. Et S. Cyril. in Ioannem li. 4. c. 35. explicat de resurrectione iustorum, qui tale cantabunt canticum. S. Ambrosius sermone. 54. *Restoruit, inquit, caro mea non floruit. Nō restorescit, nisi quod ante floruerat. Floruit caro Domini cum primum ex sacra Maria virgine processit, iuxta illud: Et flos de radice eius ascendit. Restoruit cum rediuit de sepulchro resurrectionis gloria germinauit.* Ganeius, qui, vt Flaminius ad Dauid refert, versum ita elucidat.

Gg

Illo

*Illo fidens prorsus in vno  
Toties adfuit & me adiuvit.  
Toties magnæ præ letitia  
Cor mihi visum est gestire meum,  
Ac me a toties caro restoruit.  
Quam obrem modulis & carminibus  
Iugiter illum celebrabo meis.*

## FLORES PRO FRONDI-

*bus in sacro eloquio ex Abulensi  
in Genes. cap. 40.*

## SYMBOLUM 8.

Abulens.

**P**ropter Abulensem solum istud apponimus Symbolū, qui in Genes. capite. 40. defendit vitem non florescere, idque constare inquit, primo, quoniam in vite non est inuenire præter gemmas, frondes, & fructus aliquid aliud. Et deinde quoniam deficit in vite humor quidam aqueus subtilis, & valde tener, ab aere bene passus; ex quo flores enascuntur, nā qui in vite est, nimis crassus est, ex quo provenire dicit, ut in regionibus frigidis non proveniant vitæ, quoniam deficit calor, qui decoquat crassum illum humorem. Dumque explicat præpositi pincernarum somnium qui coram se vidit vitem, in qua erant tres propagines, siue rami, quas vidit paulatim crescere in gemmas, & post flores suas maturefcere, dicit ibi non proprie accipi flores, sed profundibus usurpari. Id quod ego mente mecum voluntando, videbam sapientissimum Abulensem, vna ex parte, ex alia ij, quibus rem proposui cum vineæ dicuntur florescere, rem valde ridebant & deridebant, videntes in racemulis ipsisteneris quosdam ceu flosculos, quædam & in modum fructus. Dicebam ego, ex flore, ut ex materia non sit fructus, ut expresse apparet in singulis alijs arboribus & præcipue in his, quæ sub duro cortice latitantes produ-

cunt fructus, at ex istis folliculis prodeunt vitæ, & si decidant istæ minutulæ particulæ nihil manet. In alijs autem arboribus quamvis flos ad defendendum fructum sit à natura institutus, tamen non ita, ut si flos aliquo tempore decidat fructum arbor non faciat. Erit ergo vitis, ut ficus, & caprifici, & aliæ arbores, quas Plinius enumerat, libro. 16. capitulo. 26. quæ non producant flores. Præterea si flores produceret vitis, cum gemmas profert, tunc apparerent, ut aliæ arbores tunc edunt, & non expectaret, usque ad productionem fructus. Nam quousque aliquæ apparent vitæ & racemum efformati sunt, illa follicula instar floris non videntur. Et in eis non est distinguere ut omnibus alijs in arboribus à flore fructum. Ridebant illi, dum ego magistrabat Abulensem. Dicebantque contra sensum esse. At sensum habebat ille, respondebam ego. Ex alia parte videbam omnes autores, flores in vite inuenire. Et in sacra scriptura non semel, commemorantur, ut ex capite citato Genes. 40. constat, & in canticis vinea floruisse & vineæ florentes odorem dedisse, dicuntur. Et ab illo flore serpentes fugere Bartholomæus Anglicus docet: odoremque vinearum experimur. Verum ad hæc omnia respondebit Abulensis, iam apud vulgus inoleuisse, ut frondes, flores appellentur, vel fructus illi tenerissimi. Ob autoritatem autem verborum scripturæ, & communem dicendi morem dum dico: si sine discrimine viderit le-

34 **E**go enim hæc solum ex illius retuli sententia, à communi per hæc nolens recedere.

(7)

Gg. 3. MORS

MORS VITA, QVIA PELICANUS CHRISTUS.

SYMBOLUM 9.

**H**abet, & hoc symboli faciem & speciem, estque in Paulo & alijs scriptoribus noui testamenti satis vsitatum. Nam per Christi mortem in vitam sumus restituti. Abachuch, capite. 2. ita alloquitur Deum. *Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur.* Quod iuxta literam antiquam, quam mutauerunt Iudæi, vt habetur in Beresith Rabba in expositione, capite. 18. & in Midrahti hilli super Psalm. 17. & in fine libri Benasser quidiqduq, ita legi debet. *Nunquid non tu ab antiquo Domine Deus, sancte meus, non morieris?* Quasi diceret. Morieris vtique, quapropter nos non moriemur, sed in tua morte viuemus. Quasi pelicanus mortem obibis vt des vitam filijs. Nam Christus ex sententia Chrystophori de Sancto Antonio in triumpho Christi comparatur à Psalmista Psalmo. 101. pelicano solitudinis, de quo Hieronymus ad Præsidium ita ait, Pelicanus auis Ægyptia habitans in solitudinibus, quæ filios à serpente occisos, lateribus percussis suo sanguine excitat. Est & aquatica alia Aristot. libro. 8. animal. capite. 12. & Eliano libro. 3. capite. 2. & 23. quam plateam appellatam à Plinio nonnulli existimant, vt refert Genebrardus. Sed quod ad rem agit est, quod Christi sumus morte vitæ redditi immortalis. Vnde Malachiæ. 1. vbi nos habemus, *Et dixistis: Ecce de labore, & exufflastis illud, &c.* Iuxta antiquam literam erat sic: *Ecce quanta lassitudo, seu labor, & fecistis me expirare, dicit Dominus exercituum.* Istam scribarum (quam vocant) adaptationem, scilicet, Hebraice Tiqqi Zofria, (& melius vocarent destructionem) referunt liber Victoriæ contra Iudæos, & Raymundus in pugione, qui & Hebræos afferunt, qui affirmant eam. Similiter Deuteronomio. 32. dicit Dominus. *Videte. quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me.*

Ego

*Ego occidam & ego viuere faciam, &c.* Vbi passiuua voce alia habet lectio, ego occidar. Quam lectionem Bononiæ habet charta legis Moyfi, quam Eforis propria manu scripsit, sicut doctores testantur, qui viderunt eam. Vitiarunt vero literam Hebræi post Christi passionem. Addit insuper Armachanus, qui prædicta refert in sua summa de erroribus Armenorum libro. 2. capite. 11. apud Christophorum de Sancto Antonio, vbi supra, titulo. 4. allegatione. 50. Dixit etiam mihi maximus Doctor Hebræorum factus Christianus: & hoc coram multis probauit Bononiæ ex prædicta charta in domo fratrum prædicatorum Alia multa in confirmationem nostri Symboli adducere in medium poteramus. Sed iam Ezechielis illa tenebricosa nos vocat visio, vt eam ceu colophonem apponamus.

VISIO SIMILITUDINIS

*gloria & maiestatis Domini, ostensa Ezechieli in curru, quem quatuor Cherubim deferebant, in solamen captiuorum.*

SYMBOLUM 10.

**D**E Ezechielis illo abstruso & impertransibili Labyrintho dicere gestit animus & formidat. Iam certè ad tricesimum perueni annum, quæ sacerdotali ministerio præstituta Hebræis ætas fuit, Canticaque mihi & Genesim totam, & Ezechielem euoluere licet. Verum post longam de hac visione meditationem ad eius explanationem trepidus valde accedo. Faxit Dominus, vt lasso det virtutem, cæcoque lucem, pauperique diuitias, pelagusq; vastum ingredienti suum infallibilem ducatum præstet. Principio ex D. Hieron. in prologo super Ezechiel, supponendum est, quod eos, qui cum Ioachimo in Babylonem fuerat translati, poenituerat, meliorē in Ierusalem manētium for-

Gg 3

tena

Abach. 2.

Christoph.  
de S. Anto.  
Psalm. 101.  
D. Hieron.

Aristot.  
Elianus.  
Plinius.  
Genebrard.  
Malach.

Raymund.  
Deut. 32.

35.

36.

37.

38.

40.

41.

42.

Armach.

D. Hieron.

tem reputantes, vt habetur Ieremiae. 24. capite, ac propterea à quinto anno à trāsmigratione Ioachimi Dominus apparuit Ezechieli in solatium captiuorum, mala iam iam Ierusalem imminencia præostendens, vt concaptiui gaudent se Ierusalem deseruisse potiusque eorum, qui in ea manere statuerunt, quam suam vicem deplorarent. Vnde iuxta Lyrannum, exercitum Chaldæorum ventusturbinis, & nubes ab Aquilone, nam illac in Iudæam intrauit vt sepe prædixit Ieremias & Isaias: combustionem vero ciuitatis ignis inuoluens, animalium autem quaternarius numerus, facierum, & rotarum, quadruplicem Monarchiam in signem, designauit. Nec enim mirum est idem sub diuersis imaginibus, vt apud Genesim. 41. fertilitas, & sterilitas sub spicis, & vaccis adumbrata est, delineari. Prima iuxta Hebræorum descriptionem) Leonis facies, quatuor regnorum, primum, Chaldæorum, scilicet, prænotauit, in cuius signum frequenter rex Babylonis Leo dicitur in scriptura, vt Ieremias. 24. *ascendit Leo de cubili suo.* Nec de sunt, qui dicant, talis in suis vexillis animalis Symbolum præmonstrasse, Humana facies, Persarum, & Medorum erga Israel humanum imperium erat, vt Cyrus se humane gessit: quod Chaldæis successit, Danielis, vt habetur quinto. Bouinus aspectus, Græcorum erat monarchia, quoniam ceu cornibus impulit Israel, vt de Antiocho illustri habes 1. & 2. Machabæorum libro. Et sic Daniel. 8. vocatur iste Antiochus cornu modicum, postque grande nimis factum contra Meridiem & contra Orientem, & contra fortitudinem, id est, templum Ierusalem. Aquila Romanorum imperij erat Symbolum. Nam Lucan. libro. 1. Pharsidicit.

*Signa, pares aquilas, & pila in uantia pilis.*

Alis potestas Angelica præsidens quatuor monarchijs indicabatur, ac subinde Angelus Persis qui præsidet, dictus est, *Persarum princeps*, Daniel. 10 vt & Græcorum pariter. Ad quatuor mundi partes animalia & rotas tendere, reg-

46 norum erat extensio. Velox motus & terribilis aspectus, eorum feritas ingens & fortitudo. Manus, opera, quoniam ex Aristot. 3. de anima, manus est organum organorum, siue archiorganum. Firmamentum capiti animalium imminens, mundi pars superior, sedet, scilicet, Dei & beatorum Deus, qui præest omnibus rebus illisque prouidet, & curateas, qui sedebat in throno, in specie hominis futuram præmonstrans incarnationem Verbi. Sub electri colore, magis quam argentum splendentis, & aurum præfidis sapientia, cuius non est numerus, indicabatur. E supernaque parte interiori nec ostensum habebat splendorem, inferne autem emicabat, quoniam diuina natura, vt in se est latet nos, quamuis ex Roman. 1. inuisibilia Dei, per uisibilia inuestigentur. Sed aliorum alias sententias de hac uisione exponamus ex Sixto Senensi libr. 2. Bibliothecæ, dum sigillorum septem librum ex Ioanne, exponit. Catina Syrus in expositione primæ uisionis Ezechielis, hominem refert ad totum Israel, leonem ad regale sceptrum Iudæorum, vitulum ad sacerdotalem & Leuiticam tribum, Aquilam ad uindictam, & uisionem Dei super Israel. Quauis uero quod uidetur uelle Sixtus nempe, uisionem Apocalypseos quatuor horum animalium cum hac Ezechielis conferri, non mihi probatur, placebit eis fortasse, qui cum Diuo Hieronymo & Diuo Augustino per quatuor animalia quatuor intelligant Euangelistas, quos ego arbitror debere intelligi in Apocalypsi, vt & Andreas Cæsareæ Episcopus arbitratur. Rupertus Abbas Tuitiensis exponit, per quatuor animalia quatuor principalia Christi mysteria, quæ Christiano homini non licet ignorare, incarnationem, scilicet, Passionem, Resurrectionem, & Ascensionem, quem Hector Pintus est sequutus. Gaufridus ad prælatos animalia Ioannis accommodat, qui Leonem se debent exhibere in delictorum correctione, bouem uero in terrenorum strenua tractatione, hominem benigne subditis compatiendo, qui iam sublimiter euolando. Rabbi Dauid opinionem ex Lyranno quæ retulimus tenet, de quatuor monarchijs. Rabbi Salomon tradit quatuor Angelos, quatuor monarchijs

Gg 4 præ-

Polychron. præpositos, vt Polychronius quatuor mundi partibus signifi-  
 ficari. Origenes & Nazianzenus putant esse quatuor rati- 50  
 Onige. onalis animæ vires siue affectiones, hoc est, hominem vis  
 Nazianze. rationis, leo vis irascibilis, Vitulus vis concupiscendi,  
 D. Ambr. Aquila conscientia reliquis præposita, quæ à Paulo spiritus  
 hominis dicitur. Ambrosius in libr. 3. de Virginibus, qua-  
 tuor dicit significare, morales virtutes, Leonem vide-  
 licet fortitudinem, vitulum iustitiam, Aquilam tempe-  
 rantiam, hominem prudentiam. Arethas Cæsareæ 51  
 Episcopus quatuor excellentes virtutes diuinas qualescun-  
 que illæ sint, quæ Dei potentiam designant circa mundum  
 ex quatuor elementis constitutū. Theodoretus virtutes qua-  
 tuor creatas, quas Deus quatuor præfecit elementis, ex  
 D. Theodo- quibus subsistit vniuersum & quæ ipsum conseruant. Iusti-  
 retus. nus Martyr in libr. quæstionum aduersus gentes, quæsti. 44.  
 D. Iustin. vnum fuisse dicit animal quadruplici sub facie, ipsum-  
 que futuram mutationem potentia regis Nabuchodonosor  
 designasse, quem Daniel capit. 4. narrat, ita post eius su-  
 perbia elationem à Deo humiliatum, & quodammodo 52  
 in bestiam transformatum, vt pili & capilli eius creue-  
 rint, ceu leonis crines, vngues eius recurati sint, vt  
 aquila vngues: ipse vero foenum comederit vt bos: de-  
 inde post pœnitentiam redditum ei à Deo mansuetum  
 hominis cor, atque pium animum. Voluit etiam Deus, (vt  
 eidem martyri videtur) hac visione erigere captiuum  
 populum in spem recuperandæ libertatis, ostendens ei  
 Babylonicæ regni mutationem ex coniunctione cicuris & fe-  
 ri animantis, itemque grauis & leuis in vno eodemque 53  
 animanti. Cicur enim animans est homo, ferum leo,  
 graue bos, leue atque volatile est aquila. Per illa ergo  
 regnum ex fero Nabuchodonosor Imperio in mansuetum  
 Cyri Imperium mutandum fore monstrauit: per hæc ve-  
 ro captiuitatis grauitatem vertendam esse in leuem &  
 expeditam libertatem. Iugum enim fert bos, aquila vero  
 est iugi expers. Id ipsum rota in rota annuntiabat. Ha-  
 rum enim altera Iudæorum abductionem in capti-  
 uitatem, altera reductionem in patriam adumbrabat.  
 D. Hieronym. ad Fabiolam de veste sacerdot. visionem  
 hanc

hanc significare totum vniuersum, cui Deus præsidet, aper-  
 te docet. Vnde illud, Rota in medio rotæ, cœlos semper  
 mobiles signat; ponitur que super hac firmamentum simi-  
 le crystallo, quod sedem Dei & beatorum notat. Et iux-  
 ta hanc sententiam, spiritum vitæ in rotis, Angelicas vir-  
 tutes cœlorum motrices, non incongruè fortasse accipere-  
 mus. Iuxta aliam verò, quod se mouebant rotæ, ad nu-  
 tum & virtutem Cherubim, illas regentium. Sic ferè sen-  
 tentias habes omnes, quæ de hac re apud auctores inuenian-  
 tur, sitamen pauca adiecerimus. Nostra sententia (Si  
 54 meum hac in parte expectatur iudicium) breuibus absolu-  
 tur. Primo enim existimo animalia esse Cherubim qua-  
 tuor, vt expresse id constat ex eodem Ezechiele, capit. 10.  
 Deinde supponendum censeo more scripturarum gloriam,  
 & maiestatem Dei depingit super Cherubim, vt sæpe à Da-  
 uid & alijs vatis depingitur. Ad quod est illud Psalm. 17.  
*Qui sedes super Cherubim, &c.* Et illud Psalm. 67. *Currus Dei de  
 cem millibus multiplex, millia latantium, &c.* Et visio Esaiæ  
 55 *Propheta: Vidi Dominum, &c.* quam visionem eandem qui-  
 dam (vt refert Isidorus Clarius) putant cum hac Ezechielis, *Clarus.*  
 nisi quod hæc agrestior & fufior, illa vero vrbanior bre-  
 uior; & comptior. *Et ascendit* (ait Dauid rursus Psalm. 17.) *Su  
 per Cherubim, &c. volabit, volabit super pœnas ventorū. Et posuit te-  
 nebras latibulum suum, &c.* Vbi maiestatem & potentiam  
 Dei describit elegantissime. Apparebat autem Deus vati-  
 bus vt in tabernaculo super propitiatorium, vbi & Cheru-  
 bim erant. Quo signo innuebat non obscure Deus prophetis,  
 56 se illum esse, qui in tabernaculo responsa Moyfi dabat; & cu-  
 ius gloria in templo erat conspicua. Præterea in solatium  
 captiuorum istam visionem ostensam Ezechieli vt S. Hiero-  
 nymus, Iustinus & Lyranus autumant, negari non potest.  
 Quo constituto, quam conueniens sit explicatio illa Sym-  
 bolorum à nobis statim in initio relata, videat lector pru-  
 dens, eligatque quod sibi arriferit magis, quod displicuerit  
 57 relinquens. Ex his ego in eam adducor sententiam, vt existi-  
 mem hanc Ezechielis visionem Symbola multa continere  
 futura mala Ierusalem indicantia, vt sunt ventus ab Aquilo-  
 nae, & nubes, & ignis inuoluens, & tanquam sonus castrorū,  
 & aqua-

S. Hierony.  
 S. Iustin.  
 Lyranus.

& equitibus multarum ex alto se precipitantium, quæ periphraſis ſunt exercitus innumeraſſibilis, & terribilis, & incendij temporis & ciuitatis. Similiter in hac viſione ſunt plura nomina Dei maiestatem & gloriam & potentiam indicantia, vñ ſunt quatuor Cherubim, ſub quatuor illis faciebus, currunt cui Deus inſidebat, deferentia, hinc inde quatuor rotis ad quatuor mundi ſe partes voluentibus ad imperium Dei ſedentis ſuper Thronum excelſum, & eleuatum ſub ſpecie humana vltimi more ſuo antiquo. Ad idem & pertinet electorum aſplendicans, & de igne fulgure egrediens. Non autem abs re videbitur iſta noſtra expoſitio, ſi attendat lector, ſi in memoria habuerit, multitudinem equorum, & curruum igneorum Eliſeum circuiſſe, armatorum contra Regem Syria. 4. Reg. 6. Ita & Ezechiel ſonus auditus caſtrorum & multitudinis. Perpendat in ſup. & ſacra Scriptura diligens perſeſcritator, Ezechiel ſanctum poſt enarrationem viſionis dixiſſe, velut epilogo dicta cõſuſudentem: Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini. Et Eccleſiaſtici. 49. legis: Ezechiel qui vidit conſpectũ gloriæ, quã oſtendit illi in curru (quem ſcilicet deferebant) Cherubim. Ideo enim dicitur, quod oſtendit illi Dominus maiestatem ſuam in curru Cherubim. Porro S. Cyrillus libr. 1. in Ioann. capit. 22. ita viſionem hæc breuiter elucida: *A rebus ergo (inquit) corporeis anigmaticè, quaſi figura diuinæ gloriæ formabatur: quaſi ſimilitudo, quaſi depiſta in tabula Symbolicè, diuinæ gloriæ præſtantiam, vltra mentem & orationem eſſe hominis oſtendebat.* Hæc ille. Quam & ſententiam amplecti videtur S. Chryſoſtom. in homil. De incomprehenſibili Dei natura. Nec ab hac diſidet Hieronym. in epistol. ad Fabiol. iam citata: & D. Dionyſ. libr. 1. de cœleſti Hierarch. capi. 2. qui docet, in viſionibus Sacroſanctis, Spirituum figuras effingi imagine bouum, aquilarum, rotarum, leonum, volatilium, & huiuſmodi, vt varietate velaminum diuinus radius velatus illuceat. Hoc eſt noſtrum de hac re iudicium, quod ex longa multorum annorum inquisitione & aſi dua ſcripturarum meditatione ſumus aſſecuti Dei adiutorio fideliffimo. Si quis volet per hæc animalia, quatuor Euangeliffas cum Irenæo libr. 1. capit. 11. & alijs; vel aliud eſt recenſitis à nobis, iudicium ſequi

4. Reg. 6.

Eccle. 49.

D. Cyrillus

D. Chryſ.

D. Irenæus

ſequi, vnum ſciat, mihi ſolum hoc magis ſcripturarum mori conſonum videri. Sed iam hic Decas. 10. finem habeat ad laudem Dei, qui reliquas det nobis perſequi ad eandem.

ET ERUNT VT COMPLA  
ceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei,  
in conſpectu tuo ſemper, Domine adiutor meus, & Redemptor meus. Psalm.

18.

SI quidpiam velatum vnguam à regula inſallibilis Romanæ Eccleſiæ matris diſcrepat; ex nunc recantatum eſſe volo.

FINIS.

**INDEX AVTO-**

**RVM QUI IN HOC PRIMO**  
mo Theologiae Symbolicae tomo  
citantur.

- A.**
- Abulenſis.
- Abdias Babyloniae epifcopus.
- Adamus Delphius.
- Alanus Cifterciensis.
- Alexander ab Alexandro.
- Algazel.
- Albumaſar.
- Albertus Magnus.
- Albertus Pyghius.
- Alciatus.
- Albenſtaig.
- Ammianus Marcellianus.
- Anatholius.
- Aluarus Pelagius.
- Aquila.
- Andreas Hebraeus.
- Andreas Oſiander.
- Ariſtaas.
- Arethas Caſarienf. epifcopus.
- Appuleius.
- Ariſtophanes.
- Antonius de Giſtandis.
- Aratus Aſtologus.
- Auerroes.
- Auicenna.
- Ammonius.
- Anaxagoras.
- Alcinous.
- D.**
- D. Auguſtinus.
- D. Ambroſius.
- D. Athanaſius.
- D. Anſelmus.
- Anſelmus Laudunenſis.
- Ariſtoteles.
- Alexius à Salmantica.
- D. Antoninus.
- Antonius Riciardus.
- Antonius Fonſeca.
- Ambroſius de Spieta.
- Androcides Pythagoricus.
- Aulus Gelius.
- Aulus Ianus.
- Anaxilas.
- Aratus Aſtologus.
- Athenæus.
- Auguſtinus Eugubinus.
- Armachanus.
- Ælianus.
- Auſonius.
- B.**
- Bartholomæus Sybilla.
- Bartholomæus Anglicus.
- Bartholomæus Camerarius.
- Benedictus Arias Montanus.
- Baptiſta ex Hebraeis couerſus.
- Bea-uxamis.

Berengandus.  
 Bfumas.  
 Becanus.  
 Beda Venerabilis.  
 Bellarminus.  
 Beda Natalis.  
 Boetius.  
 Bellephoreft Chronographus.  
 Blesensis.  
 Bellanensis Galarza episcopus  
 Caurienfis.  
 Bessario Cardinalis.  
 D. Basilijus.  
 D. Bernardus Patriarcha nos-  
 ter.  
**C**Aietanus.  
 Cafiodorus vir Deihisto-  
 riographus.  
 Cafiodorus alter.  
 Camplerijs.  
 Cantapetrenfis.  
 Couarruias Iunior.  
 Cutullus.  
 D. Cyrillus Alex.  
 D. Clemens Alex.  
 D. Clemens Romanus.  
 D. Cyprianus.  
 D. Chrysoftomus.  
 Capella Carthufianus.  
 Cenomanēfis quidā episcopus.  
 Christophorus de S. Antonio.  
 Caelius Auguftinus.  
 Claudianus.  
 Cantacuzenus.  
 Catena Græca.  
 Catina Syrus.  
 Chalceidius Platonius.

Claudius Minoes Diuinen-  
 fis.  
 Cedrenus.  
 Cleomedes.  
 Capreolus.  
 Canifius.  
 Corneli⁹ Cornipolitan⁹ Chro-  
 nog.  
 Ceder Olam Rabbinorum.  
 Cyprianus Cifterciensis.  
 Caelius Pannonius.  
 Caftor.  
 Cornelius Tacitus.  
**D**. Dionyfius Areopagita.  
 Dionyfius Cartufianus.  
 Diodorus Sacer.  
 Dionyfius Richelus.  
 Diodorus Historicus.  
 Dion.  
 Duris.  
 Didymus Alexand.  
 Dionyfius Halicarnaff.  
 Diogenes Laertius.  
 Driedo.  
 D. Dorotheus episcopus Tyrii.  
 D. Dorotheus Archimandrita.  
 Dionyfius Thraci⁹ Gramatic⁹.  
 Doctor de Labigne.  
 Druthmarus.  
 Drufius.  
**E**Vcherius.  
 Eusebius Cafariensis.  
 Eusebius Pamphylus.  
 Euenus.  
 Egeffippus.  
 Euftha

Eufthatus.  
 D. Epiphanius.  
 Euripides.  
 Ennius.  
 Empedocles.  
 Erasmus.  
 Euthymius.  
**F**Francifcus Ribera.  
 Francifcus Vatablus.  
 Francifcus Toletus.  
 Francifcus Titchmanus.  
 Florianus de Ocampo.  
 Flaminius.  
 Faustus episcopus in Gallia.  
 Francifcus Suarez.  
**G**Aspar Cafalius.  
 Georgius Ederus.  
 Georgius Bullocus.  
 Gallenus.  
 Gennadius.  
 Genebrardus.  
 D. Gregorius Magnus.  
 D. Gregorius Nazianzenus.  
 D. Gregorius Nyfenus.  
 D. Gregorius Neocæfariensis.  
 Gregorius quidam Clarij ma-  
 gifter.  
 Ganeius.  
 Gaufredus Cifterciensis.  
**H**Aymo.  
 D. Hieronymus.

Hugo de Sancto Victore.  
 Hugo Carrenfis.  
 Hugo Farfitus Cifterciensis.  
 Hector Pintus.  
 Herodotus.  
 Helias Iudæus Kabalifta.  
 Hefiodus.  
 Homerus.  
 Horatius.  
 S. Hyppolytus.  
 S. Hilarius.  
 Hilaretus.  
 Hippocrates.  
 Henricus Glareanus.  
 Helias Iudæus Kabalifta.  
 Holchorus.  
 Hefichius Ierofolymitanus.  
 Horologius.  
 Hippoñ Philofophus.  
**I**Anfenius.  
 Ioannes Picus Mirandula.  
 Iacobus de Valentia.  
 Iacobatus Cardinalis.  
 D. Ignatius martyr.  
 Ioan. Benedictus.  
 D. Irenæus martyr.  
 S. Iuftinus martyr.  
 S. Ifidorus Archiepif. Hispal.  
 Iofephus Iudæus.  
 Iulius Solinus.  
 Innocentius Tertius.  
 Ifidorus Clarius.  
 Iulianus.  
 Iamblichus.  
 Iuuenalis.



Iacobus Voragineus.  
 D. Ioannes Damascenus.  
 Iſraelitarum Theologia.  
 Iacobus Latomus.  
 Ioannes Ekius.  
 Ioannes Bohemus.  
 Ioan. Boulaſe.

K.

**K** Abalæi.

L.

**L** Ampridius.  
 S. Lucianus Martyr.  
 Leo Caſtrenſis.  
 Ludouicus Granatenſis.  
 Ludouicus Legionenſis.  
 Ludouicus Cælius Rhodigi-  
 nus.  
 Lauretus.  
 Lucianus Ethnicus.  
 Lychophron.  
 Lucretius.  
 Lyranus.  
 Lucanus.  
 Lactantius.  
 S. Leo.  
 Lippomanus.

M.

**M** Martialis.  
 S. Miſnaioth Hebræorum.  
 S. Macharius.  
 Maſſoretæ.  
 Menander Comicus.  
 Marcianus.  
 Martialis Poeta.

Mathiſius.  
 Marianus Victorius.  
 Marcus preſbyter Carnotēſis.  
 Marcus Varro.  
 Marſilius Florentinus.  
 Mercurius Trimegiſtus.  
 Menoetus.  
 Macrobius.  
 Maurus Rabbanus.

N.

**N** Aclanthus.  
 Nicolaus Perotus.  
 Nigidius.  
 Numenius Apamaeus Pytha-  
 goricus.  
 S. Nilus Monachus.  
 Nicephorus.

O.

**O** Rigenes.  
 Oſiander.  
 Orontius.  
 Ouidius.  
 Orpheus Thracius.  
 Oroſius.  
 Oleaſter.  
 Onkelos.

P.

**P** Aulus Fagiſius.  
 Pherecydes.  
 Plato.  
 Plinius.  
 Plutarchus.  
 D. Petrus Chryſologus.

Proco.

Procopius Baza.  
 S. Procopius martyr.  
 Philo Iudæus.  
 Philoſtratus.  
 Pythagoras.  
 Petrus Aureolus.  
 Petrus Gregorius Tholoſſanus  
 Philippus Preſbyter.  
 Proclus.  
 Plotinus.  
 Perſius.  
 Piſtauius.  
 Pereira.  
 Prudentius.  
 Pauſanias.  
 Petrus Comeſtor.  
 Platina.  
 Plautus.  
 Porphyrius.  
 Paulus Manutius.  
 Petrus Soto.  
 Petrus Aliacus.  
 Pamphylus Martyr.  
 Protagoras Sophiſta Abderi-  
 tes.  
 Prifcianus Lydus.  
 Poſſidonius.  
 Papinius.  
 Petrus Lombardus.  
 Polybius.  
 Palæologus.  
 S. Proſper.  
 Publius Mimus.  
 Petrus Alphonſus.  
 Phlegon hiſtoricus Græcus.  
 Pierius Valerianus.  
 Primaſius.

**Q** Vintus Curtius.  
 Quintilianus.

R.

**R** Aphael Volaterranus.  
 Rabbi Abenezra.  
 Rabbi Abbà.  
 Raymundus de Sabaudè.  
 Rabbi Iehuda.  
 Rupertus Abbas.  
 Rabbi Selomon.  
 Rabbi Moſes Gerundienſis.  
 Rabbi Iſaac Benſchola.  
 Rabbi Abraham.  
 Rabbi Dauid Kimhi.  
 Remigius.  
 Rabbi Samuel.  
 Rabbi Haccados.  
 Rabbi Iehofua.  
 Ruffinus.  
 Reuchlinus.  
 Raymundus Lull.

S.

**S** Ozomenus.  
 Sanctes Pagninus.  
 Seleucus.  
 Sanctoro.  
 Symmachus.  
 Seneca.  
 Strabus.  
 Strabo.  
 Sophocles.  
 Scotus.  
 S. Senenſis.

# I N D E X

Suetonius.  
 Serapion.  
 Socrates Historicus.  
 Sedulius.  
 Silicæus.  
 Sibylla Erythræa.  
 Stobæus.  
 Suidas.  
 Suarez.  
 Symphorianus.

T.

**D.** Thomas Aquinas.  
 Thomas Vualdensis.  
 Thomas Fascellus.  
 Theologia Ismaelitarum.  
 Thargum Ierosolymitanum.  
 Tarquiniani libri.  
 Theocritus.  
 Titus Liuius.  
 Theodorus Heracleę episcop.  
 D. Theodoretus.  
 Theodotio.  
 Theophilus Sextus Antiochię  
 episcopus.  
 Theophylactus.  
 Theophilus Alexand.

Tullius.  
 Tyrius Platonius.  
 Tibullus.  
 Tertullianus.  
 Textor.  
 Theognis.  
 Trogus Pompeius Ticomius.

V.

**V** incentius historicus.  
 Viigilius.  
 Victoria contra Iudæos.  
 Victorinus.  
 Vuicelius.

X.

**X** enophon.  
 Xillandus.

Z.

**Z** ezes Græcus autor Chi-  
 liadum historicarum.  
 Zoroastis Magia ex Pla-  
 tone.  
 Zoenzonius poeta Christia-  
 nus.

F I N I S.

# I N D E X    S E C V N .

D V S   Q V O   H V I V S   O P E R I S   P R E

cipua capita præ oculis ponuntur.

P R O L E G O M E N A .

- |   |   |
|---|---|
| <p>Primū, De occasione scribēdi<br/>         Symbolicam Theologiam.</p> <p>2 De nomine huius scientiæ,<br/>         eiusq; nominis ratione.</p> <p>3 De scientiæ huius professio-<br/>         ribus, eorumq; nomine ex<br/>         D. Isaia, atque Dionysio<br/>         Areopagita &amp; alijs.</p> <p>4 Quod in huius scientiæ pro-<br/>         fessoribus niuei mores requi-<br/>         rantur.</p> <p>5 De ratione methodica styli<br/>         &amp; ordinis in tradendis Sym-<br/>         bolis habita.</p> <p>6 De totius Symbolici operis<br/>         distributione.</p> <p>7 De huius scientiæ multipli-<br/>         ci utilitate.</p> | <p>teris esse Symbola.</p> <p>4 Inter omnes alias Sacra Scri-<br/>         tura rebus &amp; verbis est Sym-<br/>         bolica.</p> <p>5 Quadruplicem sensum ad<br/>         Symbola in sacris literis,<br/>         supponi oportet ab omni-<br/>         bus.</p> <p>6 Iuxta quemlibet sensum<br/>         ex quatuor Symbola inue-<br/>         niuntur in sacris eloquijs.</p> <p>7 Ut allegoria spiritus dig-<br/>         noscatur in locis sermonis ar-<br/>         cani.</p> <p>8 Vnde Symbola in sacris<br/>         desumantur in vniuersum.</p> <p>9 Ab allegoria sermonis nul-<br/>         ta sumūt sepissimē symbola.</p> <p>10 Idiotismi Symbolorū sunt<br/>         radix alia.</p> <p>11 Ex figuris Symbola dima-<br/>         nant.</p> <p>12 Tropi sunt fons Symbolo-<br/>         rum.</p> <p>13 Aduertendæ sunt figuratæ<br/>         locutiones, vtq; discernantur.</p> <p>14 Figuratæ phrasēs de Deo<br/>         per hanc scientiam expli-<br/>         cantur.</p> <p>15 Nomina Dei insigniora</p> |
|---|---|

## I S A G O G E S principia.

- |  |   |
|--|---|
| <p>Primum, De multiplici Theo-<br/>         logia.</p> <p>2 De origine Symbolicæ sa-<br/>         pientiæ.</p> <p>3 Quomodo ex Hieroglyphis<br/>         grammatis &amp; Symbolis Py-<br/>         thagoricis ostendat D. Cy-<br/>         rillus Alexand. in sacris li-</p> | <p>teris esse Symbola.</p> <p>4 Inter omnes alias Sacra Scri-<br/>         tura rebus &amp; verbis est Sym-<br/>         bolica.</p> <p>5 Quadruplicem sensum ad<br/>         Symbola in sacris literis,<br/>         supponi oportet ab omni-<br/>         bus.</p> <p>6 Iuxta quemlibet sensum<br/>         ex quatuor Symbola inue-<br/>         niuntur in sacris eloquijs.</p> <p>7 Ut allegoria spiritus dig-<br/>         noscatur in locis sermonis ar-<br/>         cani.</p> <p>8 Vnde Symbola in sacris<br/>         desumantur in vniuersum.</p> <p>9 Ab allegoria sermonis nul-<br/>         ta sumūt sepissimē symbola.</p> <p>10 Idiotismi Symbolorū sunt<br/>         radix alia.</p> <p>11 Ex figuris Symbola dima-<br/>         nant.</p> <p>12 Tropi sunt fons Symbolo-<br/>         rum.</p> <p>13 Aduertendæ sunt figuratæ<br/>         locutiones, vtq; discernantur.</p> <p>14 Figuratæ phrasēs de Deo<br/>         per hanc scientiam expli-<br/>         cantur.</p> <p>15 Nomina Dei insigniora</p> |
|--|---|

# I N D E X

- functranflatitia & Symboli  
ca ac figurata.
- 16 De alijs varijs nominibus  
Dei, Christi, legis & popu-  
li Dei.
- 17 Amoribus varijs varia Sym-  
bola.
- 18 Aetiones plurimæ Symbo-  
licæ in sacris, vt que valeant  
intelligi.
- 19 Ex allusione ad Ethnico-  
corum literas, Symbola quæ  
doq; exoriuntur.
- 20 A Mose & Prophetis præci-  
puè dimanasse Symbola ad  
alios scriptores.
- 21 De Genesi eiusque Symbo-  
lis obiter.
- 22 De Exodo, eiusque Sym-  
bolis.
- 23 De Leuitico eiusque sym-  
bolis.
- 24 De Numerorum libro eius-  
que symbolis.
- 25 De Deuteronomio eiusq;  
symbolis.
- 26 De alijs diuinæ historiæ li-  
bris, eorumq; Symbolis sum-  
matim.
- 27 De Prophetarum Sym-  
bolis, & primo de Beato  
Iob.
- 28 De Psalms & eorum Sym-  
bolis.
- 29 De libris Salomonis eorum-  
que Symbolis, & primum  
de quatuor, Prouerbijs, sci-  
licet, Concionatore, sapien-  
tia, & Ecclesiastico.
- 30 De Cântico canticorû, eius-  
que symbolis.
- 31 De Esaiæ prophetia eiusq;  
symbolis.
- 32 De Hieremiæ prophetia  
eiusque symbolis.
- 33 De Ezechielis prophetia  
eiusq; symbolis.
- 34 De Danielis prophetia eius-  
que symbolis.
- 35 De Oseæ prophetia eiusq;  
symbolis.
- 36 De Ioelis prophetia eiusq;  
symbolis.
- 37 De Amos prophetia eius-  
que symbolis.
- 38 De Abdiæ prophetia eius-  
que symbolis.
- 39 De Ionæ prophetia eius-  
que symbolis.
- 40 De Michæ prophetia eius-  
que symbolis.
- 41 De Nahum prophetia eius-  
que symbolis.
- 42 De Abachuch prophetia  
eiusque symbolis.
- 43 De Sophoniæ prophetia  
eiusque symbolis.
- 44 De Aggæi prophetia eius-  
que symbolis.
- 45 De Zachariæ prophetia  
eiusque symbolis.
- 46 De Malachiæ prophetia  
eiusque symbolis.
- 47 De Symbolis Euangeli-  
cis.
- 48 De Symbolis in Actibus &  
epi-

# D E C A T V M.

- epistolis Apostolicis.
- 49 De Apocalypsi Ioannis, e-  
iusque symbolis.
- 50 Vnum idemque symbolû
- in bonû & in malû accipitû.  
51 Quare scriptura, symbolis  
frequenter vtatur.  
52 Ecclesia symbolis vtitur.

# T H E O L O G I A E

## *Symbolica Decades selecta.*

### D E C A S. I.

- S**YMBOLVM I. Alpha & Omega Christus,  
principium & finis, idest,  
Coeternus, & coequalis  
Patri.
- 2 Luna ecclesiæ veteris status  
& inconstantia.
- 3 Sol intellectus est.
- 4 Stella Christus.
- 5 Stella magorum, aduentus  
Christi.
- 6 Magus maleficus est, vel sa-  
piens, Rex, seu Regius  
vir.
- 7 Ab oriente & à finibus terræ  
idē est, quod à Saba Arabiæ  
apud Matthæum.
- 8 Stella multitudo est.
- 9 Transire per medias anima-  
lium occisorum diuisiones,  
quæ Deus Abrahæ, in signū  
promissionis adimplendæ  
dedit, formam iurandi anti-  
quam sapere.
- 10 Lampas ignis transiens, per  
medias animalium diuision-  
es, & aues, clibanus quoq;  
fumans & ardens & sopor te-  
nebricosus siue horrens futu-  
ram Israelitarum calamita-  
a s. tem
- 2 Thau in fronte salus est.
- 3 Sol Christus Iesus.
- 4 Oriens Christus.
- 5 Splendor, lux, lumen, & spe-  
culum Christus.
- 6 Euangelica gratia eiusq; fo-  
lices effectus, lux & lumen.
- 7 Tenebræ malum ingens.
- 8 Tenebræ interiores & exte-  
rior: duplex genus carceris  
& infernus.
- 9 Sol idolum vel eius cultus va-  
nus.
- 10 Sol Beelzebub, Belus, &  
Bahal.

### D E C A S. I.

- S**YMBOLVM I. Sol  
ecclesiæ nouæ status.

tem, ab eaque liberationem, post mortem Abrahę signifi- cabat.

DECAS. 3.

SYMBOLVM. I. Stel- læ iusti & magni.

- 2 Stellæ e cœlo cadere, magna & extrema cla- des.
- 3 Stellæ retrahere lumen non paruacalamitas.
- 4 Stellæ militiæ cœli.
- 5 Regina militiæ cœli luna.
- 6 Castra Dei astra.
- 7 Castra Dei & militia cœli angeli.
- 8 Custodes & rectores an- geli.
- 9 Custos Deus, antonomastice
- 9 Custodia & tutela Dei omni- moda, Scala Symbolica Iacob ostensa.

DECAS. 4.

SYMBOLVM. I. Domus Dei, & porta cœli Bethel, vel ob- templum in monte illo æ- dificatum, seu ob Chri- stum ibi passum, vel ma- gis ob præsentiam Dei & Angelorum, tutamque

- custodiam.
- 2 Mons virgo Maria.
  - 3 Maria Domina.
  - 4 Lapis Christus.
  - 5 Petra Petrus ob firmita- tem & fortitudinem & quia caput.
  - 6 Mutare nomina res re- gia.
  - 7 Filius hominis Christus, no- men est ab humilitate illius profectum sibi que à se im- positum.
  - 8 Lapis in titulum erectus à Iacob erat memoriale & altare in honorem Dei.
  - 9 Titulum, siue statuam sa- lis vxoris Loth, memoria- le quoddam fuisse vt eodis- cerent obedire Deo futuri & posterii.
  - 10 Sal sapientia & chasitas mutua.

DECAS. 5.

SYMBOLVM. I. Sal Apostoli eorūque succes- sores.

- 2 Igne saliri, est tribulatio- nibus & tentationibus exer- ceri.
- 3 Ignis ira Dei in malos.
- 4 Rubus quem vidit Moy- ses ardentem & incombustum, vel ingentem futu- ram,

- ram Ægyptiorum calami- tatem, vel Hebræorum la- bore, ab eoque liberatio- nem præmonstrabat.
- 5 Fornax ferrea Ægypti op- pressio Hebræorum.
  - 6 Soluere de pedibus calcea- menta, religionem, & ti- morem & attentionem in Moyse excitabat.
  - 7 Ignis e cœlo super sacrificia descendens accepta demon- strabat.
  - 8 Sors in sacris aliquod visibi- le e cœlo signum erat.
  - 9 Titulus inscriptio.
  - 10 Titulus pro cultu Dei.

fortatioque contra E-  
sau.

- 2 Lucifer Rex Assyriorum, seu archidæmon dicitur.
- 3 Lucifer stellæ ipsæ, vel tempus, vel omnis crea- tura.
- 4 Principium seu principans vel liberalis sacra Trias.
- 5 Oeconomus Christus, & oeconomia Verbi Dei in- carnatio, & quod fuerit sum ma liberalitas.
- 6 Virtus Filij, & sanctorum splendores, ad resurrectio- nem mortuorum, ad æter- nam verbi generationem ac cōmodantur.
- 7 Ex vtero Dei genitus Chri- stus.
- 8 Lucifer diuina claritas, vel Christus, vel omnia fec- licia.
- 9 Stella celebritas iustorum.
- 10 Veritas Christus est.

DECAS. 6.

SYMBOLVM. I. Lucta Iacob cum angelo eius fuit animatio con-

M I S C E L-  
lanea.

DECAS SEPTIMA

SYMBOLVM. I. Ignotus Deus, Hebræo- rum Deus verus.

- 2 Sus immunditiæ, vel Idola

- trix potius Symbolum erat.
- 3 Lucerna pro posteritate.
  - 4 Lucerna impiorum fœlici- tas caduca & fluxa.

- 5 Cornu potentia & maiestas Regia & præcellens.
- 6 Lauare coram multitudine manus, est innocentiam testari.
- 7 Demergi in mare ligato saxo magnam arguebat culpam.
- 8 Septem dies festi, nuptiale tempus olim.
- 9 porta vrbs, iudicij locus.
- 10 Barbam caputque radere, & cinere caput perfundi, lucus indicium fuit.

DECAS. 8.

- S**YMBOLVM. I. Pilosi demones.
- 2 Oculus nequam illiberalis & inuidus, & contra bonus.
  - 3 Facere pro sacrificare seu offerre Deo.
  - 4 Missah spontanea oblatio dicitur.
  - 5 Machabæorum insigne & nomen, fortitudo fortissimi Dei.
  - 6 Calculus siue lapillus candidus præmiũ & gloria beatorum.
  - 7 Quid mihi & tibi seu vobis, idest, Quid nostra interest? vel quid mihi & tibi quæstionis est? vel commune?
  - 8 Benedicere cum est hominis ad Deum est laudare, Dei

- ad hominem est benefacere, hominis ad hominem bona precari.
- 9 Aedificare domum, est, dare prolem & posteritatem in copia.
- 10 Aquæ cognatio, vel semen aliquod, vel populus sunt.

DECAS. 9.

- S**YMBOLVM I. Christus Isaias, vel David
- 2 Iacob & Heli Ioachimus.
  - 3 Salome & Maria Iacobi forores Mariæ maximæ matris Dei & fratres Domini eius consanguinei.
  - 4 Hofanna vel Hofiaghna, saluifica, acclamatio est & quasi epicion & adeptæ victoriæ carmẽ, vt latinis, Io, triũ phe.
  - 5 Perfecit laudem Deus ex ore infantium & lactentium cū lactentes pueros ab vberibus pendentes perfecte resonare docuit & fecit Hofanna filio David.
  - 6 Filius seu pullus subiugalis, idest, indomitus asinæ pullus cui nullus infedit.
  - 7 Principem magnum asino vbi pacis signum.
  - 8 Pax bonorum omnium copia.
  - 9 Bona voluntas pro pace sumit.

- 10 Digitus Dei spiritus Sanctus eiusque virtus.

DECAS. 10.

- S**YMBOLVM I. Helias, Ioannes Baptista à Malachia cap. 4. vocatur.
- 2 Dies Domini magnus & terribilis, etiam ad primum Domini aduentum pertinet.
  - 3 Coram Domino, superlatio nis vicem gerit.
  - 4 Surgere aliquem, est illustrẽ haberi & reputari factis & nomine.

- 5 Spiritus oris nostri Christus Dominus
- 6 Hoc quod continet omnia periphraſis Dei.
- 7 Caro Christi reſloruit, cum à mortuis reſurrexit.
- 8 Flores pro frondibus in sacro eloquio ex Abulensi, in Genes. cap. 40.
- 9 Mors vita, quia pelicanus Christus.
- 10 Visio similitudinis gloriæ & maiestatis Domini, ostensa Ezechieli in curru quẽ quatuor Cherubin deferebant, in solamen captiuorum.

FINIS.

# INDEX TER- TIVS QVO LOCI COM-

munes & peculiare sententiæ insigniores, loca sacra Scripturæ præcipua, & Symbola & Phrases, quæ explicantur hoc in primo tomo, ostenduntur.

A.

Symb. 10. n. 1. & seq.

**A**ron vt Propheta Moy si. Principio. 22. numero. 60.

Abachuch Symbola, & quæ ad eius pertinent intelligentiâ. Principio. 42.

Abdiæ Symbola, &c. Prin. 38.  
Ablutio pedum. Prin. 17. numero. 64.

*Abominatio.*

Quid sit in sacris. Princ. 31. numero. 43.

Abominatio desolationis. Pr. 47. n. 15.

*Abraham.*

Quare signū ad implendæ promissionis à Deo postulavit cum in eum credidit. d. 2. S. 9. num. 74.

Aues quas videbat & abigebat

*Vide Genesios Symbola.*

Abcondere est non agnoscere. Prin. 29. n. 25.

Abcondita Dei, thesauri. Pr. 28. n. 81.

*Abyssus.*

Pro spatio profundissimo inter coelum & terram. P. 29. num. 26.

Pro profunditate aquarum. num. 27.

Abyssus in bonum & in malum sumitur. Prin. 50. numero. 59.

*Aceruus.*

Lapidum, vastitatis Symbolū. Prin. 40. n. 54.

Aceruus viginti modiorum. P. 44. nu. 85.

Accingere lumbos. Princ. 18. nu.

# INDEX.

numer. 76. & Princip. 22. numero. 67.

*Accipere.*

Aliquam foeminam. Princip. 26. nu. 42.

Accipere communem aerem. Pr. 29. n. 70.

Actiones Symbolicæ in sacris vt intelligantur. Prin. 18. n. 82

Actuum Apostolorum Symbola, & quæ ad eius libri intellectum spectant. Princ. 48. numero. 48.

Adam quasi Deus factus. Prin. 12. nu. 8.

Adamus Delphi<sup>o</sup> refellitur circa sensus sacrae Scripturæ. P. 5. nu. 92.

Ad amorem Christi pia exhortatio. d. 2. Symb. 4. n. 77.

A Deo in omnibus incipendum. D. 1. Symb. 1. n. 1.

Adiurare. P. 30. n. 13.

Adolescens iuxta viam suam, &c. explicatur. Princ. 12. numero. 96.

Adolescentulæ in Canticis, quæ sint. Pr. 30. n. 18.

Adoptatio filiorum. Princ. 17. num. 67.

Aduersum pro è regione. P. 28. num. 79.

Adulterinæ plâtationes. Prin. 29. nu. 67.

Edificare domum quid sit Hæbrais. Prin. 22. nu. 55. & D.

8. Symbolum. 9.  
Ænigma quid sit. P. 12. nu. 94.  
Alça el dedo, Hispanis vnde. Prin. 22. n. 81

*Allegoria.*

Duplex in sacris. Prin. 4. n. 76. & Prin. 6. n. 1. & 2.

Allegoriarum, rei exempla. à nu. 3. vsque ad. 21.

Allegoria est Metaphora. Pr. 12. n. 88.

Allegoria spiritus, vt dignoscatur, & quid sit. Princip. 7. per totum.

Alexandrini ciues nauibus suis solebant imponere picturas. Prin. 48. n. 55.

Alma, vel Halma quid significat. Prin. 29. n. 30.

Alpha & Omega Christus. D. 1. Sym. 1. vbi multa de illo Apocalypsis loco.

*Ambulare.*

Cum aliquo & coram aliquo. Prin. 22. n. 59.

Ambulare absque desiderio. P. 26. n. 43.

Ambulare & ingredi. Prin. 27. num. 58.

*Amicus & Amicitia.*

Amantem quasi amentem esse. Prin. 1. n. 12. & seq.

Ami

Amici sponsæ in Canticis. Pr.

30. n. 10.

Amicus pro quo uis homine. P.

29. n. 10.

Amici falsi. P. 28. n. 79. D. 4. S.

10. n. 13.

Amicus per antiphrasim. Prin.

50. n. 64.

Amice ad quid venisti? Expo-

nitur. & non ut quidam acci-

piunt. Pr. 12. n. 13.

Amicitia symbolum antiquo-

rum. D. 4. S. 10. n. 10. & seq.

Ut uiuendum inter amicos &

inimicos num. 12.

Ut probabat Socrates amico-

rum Dei, omnia esse. n. 14.

Amicitia nomen quoddam fan-

ctum, iâ quæ stuarii est. n. 13.

Amorrhæus pro Rege Amor-

ræorum. P. 12. n. 6.

Amorrhæus ut pater Israel di-

catur. Pr. 33. nu. 45.

A M O S. Symbola, & quæ ad

eius lib. intelligentiam con-

ducunt. P. 37.

Amphora metaphora apud

Zachariam. P. 45. n. 96.

*Anathema.*

Pro cæcitate & obstinatione

Iudeorum. P. 46. n. 10.

Anathema à Christo, ut op-

tarit esse Paulus. P. 48. n. 58.

& 59.

Ancora spei symbolum. Prin.

48. nu. 88.

*Angelus.*

Castra Dei, & militia coeli di-

cuntur. D. 3. S. 7.

Qui facit angelos suos spiritus

exponitur. S. 7. numer. 79.

D. ead.

Angelos præstituit Deus cui-

umque prouinciæ. n. 84.

Michaelis pugna, declaratur.

nu. 87.

Angeli vocantur venti. D. 3. S.

7. n. 90.

Custodes & rectores. S. 8. ubi

de custodia angelorum multa.

Socratis angelus. n. 3. eod. Sym.

Antonij dæmon, Augusti dæ-

monem formidabat. n. 12.

Angeli vocantur Dij. n. 4. & fi-

lij Dei n. 10.

Genij Medicos & Philoso-

phos multa edocebāt. n. eod.

Dæmonis nomina Symbolica.

Prin. 21. n. 65.

Super muros tuos Hierusalē cō-

stitui custodes exponitur. n. 13

Deus angelos in custodiam mit-

tebat, antequam ab eo omni-

no desciscerent. n. 17.

At postquam occiderunt Chri-

stum, auditæ sunt in templo

in die Pentecostes voces an-

gelorum dicentium, Migre-

mus hinc. n. 18.

Angelus qui descendebat in

piscinam erat forte Raphael

num. 19.

Angeli mali, Rectores harum

tene-

tenebrarum, cur uocentur à

Paulo. n. 21.

Dæmon, Artifex mille modis.

nu. 22.

Princeps mundi huius, & qua-

re. n. 24.

Angelus custos Jacob, luctatus

est cum illo. D. 6. S. 1. n. 100.

De Lucifero angelo, & eius suo-

rumque ruina uide. S. 2. D. 6

*Anima.*

Animas facere. P. 48. n. 63.

Anima pro homine. P. 12. n. 4.

Anima in manibus, periculi

maximi Symbolum. P. 10.

n. 63. & P. 26. n. 42. & P. 27.

num. 65.

*Annus.*

Annorum medium, tempus ad-

uentus Christi. P. 42. nu. 68.

Anni uitæ bonæ, & apud Deum

memorantur, alij uero non.

P. 26. n. 34.

Annus mercenarij. P. 31. n. 59.

Annus magnus quid Platonicis

D. 2. S. 4. n. 63.

Millenariorum error. D. 5. S. 2.

nu. 40.

Papæ discipuli. D. Ioannis

Euang. idē error. P. 13. n. 60.

Tempus pro anno, & dimidiū

temporis pro dimidio anno,

& tempora pro duobus an-

nis. P. 34. n. 7. & Pr. 49. nu.

40. 41.

Annuens oculis, pro maligno-

29. n. 31.

Ante faciem Domini stare. Pr.

32. n. 90.

Antichristi Symb. P. 34. n. 76.

& 81.

Antiphrasis quid. Pr. 12. nu. 10.

Antonomasia. n. 7.

*Aperire.*

Aperire uulua est nasci pri-

mogenitum. P. 26. n. 66. &

P. 22. n. 59.

Aurem aperire. P. 22. n. 67.

Os aperire. P. 48. n. 63. P. 27. n.

61. P. 33. nu. 23. & seq. & P.

43. nu. 63. aperire Deum os

prophetæ. P. 33. n. 26.

Apis seu Serapis simulachrum

Ioseph. dicatum fuisse. D. 1.

S. 10. n. 59.

Apis bos qualis esset, nume-

ro. 56.

Apparere Deum his qui fidem

habent in illum. P. 29. n. 49.

Appetitus innatus ad Deum

clare uisum non datur. D. 1.

S. 1. n. 10. 11.

*Apocalyp. Symbola.* P. 49

Qua uisione illā uiderit D. Ioā

nes. n. 14. angeli & stellæ sunt

Episcopi, candelabra Eccles-

siæ, Christus in medio. nu. 19.

status septem Ecclesiarum des-

cribitur per septem uisiones.

n. 20. & seq. Septem spiritus.

i. omnes. n. 25.

b Quid

Quid linea vestis Christi, ibid.  
Zona aurea. nu. 26. Quæ ad  
Deū pertinent Symbola ex-  
plicatur. n. 26. 27. 28.  
Viginti quatuor sedilia eccle-  
siæ cathedrales. n. 28.

Quatuor animalia, quatuor E-  
uangelistæ. n. 29. 30. 31.

Septem sigilli, septem persecu-  
tiones. n. 32. exponuntur bre-  
uiter omnes illius visiones à  
numero prædicto vsque ad.  
n. 52. epitome illarum ponit-  
ur. n. 16.

Apprehendere disciplinam. P.  
28. n. 99.

Apophasis quid. n. 18. prin. 12.

*Apostoli.*

Nomina eorum Symbolica. P.  
16. n. 61.

Semen relictum ex Israele. Pr.  
31. n. 58.

Vendere filios dicebantur He-  
bræi cū reijciebāt Apostolos.  
prin. 36. n. 35.

Reliquiæ vocantur. n. 34.

*Aqua.*

Pedum, Hebræis pro vrina. P.  
10. n. 61.

Pro cognatione, vel semine,  
seu populo. D. 8. S. 10.

Aquæ furtiæ pro cōgressu cū  
non sua, vel pro stultitia. Pri.  
29. n. 41. Aquæ super coelos.  
prin. 21.

*Aquila.*

Imperiū Babylonicū. P. 12. n. 92.  
Populus Israel. P. 33. n. 46.  
Nabuchodonosor. P. 34. n. 67.  
Alæ aquilæ, potestas eius. n. 69.  
Ara. i. imprecatio, quid sit. P.  
11. n. 80.

*Arcus.*

Iris Dei. P. 20. n. 3.

Arcum contere. P. 35. nu. 14.

Ara coeli. D. 2. S. 4. n. 26. 27.

Arcanum Dei, pro sanctuario.  
P. 33. n. 32.

Argentū pro electis. P. 13. n. 30.

Arrogatiæ Symbola. P. 31. n. 49.

Aspicere retro. D. 4. S. 9. n. 92.

Aspicere pro non iuuare & o-  
tiosum esse. P. 38. nu. 46.

Astare corā Dño. P. 27. nu. 57.

Astra dicuntur militia Dei. P.  
29. n. 31.

*Athenienses.*

Res duras nominibus emollie-  
bant. D. 1. S. 8. n. 22.

Zenocrati tantum iniurato cre-  
debant. D. 2. S. 9. n. 65.

Ara eorum, cuius Inscriptio, Ig-  
noto Deo. D. 7. S. 1.

Attonderi pro occidi. P. 41. nu-  
mer. 60. 61.

Auaritiæ fitis. D. 1. S. 8. nu. 39.

Aue gratia plena, quid iuxta  
Syriacum. P. 47. n. 15.

Aurora quid in Sacris. D. 2. S. 1.  
nu. 87.

Aurum Nabuchodonosor. Pr.  
34. n. 67.

Aureum candelabrum apud  
Zacha-

Zachariam. P. 45. n. 93.  
B.

Baculus potentia diuinæ Sym-  
bolum. D. 3. S. 9. nu. 34.

Baptismi excellentia Prolego-  
meno. 1. n. 5.

Baptizare spiritu Sancto & ig-  
ni. P. 47. n. 12.

Barbam, caputque radere. Pr.  
17. n. 66. D. 7. S. 10.

B A R V C H Symbola, &  
quæ ad eius lib. intelligentiã  
conueniunt. P. 22. nu. 12. & c.

*Bahal, Belus, Belial, &c.*

Senacherib vocat Belial quod  
eum coleret. P. 41. n. 62.

Belus primus omnium hominū  
vt Deus est adoratus. D. 1. S.  
10. n. 69.

Bahal idolū Samaritanorū. n. 71

Beelzebub quid significat. ibi.

In Beelzebub principe dæmo-  
niorum, ei jcit dæmonia ex-  
ponitur. nu. 72.

Quare vocatus est princeps dæ-  
moniorum. n. 74.

Beelzebub, & Phœbus siue A-  
pollo, idem numero eodem.

*Benedicere.*

Quid significat. P. 10. n. 67. &  
P. 26. n. 45.

Pro maledicere fumitur. P. 12.  
n. 10. & P. 27. n. 59.

Pro benefacere. P. 29. n. 32. &  
P. 45. n. 87. & D. 3. S. 8.

Benedic Deo & morere expo-  
nitur quasi per ironiam di-  
ctum. P. 12. nu. 14.

*D. Bernardus.*

Mirus huius scientiæ professor  
eiusque doctrinæ præstan-  
tia. Prologom. 4. n. 49.

Eius encomium ex D. Thoma  
Aquinate. P. 30. n. 90.

Bestiæ Gentium, quæ dicantur  
P. 43. n. 80.

Bethel vt sit nomē appellatiuū  
& proprium. D. 4. S. 1. n. 85.

Bethaue pro Bethlehem. P. 35  
n. 24.

Bona Dei voluntas scutum no-  
strum. P. 28. n. 6.

Bonum nostrum à Deo. D. 2. S.  
4. n. 37.

Borith herba quæ fit, & eius rei  
Symbolum. D. 5. S. 25. n. 45.

Bos pro sapiente & stulto. P. 50  
num. 57.

Brachium pro armo. P. 29. nu-  
mer. 33.

Breue tempus pro longe distan-  
ti. P. 28. nu. 1.

Breuis pro paruo. P. 29. nu. 32.  
C.

*Calculus.*

Ignitus, cuius rei Symbolum.  
P. 31. n. 55.

Candidus, præmium beatorū.  
D. 8. S. 6.

Candido lapillo dies festi vi-  
b 2 etoria-



victoriarum olim notaban-  
tur. n. 34.  
Calculo impleri os. P. 32. n. 9.  
*Candaces.*  
Reginæ Meroes ita vocaban-  
tur. D. 2. S. 7. n. 8.  
Eunuchus Reginæ Candaces.  
num. 9.

*Canticum canticorum.*

Multa quæ ad eius libri intelli-  
gentiam maxime conducunt,  
eiusque Symbola. P. 30.  
Dignitas eius. numero. 85. sco-  
pus & summa. n. 92. & 31.  
Diuiditur in decem dramata, il-  
laque obiter explicantur. n.  
94. Totius diuinæ scripturæ  
est compendium. n. 98. Quid  
in eo præcipue obseruandum  
num. 25. Tot symbola in eo,  
quot verba. n. 30. eius dictio  
qualis. n. 31.  
Capræ hinnuloque ceruorum  
cur assimiletur sponfus. P.  
30. n. 16.

*Caput.*

Decaluatam. P. 32. numer. 49.  
P. 33. num. 42. Caluitium. P.  
40. n. 56.  
Pilum germinare. ibidem.  
Abijcere in terram, & consper-  
gere cinere. princ. 32. nume-  
ro. 4.

Mouere, princip. 31. nume. 88.  
& P. 26. n. 39.  
Coopertum. P. 18. n. 36.  
Fieri hostes in capite. P. 32. nu-  
mer. 4.  
Radere. P. 17. n. 66.  
Leuare. P. 18. n. 74.  
Pro Regno. P. 34. n. 73.

*Capilli.*

Quid apud Salomonem. P. 30.  
n. 6. & 24.  
Capilli Ezechielis, princ. 33.  
nu. 28.

*Caro.*

Pro homine. P. 34. nu. 71. P. 12.  
nu. 4.  
Pro muliere. P. 34. n. 72.  
Christi carnem reflorescere. D.  
10. S. 7.  
Carnes asinorum. P. 33. nu. 55.  
prin. 34. n. 72.  
Carnis voluntas. ibid.  
Carcer apud Job. princ. 27. n. 62  
Carmē p̄ cōsolatione. P. 33. n. 23  
Castum pro sterili. P. 29. n. 66.

*Castra Dei.*

Astra dicuntur. D. 3. S. 6.  
Angeli etiam. S. 6.  
Catachresis, quid sit. P. 12. n. 93

*Catenæ.*

Peccata dicuntur. P. 32. n. 6.  
Catenæ noctis. P. 48. n. 3.  
Cervi-

Ceruicalia cubito supponere.  
P. 33. n. 39.

*Cedrus.*

In bonum & in malum sumi-  
tur. P. 50. n. 61.  
Cedri Libani, Principes. P. 13.  
num. 30.  
Centuplum quod Christus pro-  
misit, explicatur. D. 4. S. 10.  
num. 15.  
Ceruix pro arrogancia. Pr. 27.  
num. 66,  
Cethæa, Israelis mater, quare.  
Prin. 33. n. 45.  
Cethin, Italia. P. 31. n. 61.  
Charmel in saltum reputari. P.  
31. nu. 62.  
Chananeus pro mercatore. Pr.  
29. n. 38.

*Charitas.*

Lex Regalis. P. 48. n. 69.  
Ignis. D. 4. S. 10. nu. 8.  
Hoc est p̄ceptū meū, & c. solus  
Christus dicere potuit. D. 4.  
S. 10. n. 1. & seq.  
Charitates, quas vocet Iudas  
Apostolus. P. 48. n. 11.  
Diligere in veritate. P. 48. n. 9.  
vide & amicus, & amicitia.

*Christus.*

Oeconomus Christus. D. 6. S. 5  
Vt dicatur angelis paulo mino-  
ratus. P. 28. n. 86.  
Sedere eum ad Dexteram Pa-  
tris quid sit. P. 14. nu. 87.

De torrente in via bibere, nu-  
mer. 88.

Stātem cur vidit Stephanus in  
cælo. ibid.  
Eius nomina. P. 16. n. 49, 50.  
Iustus antonomatice. D. 1. S. 4.  
nume. 19.  
Sol intelligentiæ. P. 29. nu. 68.  
Rex & sponfus. P. 30. n. 93. 96.  
Patruelis Isaiæ & dilectus. P.  
31. nume. 52.  
Mons. P. 40. nu. 58. 59. Pr. 45.  
numer. 94.  
Emmanuel. P. 31. n. 56.  
Extractus à Deo de ventre Ma-  
riæ. P. 28. nu. 80.  
Dux. P. 34. n. 98.  
Angelus testamenti. P. 46. nu-  
mer. 7.  
Lapis. D. 4. S. 4. n. 24.  
Iesaias, vel Dauid. D. 9. Sym-  
bol. 1.  
Vir, Pastor, & Gigas. D. 4. S. 4  
nume. 30.  
Talis extra apparet, qualis est  
in cordibus. D. 2. Sym. 10. nu-  
mero. 6.  
Quomodo frangebatur panem,  
P. 47. n. 46.  
Cibus & potus Dei. P. 14. n. 77.  
Cibi quomodo per accidens in-  
quinent animam. P. 23. n. 76.  
Cingere pro inducere. Pr. 29.  
num. 37.

*Circuncisio.*

Circuncisione vsos fuisse ethni-  
cos, accipientes ab Hebræis,

Prolegomeno. 1. nu. 4.  
Cuius rei Symbolum. Ibi. & P.  
21. n. 26.

*Circuire.*

Terram dæmonem, quid sit. P.  
27. n. 58.

Ciuitatem sponsam in Cant. P.  
30. num. 5.

Cisterna vocat cor. P. 29. n. 80.

Claudere vuluam. P. 10. nu. 66.

Claudicans vocatur Gentium  
populus. P. 40. n. 59.

Cleri apud Dauid. P. 28. n. 90.

Clibanus fumans, calamitatis  
futuræ Symbolum. D. 2. S.  
10. n. 92. 93.

Cui familia alia inuenies, P. 40  
n. 56. & P. 41. nu. 64. 66. Pr.  
43. n. 79. 80.

*Cœlum.*

Pro aere, P. 34. n. 66.

Cœli militia. n. 90.

Cœli & terræ commotio Sym-  
bolum aduentus Christi. Pr.  
44. n. 86.

Cœlos pro nobis exaudit Deus.  
Ut intellegitur. P. 35. nume-  
ro. 19.

Cessante motu cœlorum, cun-  
cta inferiora cessarent. D. 2.  
S. 4. n. 100.

Cogitatio pro supputatione  
culparum, P. 29. n. 68.

Consilium pessimi etiam bo-  
num illi nocet. princip. 13. a.

num. 45. vsque ad. 48.

*Cor.*

Altum. i. profundum. P. 28. nu-  
mer. 83.

Corponere super vias suas. Pr.  
44. nu. 84.

Cisterna pro corde, P. 29. n. 80.

Cor sponsæ. P. 30. nu. 10.

Columba Rex Assyriorum, P.  
28. nu. 90.

*Columna.*

Sacra, P. 2. n. 51.

Nubis columna, P. 24. n. 11.

Proceres populi vocantur co-  
lumnæ, P. 29. n. 31.

Constituit terminos populorū  
&c. exponitur D. 3. S. 8. n. 92.

Contraire pro elongare se. Pr.  
29. nu. 36.

Compositio cantilenæ apud  
Isaiam. P. 31. n. 52.

Confringere ad numerum den-  
tes, prin. 32. n. 8.

Comedere librum inuolutum  
quid apud Ezech. prin. 33. nu-  
mer. 22.

Contenebescere. P. 32. nu. 77.

Conticere senes. nu. 4.

Conuerti retrorsum. P. 32. n. 5.

*Coram.*

Dño, P. 10. n. 69. D. 10. S. 3.

Deo & omni populo, P. 47. n.  
22.

*Cornu.*

Pro

Pro gloria & potentia, P. 29. n.  
36, P. 34. n. 76. 84. 88.

Pro Regia maiestate. D. 7. S. 5.  
per totum.

Eius laudes. n. 97. & 99.

Cornu tibi, quare vocauit ter-  
tiam suam filiam *Iob*, princ.  
19. n. 97.

De cornu Amaltheæ. ibidem.

Coronæ nomine ingressus ter-  
ræ exprimitur, prin. 3. nu. 7.

Correspondere Israelitis agni-  
tionem vultus eorum, quid  
apud Isaiam, P. 31. n. 48.

Correctio vitæ nostræ Deum  
facit euigilare, contra verò  
malitia, prin. 14. n. 8.

*Creare.*

Proposidere, princ. 29. n. 28.

Creare Dominum nubem per  
diem, prin. 31. n. 51.

Creaturæ pro creatore pugnat,  
prin. 35. nu. 19. 20.

Cocytus inferni Symb. princ.  
19. n. 97.

Crystallus pro glacie, prin. 29.  
num. 36.

Cubilia leonum, vide *Leo* &  
*leæna*.

Cultus Dei verus in quo confi-  
stat, prin. 23. n. 67.

*Crux.*

Est imago Christi, id quod ex  
principio *Genesis* deduci-  
tur. D. 1. S. 1. n. 22. & seq.

Eius excellentia. nu. 39. & 49.

Literæ *Ægyptiæ* in modum cru-  
cis, futuræ vitæ erant Symbo-  
lum. Ibi.

Vide de litera, *Tau*.

Cinis in modum crucis fide-  
bus apponitur. D. 1. S. 2. n. 52

Custodire sacerdotium, princ.  
24. n. 10.

*Custos.*

Murorum custodes in Cant. P.  
30. n. 12.

Domus custodes, manus dicitur,  
prin. 29. n. 74.

Custos quid de nocte exponitur.  
D. 1. S. 9. n. 43.

De custodia angelorum vide  
*Angelus*.

*D.**Daniel. p. 34.*

Vbi & quando prophetauit &  
quis fuit. n. 61.

Eius præcipuus scopus. nu. 63.  
Symbola. n. 65.

Quatuor animalia quid signifi-  
cent. ibid.

Dare animam pro anima, prin.  
22. nu. 55.

Dauid omnium Psalmorum au-  
tor. prin. 28. n. 68.

Decas vniuersitatis ac perfe-  
ctionis Symbolum, Prole-  
gom. 6. n. 69.

Delonge & à finibus terræ & ab oriente idem, D. 2. Symb. 7. nu. 26.  
 Demetere posteriora alicuius, Prin. 26. nu. 39.  
 Demogorgonē pseudodeū cū nominabāt ethnici terras tremebat, & eis efferre non licebat. P. 15. n. 3.  
 Denotatio pro condemnatione. P. 29. n. 38.  
*Deutes.*  
 Sponsa. P. 30. n. 24.  
 Ferrei apud Danielem. Pr. 34. num. 76. & 71. & P. 36. numero. 32.  
 Mundities illorum, s; mbolum magnæ famis & penuriæ. P. 37. nu. 42.  
 Descendere in infernum viuentes, P. 11. n. 80.  
 Desiderabile oculorum vxor. P. 33. n. 57.  
 Desiderij ardentis Symbolum, P. 45. n. 99.  
 Depositum vocatur preceptum. P. 48. n. 77.  
 Demergi in mare ligato saxo, D. 7. Sym. 7.  
 Desolationis Ierusalem Symbola, P. 31. n. 45.  
*Deus.*  
 Anonymus. P. 15. n. 96.  
 Hominum amator est nomen eius. P. 16. n. 39. & P. 29. numero. 31. prin. 21. numero. 18.  
 vltit Pater, princ. 6. n. 8. & P. 16. n. 36.  
 Diuersimode à vatibus describitur & quare, prin. 9. n. 49. iratus, prin. 11. n. 84. & prin. 41. n. 59.  
 Cum bellico apparatu, prin. 14. num. 87.  
 Dormiens, num. 78. Euigilans, num. 80.  
 Vt sponsus contemptus, prin. 32. n. 73.  
 Vt Chirurgus, princ. 12. nu. 92.  
 Custos antonomastice. D. 3. S. 9  
 Eius Symbolum apud Ægyptios vsurpatum ab Hebræis, n. 29. 30. & seq.  
 Quid vis vt faciam tibi o custos hominum? exponitur. nume. 35. & seq.  
 Ignis est. D. 5. S. 4. n. 52.  
 Animarum centrū, D. 4. Sym. 10. num. 16. 17.  
 Eius multa nomina, prin. 16. pertotum.  
 Nominis eius etymon. Prolegomenon. 2. n. 16. 17.  
 De eo nihil dignum dicitur, prin. 14. n. 75.  
 Oseius, volūtas eius. P. 47. numero. 13. princ. 14. numero. 77.  
 Cibis & potus eius, princ. 14. nume. 77.  
 Aures Zelosæ, princip. 14. numero. 77. prin. 29. nu. 56.  
 Odium eius actiue significatū, prin. 14. n. 79.

Oculi

Oculi eius. nu. 77.  
 Odoratus. n. 78.  
 Dexter. ibid.  
 Ex acceptis beneficijs solent eum nominare Sancti. Prin. 21. n. 47.  
 Digitus. nume. 81. & Symbol. 10. D. 9.  
 Actiones humanæ illæ tributæ explicātur. Prin. nume. 72. & seq.  
 Stridere Deum subter peccatores. P. 37. num. 40. & P. 14. num. 85.  
 Scientiam habere vocis. P. 29. num. 53.  
 De fermentato laudem sacrificare. P. 37. n. 42.  
 Fermentum. P. 5. n. 56.  
*Deuteronomium. P. 25.*  
 Titulus exponitur. num. 11. 12.  
 Summa eius. n. 14.  
 Symbola. n. 17. lex discalciati cuius rei symbolum. n. eod. & erit vita tua, quasi pendens ante te, &c. exponitur. D. 1. S. 8. n. 17.

*Dies.*

Agnitionis. i. discretionis. P. 29. n. 66.  
 Mensurabiles dies. i. breuissimi. 28. n. 82.  
 Magnus dies Domini. P. 35. n. 16. de aduentu primo Domi-

ni tale etiam nomen accipi ostenditur. D. 10. S. 2.  
 Dies hominis. P. 32. n. 2.  
 Diluuium Noe tempore, quædam imago iudicij vniuersalis. P. 21. n. 14.  
 Dilectus apud Isaiā. P. 31. n. 52  
 Diminutionis genera in sacris. P. 12. n. 26.  
 Dissipari capparim apud sap. P. 29. n. 78.  
 Diuisio vt moribus nocens, disciplinis est proficua. Prolegom. 6. n. 65. & seq.  
 Diuinatio pro oraculo. P. 29. num. 38.

*Diuites.*

Leones vocātur in sacris. P. 28. n. 84.  
 Reprehenduntur. Prin. 48. nu. 98.  
 D. Dionysij Areopagite Theologia symbolica. Prolegom. 2. n. 10. & 13.  
 Donatistæ non admittebāt tropos in sacris. P. 13. n. 59.  
 Donec pro nunquā. P. 47. n. 13.

*Domus.*

Pro sepulchro ponitur Domus æternitatis. P. 29. n. 79.  
 Domus exasperas Israel. P. 33. nu. 22.  
 Domus Dei & porta cœli, vide scala Iacob.

b 5

Dor-

Dormire inter medios clericos. prin. 48. n. 90.  
 Dormite iā & requiescite. Iro-  
 nia. Prin. 12. num. 9. & P. 47  
 num. 18.  
 Dotes beatorum. D. 3. Sym. i.  
 num. 17.  
 Duplex immunditia seruaba-  
 tur in lege. P. 23. n. 75.  
 Duplices iniquitates, quæ  
 apud Ieremiam. P. 32. nume.  
 95.  
 Draco Rex Ægypti. princ. 31.  
 nu. 64.

E.

**E** brietas malum. P. 13. à. nu.  
 40. vsq; 52.  
 Ecce Virgo concipiet,  
 &c. non admittit allegoriā.  
 prin. 7. n. 26.

*Ecclesia.*

Quare vocetur Sponsa. P. 30. n.  
 93. Bis pulchra. n. 99. in sta-  
 tu naturæ. D. 2. S. 1. n. 87. &  
 seq. Post datam legem. n. 89.  
 in statu gratiæ. n. 93. aciei ca-  
 strorum cur comparetur. nu.  
 99. & D. 3. S. 6. n. 74.  
 Ecclesiastes symbola, & quæ ad  
 illū librū spectāt. P. 29. n. 73.  
 Ecce ego mittā vobis Eliā Pro-  
 phetā, exponitur de Ioāne Ba-  
 ptista ad literam. P. 46. n. 8. &  
 D. 10. S. 1.

*El.*

Quid significet. P. 15. n. 13.  
 Ex eius significatione multa lo-  
 ca exponuntur. ibi.

*Elohim.*

Multa de hoc Dei nomine. P.  
 15. n. 16.  
 Quemadmodum ex eius intel-  
 ligentia multa pendantur lo-  
 ca. ibi.  
 Elysi cāpi vbi ponuntur à Poe-  
 tis. D. 2. S. 2. n. 13.  
 Quare in Bethica dicantur cō-  
 stituti. n. 15.  
 Emphasis in sacris. P. 11. n. 85.  
 Epheta, quæ vox sit. P. 47. n. 17

*Ephraim.*

Pro decem tribubus. princ. 36.  
 nu. 29.  
 Et Samaria, vel Israel sepe me-  
 morantur. ibid.

*Epitheton.*

Latinis est appositum. prin. 12  
 nu. 8.  
 Epitheta Cantici canticorum,  
 etiam iuxta corticem literæ  
 sunt conuenientia. P. 30. n. 29  
 Epizeuxis quid sit, seu Palilo-  
 gia. prin. 11. n. 75.  
 Esse intra portas alicuius. prin.  
 22. n. 56.

Esaias.

*Esaias. P. 31.*

Eius sum. n. n. 31. 32. eius sco-  
 pus præcipuus. n. 33.  
 Vniuersa Christi mysteria ca-  
 nit. n. 54. eius præstantia. nu.  
 35. Sanctitas. 36. Mors. n. 37.  
 causa. n. 38.  
 Diuisio prophetiæ. n. 40. sym-  
 bola. n. 41.  
 Et, pro quia. prin. 32. n. 5. prin.  
 47. n. 42. D. 9. S. 9. n. 87.  
 Ethnicorū literæ, vtilis ad cog-  
 nitionem sacre Scripturæ.  
 prin. 19. n. 91.  
 Et hoc quod contiuet omnia,  
 Spiritus Sæctus dicitur. prin.  
 29. n. 52.  
 Eucharistia. Prolego. 1. n. 6. P.  
 46. n. 2.

*Euāgeliorū symbola. P. 47*

Euāgelizātes dicebātur puel-  
 læ victoriā canētes. P. 28.  
 n. 90.  
 Eunuchi & sterilis hominis  
 symbola. prin. 32. n. 91.  
 Exempla bonorum, scintillæ  
 sunt, in arundinetis tepidorū  
 discurrentes. D. 1. S. 5. n. 30.

*Exodus. P. 22.*

Summa eius. n. 40. 45. iuxta Al-  
 legoriā exponitur. n. 47. Ta-  
 bernaculū quid ad literā. n. 52  
 Digitus Dei. ibid. Rubus ar-  
 des. n. 53. Virga Moysi. n. 54.  
 Ignis. D. 2. S. 10. nu. 26. Lu-

cus Hebræorum. prin. 22. n.  
 55. symbola Exodi. P. 6. n. 11  
 Agnus Paschalis. ibi. & prin.  
 22. n. 60. Petra percussa. ibi.  
 Resperio populi cum san-  
 guine. ibid.  
 Moyses velata facie. n. 12. dig-  
 nitas libri Exodi. n. 63.  
 Exterminium pro perditione  
 & exterminare pro perdere  
 P. 29. nu. 59.

*Ezechiel. P. 33.*

Summa eius. n. 13. Quando pro-  
 phetauit. n. 14. 15.  
 Dignitas eius. n. 16. difficultas  
 magna. n. 17.  
 Mors eius. nu. 18. Durus & sibi  
 & alijs. n. 19.  
 Eius visio obscurissima expli-  
 catur obiter. n. 19. 20. latè ve-  
 ro D. 10. S. 10. Somnus eius  
 super latus dextrum & sinif-  
 trum. n. 28. ea quæ à cap. 40  
 vsq; ad finem dicit, de tem-  
 plo reedificando, non vt fo-  
 nare videntur, sunt intelligē-  
 da. n. 60. F.

*Facies.*

**D**ei quid. P. 14. n. 78. Firma  
 re faciē suam. P. 33. n. 39.  
 Ostendere illam. P. 34. n. 94.  
 Obfirmare faciē prophetā. P.  
 33. n. 27. ponere ad Deū. P.  
 34. n. 93.  
 Facere p̄ sacrificare. D. 8. S. 3.  
*Fascinare.*  
 Quid significat. P. 19. n. 92.

Fasci

Fascinatūgacitas. P. 29. numer. 68.  
 Famis & miseria magna symbola. P. 33. n. 11.  
 Fauoris diuini symbolū. P. 30. nu. 100.  
 Fera arundinis. P. 28. n. 88.

*Fides.*

Pro veritate. P. 35. n. 27.  
 Pro fidelitate, & quæ nationes eam magni, vel nihili faciebant. D. 2. Symbo. 9. numer. 61, 62.  
 Fidei definitio Paulina breuiter exponitur. P. 48. n. 9.

*Figura.*

Parit symbola. P. 11. pertotum.  
 Quid sit. n. 72. duplex eius genus. n. 74.  
 Figuræ negationis. numer. 85.  
 Figuratus. i. sculptus. P. 29. numer. 7.  
 Fiducialiter agere in salutari. P. 28. n. 12.

*Filius & Filia.*

Filius hominis. prin. 10. nu. 68. D. 4. S. 7. Filius seu pullus subiugalis. D. 9. S. 6. Filius vnius anni Filij excussorum. prin. 10. n. 69. Filia Ierusalem. prin. 30. n. 13. P. 10. nu. 69. Filia carminis. ibi. & prin. 29. nu. 76.

Filia Sion Ierusalem & quare. prin. 32. n. 7.  
 Filia vocantur oppida quæ ali cui vili adiacent. princ. 24. n. 10.  
 Filij Dei Angeli. prin. 27. numer. 57.  
 Filius Dei pro seruo Dei. prin. 29. nu. 65.  
 Filij dura facie & indomabili corde Israelitæ. prin. 33. numer. 22.  
 Filij sponsi, filius mortis, filius pacis. prin. 47. n. 14.  
 Filios vendere, quid symbolice apud Iohalem. princ. 36. nu. 35.

*Finis.*

Finis pro victoria & potentia. prin. 32. n. 9.  
 Finem venire super quatuor plagas terræ. princip. 33. numer. 31.  
 Firmamentum, quid sit & significet. prin. 21.  
 Florere amygdalum. princ. 29. num. 67.  
 Flores pro frondibus. D. 10. sym. 8.  
 Fluuius igneus sententia Dei contra malos. princ. 34. numer. 79.  
 Fluxus equorum. prin. 35. numer. 55.  
 Formam fieri gregis. princ. 48. num. 9.

For-

*Fornax.*

G.

Ignea tribulationis. princ. 35. nu. 53.  
 Ferrea Ægypti, oppressio Hebræorum in Ægypto. D. 5. symb. 5.  
 Fœdus vnde dicatur. D. 2. S. 9. nu. 53.  
 Fomes peccatū vocatur à Paulo. P. 29. n. 50.

*Fortitudo.*

Pro Ierusalem. princip. 34. nu. 89.  
 Fortitudinis princeps, Deus. nu. 91.  
 Fornicari pro idolatrare. P. 33. num. 29. 41. & princ. 35. nu. 16. 17.  
 Frangere lugenti panem. P. 32. nu. 94.  
 Fumus vocatur halitus noster. P. 29. n. 64.  
 Fulgebunt iusti sicut Sol, exponitur. D. 3. Symbol. 1. numer. 15.

*Fumis.*

Argentus, apud sapientem quid sit. princip. 29. numero. 79.  
 Funes cadere in præclaris. P. 28. n. 14.

*Genesis. P. 21.*

Eius scopus. num. 6. liber iustum dicitur. n. 17. dignitas. n. 39. Principium exponitur. D. 1. S. 1. n. 13. & seq. ad imaginem Dei creauit illum. n. 22. & seq. Multa illius symbola. P. 6. nu. 3. vsque ad. 11. Lucta Iacob cū Angelo. D. 2. S. 8. n. 35. D. 6. S. 1. Mutatio nominis Abraham. P. 11. n. 24. lapis erectus in titulū. D. 4. S. 4. n. 38. 39. & S. 8. vide de scala, & vide circumcisio visio tenebrosa Abraham. D. 1. S. 8. n. 12. an vera flamma super eius descenderit sacrificium. D. 2. S. 9. numer. 76. 77. & sequentibus. lampas ignis transiens & reliqua istius visionis Symbola explicatur. Dec. 2. Symb. 10. vide Abraham, & princip. 6. & 21. præcipue vbi fere tota exponitur Genesis.  
 Genus pro specie. princip. 12. numer. 6.  
 Genua aquis fluere. princ. 33. num. 32. 53.  
 Gehenna vallis Ennon. princ. 47. n. 17.  
 Genethliaci qui sint Chaldeis. Decad. 2. Symbol. 6. numero. 75.  
 Gigantes sub aquis gementes apud

apud Iob. prin. 19. n. 94. P.  
29. n. 41.  
Gladius Dei climatus. prin. 33  
n. 50.  
Gloria Dei apud Isaiam. prin.  
31. n. 54.  
Gloriam dare Deo. prin. 32. n.  
76.  
Gutta pro resina. princ. 29. nu-  
mer. 40.

## H.

**H**Abere menses vacuos &  
noctes laboriosas. prin.  
27. n. 63.

*Hebraei.*

Vt difficilia exponant fabulas  
fingunt. prin. 13. n. 53. legem  
habent mortuam. prin. 7. nu-  
mer. 34.

Propria habent vocabula, quæ  
in vulgata quoque ex ethni-  
corum lingua desumuntur.  
prin. 19. n. 95. traditio illorū.  
prin. 32. num. 95. Scorpiones  
& irritatores. princ. 33. n. 22.

Humile eorum principium. n.  
44. Filij Dei dicebantur. n.  
50. & D. 3. S. 8. n. 10. Stan-  
num, ferrum & æs defæcan-  
dum, terra immunda non cō-  
pluta. prin. 33. nu. 53. leo ru-  
giens rapiensque prædam.  
ibid. Militia cœli. princ. 34  
nu. 90.

Vnde sint formidolosi adeò, vt

in plurimum D. i. S. 8. n. 19.  
exercitus & militia cœli  
quare vocentur in Scriptu-  
ra D. 3. S. 1. n. 26. pars Dei vo-  
cantur. D. 3. S. 8. n. 14. 15.

*Hebdomada.*

Duplex est. prin. 34. n. 96.  
Dierum, quid significat. princ.  
17. n. 71.  
Annorum apud Danielē. prin.  
34. n. 4. & 96.

*Helias.*

Ioannes Baptista vocatur hoc  
nomine iuxta literæ sensum  
Malachiæ. 4. D. 10. S. 1.  
Non verus Helias, sed quidam  
impius Iudæus, quadam Ka-  
balæorum fictione mundum  
sex mille annos collegit, du-  
raturum. D. 2. S. 4. numero.  
64.

Heri & hodie. i. semper. P. 48.  
n. 92.

Hermathena, quid. princip. 1.  
num. 25.

*Hieremias. P. 32.*

Sanctificatus in utero. num. 67  
vbi & quando & contra quæ  
prophetarit. 61. 68. summa  
vitæ eius. nume. 70. reliquit  
Ægyptijs mysteriū Virginis  
Mariæ. ibid. & D. 2. sym. 4.  
num.

num. 21. eius sepulchrū glo-  
riosum Ægyptijs. nu. 70. P.  
32. Duo volumina eius com-  
busta. 1. deinde restituta ius-  
su Domini. nu. 73. Coenoso-  
puteo demergitur. nu. 71. &  
D. 1. S. 8. num. 28. & tandem  
apud Taphnas lapidibus ob-  
ruit. prin. 32. num. 71.  
Vbi & multa illius symbola  
numerantur & explicantur  
breuiter.

*Hieroglyphica.*

Ab Hebræis dimanasse quæ  
præcipua sunt. prin. 2. n. 48.  
vt ex eis, & symbolis Pytha-  
goricis ostendat D. Cyrillus  
esse in sacris. prin. 3. perto-  
tum. vbi & quædam ab eo ex-  
plicantur. numero. 66. & se-  
quent.

Hierusalem quæ sursum est,  
dicitur à Paulo Ecclesia mi-  
litans. princip. 5. numero.  
87, 88.

*Homo.*

Quartus Mündus. D. 2. S. 3. nu.  
37.

Hircus pro Alexandro Mag-  
no. prin. 34. n. 85.

Hómines per bruta significan-  
tur arcane. princip. 31. nu-  
mer. 63. & prin. 33. num. 22.  
37. lupi principes mali. n. 54.

Homines natura serui. prin. 13.  
n. 51.

Humaniores literę Prolegom.  
4. n. 62. & seq.

Holam, vel in æternum He-  
bræis, quid sit. prin. 32. n. 99  
prin. 29. n. 40.

Hoc quod continet omnia ex-  
ponitur. D. 10. S. 6.

Honestas pro diuitijs prin. 29.  
num. 42.

Hora nouissima. princip. 48.  
nu. 7.

Honor animarum sanctarum,  
pro præmio. princip. 29. nu-  
me. 65.

Hortus Sponsi terra promissio-  
nis. prin. 30. n. 9.

Hodie ad æternam generatio-  
nem accommodatur. prin. 28  
n. 95.

Horribile pro augusto & hono-  
rifico. prin. 46. n. 4.

Humerus depilatus quid in sa-  
cris. prin. 18. n. 87.

Hydriã conteri super fontem  
quid apud sapientem. P. 29.  
nu. 80.

Hypotiposis. i. illustris expla-  
natio. P. 11. n. 83.

Hyppomene. i. sustentatio. n.  
81.

Hyperbole. P. 12. n. 18. *Hiende  
vn cabello.* n. 19.

## I.

**I**Ah Dei nomen, quid signi-  
ficet, & vt multa loca ex eo  
dignoscantur. P. 15. n. 25.

*Iacob.*

Et Esau, figura duorum populorum. P. 6. n. 9.

Iacob & Heli fuit dictus Ioa-  
chimus. D. 9. S. 3. Vide Ge-  
nefis.

An fuit Iacob mentitus. P. 21.  
nu. 36.

Iebuseus pro Rege Iebuseorū.  
P. 12. n. 6.

*Iehouah.*

Quare dicatur ineffabile Dei  
nomen. princi. 15. nu. 94. 99.  
100. & seq.

An sit proprium nomē Dei. D.  
6. sym. 1. n. 11.

Vnde deriuatur. numero. 100.  
Solitarie semper bonum signi-  
ficat. n. 2. idem esse cum no-  
mine Iesu. n. 4.

Plenum eius significatum. n. 11

Quare dicatur non reuelatum  
Patribus vt Moyfi. nu. 7. 11.  
96. Non proferebatur nisi à  
summo sacerdote. nu. 95. in  
eius virtute faciebat Chris-  
tus & Moyfes signa iuxta  
Hebræos. nu. 95. & 96. Im-  
mensam Dei potentiam de-  
signat. ibid.

*Iesu nomen.*

Idem est cum nomine Ieho-  
uah. P. 15. n. 4.

Ad totam sacram triadem rela-

tum. prin. 29. n. 65.

Jeremias vide Hieremias.

Idiotismi nonnulli explican-  
tur. P. 10. per totum.

Idolatria vide Origo Idola-  
triæ.

*Ignis.*

Deus dicitur ignis. P. 14. n. 86.  
Ira eius. P. 34. n. 79. D. 5. S.  
3. per totum. Ad id & facit  
symbolum. 4. de Rubo ardē-  
ti. Cur Deus apparebat olim  
in igne. vide. ibi. n. 59.

Ignem super sacrificium è cœ-  
lo descendere. P. 17. n. 66. D.  
5. S. 7. per totum.

Ignis pro vita nostra. princ. 29  
nu. 62.

Ignorantiæ vocantur peccata.  
P. 42. n. 71.

Ignotus Deus cui ara erat in  
scripta Athenis. D. 7. S. 1. per  
totum.

Impinguari fenē locusta quid  
apud sapientem. princip. 29  
nu. 78.

Imprudencia seruitutem parit.  
P. 13. n. 41.

Impossibile esse renouari ad  
poenitentiam, quomodo di-  
cat Paulus. P. 48. n. 84.

Incapite libri scriptum est de  
me, Exponitur. D. 1. Symbo.  
1. num. 21.

*Incarnatio.*

Synbolice exponitur. Deca. 1  
S. 3.

symb. 3. numer. 83.

Ante eam Israelitis non orieba-  
batur Sol. D. 1. sym. 4. n. 21.

Per eam omnia instaurata. D.  
6. S. 5. n. 47.

Oeconomia verbi dicitur à Pa-  
tribus. ibid. per totum sym-  
bolum.

In, pro, per. P. 48. n. 79.

In consummatione esse filios  
adulterinos. prin. 29. n. 66.

In conspectu Angelorum psal-  
lere quid Hebræis. P. 28. n.  
86.

*Inferi.*

Hebraicè Seol dicuntur. P. 27.  
n. 64. P. 28. n. 7. 15.

Illorum Regnū. prin. 29. n. 59.  
Domus æternitatis. n. 79.

Ex ethnicorum etiam doctrina  
ponuntur. D. 1. S. 8. nu. 31. in  
hac vita posuit eos Lucre-  
tius. nu. 40.

*Infernus.*

Infernus dicitur Limbus Pa-  
trum ad quem Christus des-  
cendit. P. 28. n. 15.

In puncto ad inferna descende-  
re, quid sit. P. 9. n. 51.

Inferni septē nomina Hebræis.  
prin. 16. n. 65.

In finem, pro, in perpetuum. P.  
28. n. 10.

In luce sagittarū tuarū ibūt, ex-  
ponitur. P. 42. n. 75.

In æternum vide Holam.

Initia Sanctorum. i. decima de-  
cimarum. prin. 29. n. 34.

Inuocari nomen Dei super Pro-  
phetam. prin. 32. n. 89.

Inuocare contra aliquem cælū  
& terram. P. 25. n. 19.

Intelligentiæ nostræ modus ex-  
plicatur. D. 2. S. 3. n. 47.

Interrogationes quædam, vim  
habent affirmationis. princ.  
47. n. 23.

Inuentos & comestos esse Dei  
sermones. P. 32. n. 88.

Inutilis pro intractabili. P. 29.  
nu. 64.

Ioelis symbola & quæ ad eius  
libri intelligentiam pertinet.  
P. 36. per totum.

Ionæ prophetia & quæ ad eius  
intelligentiā spectant. P. 39.  
per totum.

*Ioannes Baptista.*

Angelus Christi. princip. 46.  
nu. 8. & 6.

Helias vocatur. D. 10. S. 1.

Cor patrum in filios vt conuer-  
terit. P. 46. n. 8.

*Iob. P. 27.*

Libri eius varietas pulchra. nu.  
50. eius symbola per totum.

summa eius. n. 51.

In manu Prophetæ. P. 29. n. 40  
in manu Dei esse. n. 65.

c

Ironia.

Ironia. prin. 12. n. 8. est simula-  
tio. eius exempla præcipua.  
prin. 47. n. 18.  
Ira Deo vttribuitur. princ. 14.  
n. 71. 79.  
Iosue cuius rei symbolum. P. 6.  
nu. 13.  
Isaias, vide Esaias.  
Isaac Christi symbolum. prin.  
6. n. 9.  
Israël nomen exponitur. D. 6.  
S. 1. n. 7. & seq.

*Index.*

Dicitur Angelus. princip. 28.  
nu. 85.  
Mali iudices carpuntur. princ.  
22. n. 56.

*Iudicium Vniuersale.*

Eius descriptio. P. 34. n. 73. & se-  
quent. P. 36. n. 36.  
Arcus Dei dicitur. P. 42. n. 70.  
prin. 43. n. 80.  
Dies Visitationis. princip. 48.  
n. 99.  
Vide & prin. 21. nu. 14. & D. 3.  
symb. 2. n. 36. & seq. & symb.  
1. n. 15. & sym. 4. n. 54. & 55.  
& symb. 6. n. 66. 67.

*Iuramentum.*

Iurandi forma antiqua, tran-  
sire per medias animalium di-  
uisiones. D. 2. S. 9. n. 48.

Multiplex antiquis. nu. 57. se-  
cundum se est honestum, &  
quare introductum. num 58  
Phryges illo non adiguntur.  
n. 59.  
Aphrodisium iuramentum. nu-  
mer. 90. impium de iuramen-  
to, ty ranni Dionysij dictum.  
ibi. Spartanis nec ara nec fi-  
des, nec iurandum. ibi. Sic  
& Theffalis. Vnde & fides  
Theffala. nu. 61. Parthi simi-  
les, quibus nulla fides. nu. 62.  
Mos iurandi apud Chaldæos.  
num. 68.

*Iuramentum Dei.*

Quid significet. prin. 14. nu. 82.  
& quare Deus iuret. numer.  
83. iurat per brachium exten-  
tum in coelum, vel per dexte-  
ram. num. 85.

*Iustus.*

Pupilla oculi Dei. prin. 14. 84.  
eius symbolum. princ. 32. nu.  
100. Vide & lignum. interpo-  
nit sepem inter Deum & pec-  
catores. prin. 33. n. 54.  
Iuuenum admonitio salubris  
ex sapienti. princip. 29. nu-  
mer. 72. vbi status senectutis  
describitur, & iuxta alios vti-  
le iudicium.

Kados

## K.

Kados Dei nomen quid signifi-  
cet, vtque, multa scripturæ  
loca eius intelligentia pate-  
faciat. prin. 15. n. 27.  
Kabaleorum error. D. 2. S. 4.  
n. 64. Traditio eorum. D. 8.  
S. 5. n. 30.

## L.

**L**Abia sponsæ. P. 30. n. 24.  
Lactare quid apud Oseã.  
prin. 35. n. 17.  
Lagunculæ metaphora. princ.  
32. n. 76.  
Lacus in bonum & in malum.  
prin. 50. n. 68.  
Lamentationes & væ, pro tri-  
bulationibus maximis. P. 33  
nu. 23.

*Lapis.*

Fundamentalis Ecclesiæ Chri-  
stus. P. 45. nu. 92. D. 4. S. 4.  
In bonum & in malum. prin. 50  
nu. 58.  
Lassari pro impleri. princi. 29.  
num. 68.

*Lauare.*

Manus coram multitudine. P.  
17. n. 68. 69. & D. 7. S. 6.  
Lauandi pueros mos. princ. 33.  
nu. 45.

Legatio Domini, pro Concio-  
nibus prophetis P. 44. n. 85  
Legis nomina symbolica. P.  
16. n. 62.  
Lebes apud Ezechielem. P. 33  
n. 36.

*Leuare.*

Signum. prin. 32. n. 77.  
Caput. prin. 18. nu. 74. se super  
se. P. 32. n. 10.  
Manum ad Deum, pro iurare,  
n. 80. & P. 25. n. 21. & P. 33.  
n. 49.

*Leo & Leona.*

Leo pro Christo & dæmone.  
prin. 50. n. 56.  
Pro Nabuchodonosor. P. 34.  
n. 67.  
Principem & hominem crude-  
lem significat. ibi.  
Leonis & Leonæ parabola. P.  
n. 48.  
Cubilia leonum & pardorum.  
33. prin. 30. n. 8.  
Catuli leonum vocantur princi-  
pes & leonum habitaculum  
Regia ciuitas. P. 41. n. 63.  
Leones vocantur diuites. P. 28  
num. 84.

*Leuiticus.* P. 23. & P. 6.  
num. 12.

Titulus explicatur. n. 64. sum-  
ma eius. nu. 66.



Sensus eius potissimus spiritua-  
lis est. n. 67.  
Cum explicatur à Christo lo-  
cus, aut ab Apostolis efficax  
argumentum sumitur etiam  
iuxta spiritualem sensum. n.  
68.  
Ratio prohibitionis quorum-  
dam animalium literalis &  
genuina. n. 72. & seq.  
Lepra lex in domibus, vt intel-  
ligatur, D. 7. S. 2. n. 87.  
Libanus pro thure. prin. 29. n.  
42.

*Liber.*

Pro conscientia. prin. 34. n. 80.  
libri seu voluminis metapho-  
ra apud Zachariam. prin. 45  
nu. 95. Liber generationis  
quid sit apud Matthæum. P.  
47. n. 12.  
Liber scriptus intus & foris sa-  
cra scriptura. prin. 13. n. 27.  
adhuc est Hebræis signatus,  
& clausus. P. 14. n. 68.

*Lignum.*

Vitis, Christi symbolum. prin.  
6. n. 3. sub umbra eius, quem  
desiderauerat; exponitur. n. 4.  
Lignum vitis Ierusalem. prin.  
12. n. 91.  
Lignum pro arbore. n. 6.  
Ligni sublimis humiliatio &  
exaltatio humilis quid apud

Ezechielem. prin. 33. n. 46.  
Lignum semper virens, iustus.  
prin. 28. n. 75.  
Succidere lignum non faciens  
fructum. prin. 33. n. 51.  
Ligato saxo demergi in pro-  
fundum maris. prin. 17. n. 68  
Lingua est vniuersitas iniquita-  
tis. prin. 48. n. 97.  
Linire parietem Pseudopro-  
phetas. prin. 33. n. 38.  
Loqui Dominum super Ierusa-  
lem. prin. 32. n. 4.  
Literæ Ephesæ. prin. 2. n. 44.  
Lucæ symbola. prin. 47. n. 19.

*Lucerna.*

Propositate. D. 7. S. 3. n. 89.  
& 92. & 94. P. 29. n. 44.  
Fœlicitas caduca & fluxa im-  
piorum. S. 4. n. 93. & seq. P.  
27. n. 66. & prin. 29. n. 37.

*Lucifer.*

Pro Rege Assyriorum seu Ar-  
chidamone. D. 6. S. 6.  
Pro diuina claritate, vel Chris-  
to, vel omnibus rebus fœlici-  
bus. S. 8.  
Luciferi proprietates & nomi-  
na. S. 6. n. 17. & seq.  
De lucifero stella, vide plura.  
S. 3. vbi exponitur explosis  
Rabbinis, quid sit, ex vtero  
ante luciferum genuite.  
Lumbare lineum, quid apud  
Ieremiam. P. 32. n. 75.

Luna

Lumbos conteri. princip. 33-  
numero. 50. vide accingere  
lumbos.

*Lumen & Lux.*

Lux & lumen Christus. D. 1. S.  
5. Euangelica gratia, eiusque  
effectus. D. 1. S. 6.  
Lumen vultus Dei. princip. 28  
nu. 3.  
Lumen spirituale est literæ,  
vt anima corpori. princ. 7. nu-  
mer. 22.  
Lucis laudes. D. 1. S. 6. n. 36. an-  
sit qualitas vel substantia dif-  
putatur. ibi. est præstantissi-  
ma qualitas. n. 48. 51. ex effi-  
caci eius prouenit quod Sol  
& Luna non sint semper in  
eodē sepematisimo respectu  
nostri: & quod Luna non sit  
proprio cōdecorata lumine  
n. 52. lumē est visus quidam.  
nu. 54. lux proprie dicitur in  
spiritualibus. n. 57. Quarum  
rerum sit symbolum. numer.  
59. Doctrina diuina eiusque  
lex ibid. Auxilium diuinum  
numer. 60. veritas & virtus.  
numero. 61. Fœlicitas. ibid.  
Magnum gaudium. numer.  
66. Pax. num. 76. aduentus  
verbi & eius opus vocatur  
lux. num. 67. Christus ipse,  
etiam secundum Rabbinos.  
n. 68. Apostoli. n. 71. Sancti-  
tas & iustitia. n. 69.

*Luna.*

In sanguinem conuersa. P. 36.  
n. 33.  
Quare putabant ethnici aman-  
tibus præesse. D. 2. S. 1. n. 95.  
Luna Ecclesiæ veteris status.  
D. 2. S. 2. Discipula solis, vt  
Ecclesia Christi quadatenus  
n. 100. eius proprietates. n. 1.  
& seq. est Domina maris: &  
quo pacto pluias præmonf-  
tret, & quæ sub se contineat.  
n. 3. eius cōiunctionem cum  
alijs stellis maximè oportere  
Medicos attendere. n. 4. Quā-  
do ægritudines bonū habēt fi-  
nē & quādo nō, quādo vero an-  
cipitē. n. 5. & 6. Quid habeat  
is cui prædominatur Luna. n.  
7. ferè mala innuit, & incōstā-  
tiæ est symbolū. n. 17. quarta  
luna nati in fœlices, & quare  
ita dicantur. n. 8. Lunæ lau-  
des. n. 9. lunulæ in calceis à  
Romanis gestari solitæ, in no-  
bilitatis symbolum. nu. 10. &  
quare. n. 14. Arcades etiam  
id in more habebāt. n. 11. He-  
rodus de hoc scōmaticum di-  
ctū in Bradeam. ibid. Lunata  
pellis apud Martialem. n. 12.  
Hebrææ fœminæ gestabāt lu-  
nulas. n. 15. Luna sub pedibus  
Ecclesiæ, quid sit in Apocaly-  
psi. n. 18. & seq. Stultus vt lu-  
na mutatur. n. 28. Synagoga  
& hæretici nomine lunæ sig-  
nifi-

nificantur. n. 29. Regina militæ coeli luna. D. 3. S. 5. per totum. Quantum distet à nobis cœlum lunæ. n. 57. vocata est Deorum regina. n. 60.

M.

*Machabæi.*

**E**orum insigne & nomē unde fluxerit. D. 8. S. 5. Kabalistarū traditio. n. 30.

*Magi.*

Eorum aduētus symbolum. P. 42. n. 69. P. 44. n. 86. D. 2. 6. 4. n. 16. vide & S. 5. an potuerint ex Genethliacis diuinationibus Christi prænoscere natiuitatē. n. 44. & seq. an fuerint malefici. vide symbol. 6. Magia duplex in scriptura. n. 71. qui sint Magi apud Persas. nu. 76. 77. Magi vnum rerum ponebāt principiu. n. 79. erāt sacerdotes. ibi. Reges fuisse ostenditur efficaciter à. n. 80. vsq; 99. nomina eorum in. 84. D. Thomæ Apostolo se associarūt cum apud eos prædicauit. nu. 86. 87. Miraculum in eorum trāslatione. nu. 87. 88. Magi Principum Pædagogū. n. 91. Magi prophetæ. n. 94. Sapientes Chaldæorum erāt. n. 95. Chalcidij Platonicī de hac re sententia. ibi. à Sibylla Erithræa num fuerint de aduentu Christi instructi. n. 96.

Magorū nomina apud varios & munus. n. 96. an ex eadem regione venerint ipsi & Regina Sabba. D. 2. S. 7. n. 4. Mino ri quàm tredecim dierum spatio venire ad Christum visendum potuere. n. 25.

Magni nomē in sacris, cui tribuatur. P. 17. n. 70.

Malachiæ symbola, & quæ ad eius libri intellectum conducunt. P. 46.

Maledictio Dei. princip. 17. nu. 73.

Maledicus non effugiet manus Dei. P. 29. n. 55.

Malus absolute demon dicitur. P. 11. n. 7.

Manè mane quid. princip. 43. nu. 82.

*Manus.*

Dei quid sit. P. 14. n. 78.

Manus in manu quid sit. P. 29. nu. 30.

Manus Dñi super aliquē. P. 18. n. 76. P. 26. n. 42. P. 33. n. 19.

Manus scētiæ super caput. P. 18. n. 78.

Manum mittere hostem. P. 32. nu. 5.

Manus omnes dissolui. P. 33. nu. 32.

Marci symbola. P. 47. nu. 16. Matthæi. n. 12.

Maranatha. princip. 48. numer. 63.

Mare

Mare vitreū baptismus. P. 49. nu. 46.

Marcellus Papa qui idolis sacrificare coactus est. D. 3. S. 1. n. 24. & 25.

*Maria Deipara.*

Prophetissa dicitur antonomastice. prin. 31. n. 58.

Druidæ ante Christi aduentū ei templum & imaginem consecrarunt. D. 2. sym. 4. n. 23.

Oraculū quod de illa reliquit Egyptijs Ieremias. n. 21.

Mons vocatur. D. 4. symbol. 2. pertotum.

Vt conueniat ei nomen Moria montis iuxta Hebræorum. n. 3 & seq.

Maria idem est quod Domina. D. 4. sym. 3. ubi nominis Mariae significationes inuenies.

Tali nomine vocandam prædixit Haccados, grauis in primis autor inter Heb. n. 16. 17.

Mitraton nomē Hebræum, perfectissimam creaturam significans, Virgini cōuenit. n. 18.

Maria diuinum quoddam omnium virtutum armarium. nu. 22. 23.

Mariae Virginis sorores natura Salome & Maria Iacobi. D. 9 sym. 3.

Medicamentum exterminij. prin. 29. n. 57.

Melchisedech, quare dicitur

sacerdos in æternū. P. 48. n. 83

*Mendacium.*

Pro idolo. prin. 31. n. 63. & prin. ci. 32. n. 95.

Araneæ tela. prin. 31. n. 64. Panis mendacij. prin. 32. n. 8.

*Meridies.*

Quid significat. prin. 30. nu. 20. Pro Ægypto. prin. 34. n. 89.

Merismos. i. distributio, quid sit. prin. 11. n. 82.

Metonymia. prin. 12. n. 100. exēpla de illa, n. 1. & seq.

Metalepsis, iterata metonymia nu. 4.

*Metaphora.*

Prophetis præcipua. prin. 6. n. 21. Quid sit. prin. 12. n. 88. in historiā sepe conuertitur à prophetis. n. 90. De vase & figulo prin. 32. n. 2.

Michee prophetia, & eius symbola, & alia eam explicantia. prin. 40.

Mingens ad parietē. P. 25. n. 40

*Missah.*

Spontanea oblatio dicitur. D. 8 symb. 4.

Nominis huius antiquitas, ostēditurq; esse Hebræū. ibidem.

# I N D E X

Misericordia in Deo. P. 14. n. 75. & seq.  
 Misericordiam volo & non sacrificium exponitur. prin. 47 nu. 14.  
 Mittere lapidem in aceruum Mercurij. P. 19. n. 92.  
 Misericordiam maximam symbola. P. 40. n. 56. & P. 41. nu. 64. & 66. & P. 43. n. 79.  
 Morie mons & de eo multa. D. 4. S. n. 75.

## *Mons.*

Magnus regnum Persarum. P. 45. n. 94.  
 Mons domus Domini. prin. 31 nu. 44.  
 Montes caliginosi. princip. 32. nu. 77.  
 Molentes in minuto numero. P. 29. n. 75.

## *Mors.*

Mortis iustorum & impiorum disparitas. princip. 9. nu. 52.  
 Non est medicamentum contra mortem. P. 29. n. 59.  
 Mortis elegans periphrasis. nu. mer. 79.  
 Pro peste accipitur. principi. 32. n. 81.  
 Mos ethnicorum, in mortuorum exequijs. n. 93.

## *Mos.*

Multiplex in scriptura. P. 17. pertotum.  
 Mos Regum Persarum, & Aegyptiorum in legatorum susceptione. D. 1. S. 7. n. 75.  
 Mos antiquus paciscendi. D. 2. S. 9. n. 53.  
 Mos perforandi aures feruorum. D. 4. S. 7. n. 71.

## *Moses.*

Multa symbola dedit. P. 20. pertotum.  
 Ut constitutus Deus Pharaonis. P. 22. n. 59.  
 Ut Aaron Propheta eius. P. 22 n. 60.  
 Apparet Deus Moyse in Rubo ubi visiolate exponitur. P. 30. n. 100.  
 Moses Atticus Plato. principi. 2. nu. 51.  
 Mulierum duarum metapora exponitur, quae est apud Zachariam. P. 45. n. 96.  
 Mundities. D. 2. Symb. 3. nu. mer. 33.  
 Mundus pro iniquis operibus. D. 3. S. 8. n. 24.  
 Murus ut sit sponsa. principi. 30. nu. 14.  
 Mutatio nominis Abraham, cuius rei symbolum. P. 6. n. 7.  
 Murenulae & ornamenta sponsae atque monilia. princ. 30. n. 21. P. 33.

# A L P H A B E T I C V S.

P. 33. n. 43.  
 Murus aeneus. P. 32. n. 91.

## N.

**N**A H V M prophetia & quae ad eius intellectum conferunt. P. 41.  
 Nefas est Deum appellare Patrem & male viuere. P. 16. nu. mer. 38.  
 Nemo ascendit in caelum, &c. exponitur. prin. 47. n. 22.

## *Nigredo.*

Sponsa exornat eam, apud ipsum. D. 1. S. 9. n. 43.  
 In malum etiam sumitur. nu. mer. 44.  
 Christus vocat Sauli. Aethiops num. 45.  
 Nigredo Aegyptijs solis est symbolum, & ob id scarabeum venerabantur. n. 47.  
 Noctes si non essent, euncta uentura perirent. D. 1. S. 6. nu. mer. 53.  
 Non poenitere Deum, quid sit. P. 14. n. 73. 74.  
 Non inhabitare malignum apud Deum. P. 28. n. 6.  
 Non declinare in iudicium pauperis. princ. 22. n. 56.

## *Nomen.*

Quid significat in Canticis. D.

1. S. 4. n. 22. P. 30. nu. 19.  
 Oleo effuso, quare nomen Christi assimiletur. D. 1. S. 4. nu. mer. 23.  
 Nomina Dei quadruplicia. P. 15. n. 91. Praecipua quae sint secundum Hebraeos. nu. 92.  
 Nomen Dei praecipuum esse quadriliterum apud multas nationes. n. 31. 32.  
 Nomina populi Dei symbolica. P. 16. n. 60.  
 Nomina mutare res regia. D. 4. S. 6. pertotum.  
 Nomina imponere Adam rebus omnibus quid significabat. n. 60. & seq.  
 Nomina mutabant manum issi captiui pro percepto beneficio. n. 63.  
 Nomina noua reportabant Romani duces & imperatores a debellatis prouincijs. numero. 64.  
 Nomina mutauit Christus Apostolis quibusdam. n. 66.  
 Quare mutant nomina Pontifices Romani. D. 4. S. 7. num. 65. 67.  
 Non bonum provalde malum. P. 29. n. 43.  
 Non foeneraui, neque foeneraui mihi quispiam, quid apud Ieremiam. P. 32. n. 83.  
 Non foederari ferrum ferro ab Aquilone quid sit. ibid.  
 Non videre cum venerit bonum. nu. 99.

I N D E X.

Novissimum, merces operis dicitur, prin. 29. n. 44.  
Nullus in scriptura locus sine literali sensu contra Origen. prin. 13. n. 3.

*Numerorum liber. p. 24.*

Eius summa & scopus, numer. 96. 98. cur numeratus populus. n. 99. quadraginta duæ mansiones. n. 2.

Pueri quare non numerati, nec ferui nec aduenæ. n. 3.

Symbola eius, prin. 6. Manna. n. 13. & virga Aaron, ibi & P. 24. n. 8. & serpens æneus, prin. 16. n. 13. & prin. 24. n. 6.

O.

**O**bumbrat Deus iustos, prin. 14. num. 84. vide ut obumbraverit B. Mariæ. D. 1. Sym. 3. numero. 87.

Obductio pro calamitate. P. 29 num. 45.

*Oculus.*

Nequam. D. 8. S. 2. & prin. 19. n. 92. & prin. 47. n. 37. & prin. 29. n. 47. Oculus siue cor fornicans, prin. 33. nu. 29. oculus pro intellectu, prin. 34. numero. 83.

Oculi. 7. lapidis, apud Zachariam, prin. 45. n. 93.

Oculus pro intentione. D. 2. S.

3. numero. 39.

De oculis Dei vide, Deus: oculi sponzæ, prin. 30. n. 24.

*Odor.*

Nardi, quid in Canticis, princ. 30. n. 97.

Odor vestimentorum Esau, numer. 98.

Odoratus Dei, vide Deus, sicut & os Dei, & odium.

Oeconomus Christus. D. 6. S. 5. per totum.

Oeconomia dicitur Incarnatio. ibi.

Offendere ad montes caliginosos, prin. 32. n. 77.

Oleum, cuius rei Symbolum, princ. 15. n. 5.

Olim Latinum, unde derivatum est, prin. 32. n. 98.

*Oliua.*

Pacis symbolum, sicut & arcus siue iris, prin. 20. n. 3.

Oliuæ duæ, quid apud Zachariam, prin. 45. n. 95.

Omnia Regna mundi, pro eorum parte præcipua, prin. 12. nu. 20.

Onocentauri & syrenæ apud Isaiam, prin. 19. n. 96.

Onus quid significat in Prophetis, prin. 31. n. 60.

Ordinis laudes & de illo multa Prolegom. 5.

*Orare*

ALPHA B E T I C V S.

*Orare & oratio.*

Aperto capite orare. prin. 18. nu. 76.

Oro ut fiat in me spiritus tuus duplex. Exponitur, P. 26. numero. 36.

Orationis & cultus Dei, antiquitas, prin. 21. n. 22.

Oratio in sermone, Regina est omnium rerum D. 3. S. 4. n. 58.

Oraculum Argonautarum, de nomine Virgi Mariæ. D. 4. S. 3. n. 20.

*Oriens.*

Pro Perfide, prin. 34. n. 89. Oriens, vel germen Christus, princip. 45. numero. 91. & D. 1. S. 4.

Orientis laudes, D. 1. S. 4. n. 98. Cur ibi multa gignantur, quæ alibi non inveniuntur. nume. 101. 102.

Cur oramus ad orientem. nu. 1. Ab oriente veniet Christus ad iudicium. n. 5. Oriens est nomen Christi. n. 7. & ut nomen non ut participium. n. 14. Ab oriente quid sit. D. 2. S. 7.

*Origo idololatriæ.*

Adulatio & alia. D. 1. S. 10. nu. 67. Ruina eius in aduentu Christi. D. 2. S. 4. nume. 24. & seq. Idolatræ lapides vo-

cantur in scriptura. D. 2. S. 8. numero. 33.

Osana quid significet. D. 9. Symb. 4.

Opeti affectus nomen imponit. D. 2. S. 3. nu. 42.

*Oseas p. 35.*

An duxerit uxorem fornicariâ num. 12.

Iezrahel, quid sit apud eum. numer. 13.

Triplex partus uxoris eius, cuius rei Symbolum. n. 15. & alia multa quæ ad eius multum cõferunt intelligentiam.

Osculum in sacris, quid significet, principium. 30. numero. 17.

Ostendere se in vijs sapientiæ prin. 29. n. 69.

Ostia corporis, apud sapientem. nu. 75.

Ostentat malum, prin. 13. n. 44. & 51.

P.

*Panis.*

**P**RO cœna, princ. 12. numero. 5.

Pro omnibus necessarijs ad prandium, princ. 29. numero. 46.

Panis mendacij, ibid. & princ. 32. nu. 8.

*Panem*

I N D E X.

Panem esse pollutum, princip.  
46. n. 3.  
Panthera & pardus cur vocetur  
Deus, prin. 14. n. 81.  
Pantheræ Symb. princ. 34. nu-  
mer. 74.

*Parabola.*

Quid sit, prin. 12. n. 95.  
Proprium eius, prin. 29. n. 20.  
In ore stultorum ridicula est, &  
potius illis nocua, quam uti-  
lis, prin. 13. nu. 4. & seq.  
Parabola saltus & nemoris com-  
burendi, princ. 33. nu. 49.  
Gladij elimati. n. 50. Duarum  
vnius foeminae filiarum, n. 55.  
ollæ æneæ & pinguis anima-  
lis, nu. 56. Nuptiarum para-  
bola exponitur, D. 1. S. 8. nu-  
mer. 20.  
Paralepsis. i. præteritio, prin. 11  
num. 85.  
Pardus apud Daniele, princ.  
34. n. 73.  
Parare sine dolore, prin. 17. nu-  
mer. 66.

*Paræmia.*

Quid sit, prin. 29. n. 22. & prin.  
11. n. 96.  
In proverbum fieri, pri. 33. nu-  
mer. 39.  
Parrhisia. i. licentia, prin. 11. nu-  
mer. 81.

*Passio Christi.*

Eius Symbola, prin. 42. nu. 69.  
& D. 1. S. 4. n. 27. prin. 45. nu-  
mer. 93.  
Mors vita, D. 9. S. 9. pertotū.

*Paulus.*

Quare sic dictus, D. 4. S. 7. nu-  
me. 66.  
Eius Symbola, prin. 48. nu. 55.

*Pax.*

Pro bonis omnibus, prin. 28. n.  
4. D. 9. S. 8.  
Pacis Symbolum, prin. 20. n. 3.  
Pax vobis quæ salutatio, prin.  
47. n. 24.  
Bona voluntas idem quod pax  
D. 9. S. 10.

*Peccatum.*

Fructus eius, prin. 32. n. 3.  
Pro oblatione, princ. 35. nu. 24.  
Pro fomite, D. 2. S. 4. nu. 73.  
Scriptum stylo ferreo & ada-  
mantino, prin. 32. n. 96. Peri-  
re memoriam peccatorum so-  
nitu, prin. 28. n. 10.  
Catene & iugum peccatorum.  
num. 6.  
Peccatum ad mortem, prin. 48.  
n. 8. Quidam dicunt esse, iniu-  
riarum memoriam, nu. 9.  
Corpus subditū peccatis, prin.  
29. n. 50.  
Pedes Dei, quid arcane, princ.  
14. n. 78.  
Perficere laudem Deum ex ore in-  
fan-

ALPHABETICVS.

infantium & lactentium, vt  
intelligatur contra Iudæos  
& eorum sectatores. D. 9.  
S. 5.  
Perfecti vocantur fortes, prin.  
41. n. 60.  
Percutere manu ad manum, P.  
33. n. 51.  
Perefluere. i. obliuisci, princ.  
48. n. 80.  
Periphrasis filij Adæ, prin. 29.  
num. 69.  
Pellem pro pelle, &c. exponi-  
tur, prin. 27. n. 60.  
Percutere cor suum, princ. 26.  
num. 41.  
Pessimi consilium etiam bonū  
autori nocet, prin. 13. n. 45.  
Pestilentia impia doctrina, Pr.  
28. n. 74.  
Percidit Symb. prin. 32. n. 100.

*Petra.*

In bonum & in malum sumitur.  
prin. 50. n. 59.  
Petra deserti, prin. 31. n. 60.  
Petra Petrus ob fortitudinem  
& quia caput. D. 4. S. 5. per  
totum.

*Petrus.*

An correctus fuerit vt errans à  
Paulo. Ostenditur quod non.  
D. 4. S. 5. n. 56.  
Tu es Petrus, &c. exponitur.  
nu. 48.  
Fundamentum ecclesiarum vo-

catus est, numero. 47.  
Eius symbola, prin. 48. nu. 98.  
Percutere impios foedus cum  
morte, prin. 29. n. 61.  
Philanthropos est spiritus San-  
ctus, prin. 29. n. 51.  
Phylacteria dilatare, princ. 47.  
num. 29.  
Philosophi, olim dicti Theolo-  
gi. Prolegom. 3. n. 31.  
Pingues terræ. Proleg. 1. nu. 61.  
Piscina plena piscibus, Ninive  
in flore, prin. 41. nu. 63.  
Pilosi, vocantur dæmones. D.  
8. S. 1. vbi explicatur qui sint  
Fauni & Satyri, n. 11.  
Plaudere super foemur, prin. 33  
num. 51.  
Poenitentia dicitur Baptismus  
prin. 48. n. 84.  
Poenitere, vt tribuatur Deo. P.  
14. n. 73.

*Ponere.*

Pro producere, sicut & planta-  
re accipitur, prin. 14. nu. 53.  
Ponere cor ad legem, princ. 25.  
num. 19.  
Animam suam, prin. 26. nu. 42.  
Carnem brachium suum, prin.  
32. n. 99.  
Spem mendacium, n. 63.  
Crubrem belli in balthæo, Pr.  
26. n. 45.  
Caput, vel faciem intercrucis,  
prin. 18. n. 75.  
Porcus cuius rei symbolum vi-  
de sus.

Panther.

Possessio in diuinis. P. 29. n. 29  
Potestas pro autoritate in lo-  
quendo, prin. 47. n. 20.

*Porta.*

Vrbis iudicij locus. D. 7. S. 9.  
Cuius rei symbolū, P. 17. n. 67.  
Esse intra portas alicuius, prin.  
22. nu. 56.

*Prædestinatio.*

Prædestinationem aut perseue-  
rantia donum promereri non  
potest. D. 2. S. 4. n. 7.  
Prædestinationis aut reproba-  
tionis, non est assignare  
causam ex parte nostra. n. 8.  
& 9.

Eius consideratio incutit timo-  
rem, sed si recta sit, consolatur  
etiam. n. 12. vide & D. 3.  
S. 8. n. 12.

Prædestinatus vt dicitur filius  
Dei. prin. 48. n. 56.

Præparatio cordis pro deside-  
rio, prin. 28. n. 10.

Prædicatorum deperdit mo-  
res vt noceant, prin. 13. n. 48.

Præcepta triplicia in exodo,  
eorumq; finis, prin. 22. n. 43.

Princeps potestatis. i. potentis-  
simus, sic corpus humilitatis.  
i. humillimum. prin. 48. nu.  
72. 74.

Principem magnum a sino vehi  
Symbolum pacis. D. 9. S. 7.

Principis & summi nomina a-  
pud varias nationes. D. 1. S.

10. numero. 75.  
Principium ad uerbialiter. D.  
1. S. 1. n. 19.

*Propheta.*

Sæpe conuertunt Metaphorā  
in historię veritatem, prin.  
12. n. 90.

Proprium illis est, res sub sym-  
bolis tradere, prin. 27. n. 49.

Propopocia, pr. 11. n. 83. Pro-  
barerenes, prin. 32. nu. 100.

Protagoras Abderites vt im-  
pius agro vrbeque ex termi-  
natus, quod an essent Di, du-  
bitaret. D. 1. S. 7. nu. 80.

*Psalmi. p. 28.*

Eorum autor quis. n. 68. est re-  
gistrum totius, ille liber Scri-  
pturæ. nu. 69. Scopus eius.  
num. 7.

Psalmi. 1. symbola. n. 74.

Psal. 2. n. 93.

Psal. 3. n. 3.

Psal. 4. ibidem.

Psal. 6. n. 7.

Psal. 7. n. 8.

Psal. 9. n. 10.

Psal. 10. n. 11.

Psal. 11. n. 12.

Psal. 12. n. 13.

Psal. 13. & 15. ibid.

Psal. 18. D. 1. S. 3. n. 75.

Psal. 37. n. 77.

Psal. 63. n. 83.

Psal. 61. n. 88.

Et

Et multa in illo principio. 28.  
quæ lacem conferunt ad om-  
nium Psal. intelligentiam.  
Pluuisse Dominum, à Domino  
pr. 10. n. 70.

*Puluis.*

Symbolum multitudinis filiorū  
Israel. D. 3. S. 1. n. 7 & 8.

Puluisculus ille qui Hebraice  
dicitur Camoz, Hispanè Ta-  
mo, cuius rei symbolū, prin.  
28. n. 76.

Purgare se cum paucis de negli-  
gentia, prin. 29. n. 35.

Purificationis festi institutio  
in Apocalysi prædicta, prin.  
49. n. 38.

Pyramides Ægyptias Israeli-  
tæ ædificarunt. D. 5. S. 5. nu-  
mer. 67.

*Q.*

*Quaternarius.*

**Q**uadrige quatuor apud  
Zachariam, quid sig-  
nificant. prin. 45. nu-  
mer. 96.

Quaternarium numerū Pytha-  
gorici omnem appellabant  
prin. 15. n. 33.

Mercurio adscribebatur. ibid.

Quatuor animalia apud Danie-  
lem, prin. 34. n. 65.

Quatuor venti apud eundem,  
num. 66.

Quadruplex in scriptura sen-

sum & de eo multa, P. 5. per  
totum.

Quare dicitur Hispanis, esso es  
hablar ad Ephesios, cum x̄a  
tra rem quis loquitur, prin. 2  
num. 45.

Quemadmodum Doctoribus  
sacris vtendum, prin. 5. n. 95.

Quæ peperit septem apud Iere-  
miam, prin. 32. n. 82.

Quando ad Metaphoras & Tro-  
pos recurrendum, prin. 13. n.  
61. & seq.

Quærere Deum, pro inuocare,  
prin. 29. n. 49.

*Quercus.*

Quercus Bassan, magnares vo-  
cantur, prin. 13. n. 30.

Quercus apud Oream, prin. 35  
n. 9. & 10.

Quietus pro pacifico, seu foeli-  
ce, prin. 34. n. 66.

Quid est, quod optas trahi spō-  
sa post sponsum. P. 30. n. 19.

Quid mihi & tibi, exponitur,  
prin. 17. n. 37. D. 8. S. 7.

Vbi quid mihi & tibi est mu-  
lier, peculiariter explicatur  
nu. 37. & seq.

Quod facis, fac citi⁹, exprobrā-  
tis erat, prin. 12. n. 9.

Quod superest, date eleemosy-  
nam, Explicatur præter cō-  
munē modum, prin. 47. n. 20.

*R.*

Racha, quid significat, princip.

47. numero. 13.

*Renes.*Pro affectibus ponuntur, prin.  
28. n. 14.

Probare renes, prin. 32. nu. 100.

Recordari Deum, quid, princ.  
14. n. 84.Recurrere vittā aureā, quid apud  
sapientem, prin. 29. nu-  
mer. 80.*Reliquia.*Reliquiæ numeri sagittariorū,  
Pr. 31. n. 60.Reliquiæ apud Ioselem, princ.  
36. n. 34.Religiosus quid sit apud D. Ia-  
cobum, princ. 48. numero.  
95. 96.Res in sacris, quodammodo lo-  
quuntur, prin. 6. n. 98.Reprobare malum & eligere  
bonum, quid apud Esaiam,  
prin. 31. n. 57.Respicere ad amplius, prin. 44  
n. 85.Retro aspicere, quid sit He-  
brais, D. 4. S. 9. n. 92.*Resurrectio.*Ex historia Abelis colligitur.  
P. 21. n. 7.Eius testimonium in rubo de-  
dit Deus, D. 5. S. 4. n. 61. vi-  
de & S. 6. D. 6.

Resurrectio Christi dicitur ge-

neratio, principio. 28. nume-  
ro. 95.Resurgere pro immutari ad vi-  
tam, n. 77.*Rex.*Virtutum & dilecti Deus. Pr.  
28. n. 91.Regere in virga ferrea, prin. 28  
num. 98.Rex Medicus dicitur, prin. 12.  
n. 92. Insepultus quid signifi-  
cet, prin. 17. n. 70. Draco vo-  
catur Rex Ægypti, prin. 31.  
nu. 64. Leo & aquila quare  
vocetur, prin. 34. nu. 68.Rex Christus, prin. 30. n. 96.  
Regis qui oppressit Israel in  
Ægypto, nomen, prin. 30. nu-  
mer. 99.Regis boni symbolum, pr. 31. n.  
47. Pr. 34. n. 68.Reges velut oracula audiendi,  
& quando, princ. 29. nume-  
ro. 39.Regnum Dei, prin. 47. nu. 21.  
& 39.*Rota.*Natiuitatis, quid sit, princ. 48.  
num. 97.Rotam cōfringi super cisternā  
prin. 29. n. 80.Ad idem fere facit, Rumpi fu-  
nem argenteum. n. 79.Rubus Moyfi. Vide exodi sym-  
bol.

bol. &amp; D. 5. symb. 4.

## S.

*Saba.***D**Vplex. D. 2. S. 7. num. 6.  
Orthographia diuersa v-  
triusque in Hebræo. nu.18. E Saba Arabiæ venit Regi-  
na Sabā ad Salomonem sicut  
& Magi ad Christum. nu. 15.

19. Non erat Nichaula. n. 12.

Cur dicitur Regina Austri, & à  
finibus terræ aduenisse. nume-  
23. 25.Sacrificiū sanctificationis Na-  
zaræorum, prin. 29. n. 34.Sacerdotes dicuntur angeli, pr.  
28. n. 85.Sagittis paruulorum linguas  
impiorum assimilat Dauid,  
prin. 28. n. 83.Sagittæ Domini quid, prin. 27  
nu. 62. vide, prin. 50. n. 95.Salomonis libri & eorum sym-  
bola, pr. 29. per totum.Saluianus episcoporum magi-  
ster, prin. 21. n. 7.*Sal.*Statua salis, vxoris Loth, cuius  
rei symbolum. D. 4. S. 9. Dur-  
abat Iosephi historiographi  
tempore. n. 98. Salis petra. nu.  
97. Sal sapientia & charitas  
mutua, S. 10. per totum. Pro  
pace. n. 6.Apud ethnicos, etiam poneba-  
tur in sacrificijs. ibi, salarij no-  
men vnde deriuatum, D. 4. S.  
10. numero. 22. Sal Apostoli,  
eorumq; successores. D. 5. S.  
1. per totum. Quōdam sal pri-  
mo in mensa apponebatur in  
amicitiæ symbolū. D. 4. S. 10  
nu. 23.Vos estis sal terræ, explicatur.  
D. 5. sym. i. nu. 24. Sal ex igne  
& aqua. n. 29.Eius proprietates spiritali bo-  
no accommodantur. n. 34. &  
35. Porci animam habent salis  
vice. n. 34. Igne saliri quid sit  
D. 5. S. 2. per totum. Vide &  
princip. 47. numero. 17. Sale  
condiuntur cadauera apud  
Ægyptios, numero. 50. Sal  
vnde deriuatur, numero. 51.Saliendi infantes recens na-  
tos, mos, Princip. 33. nume-  
ro. 45.Salamandra iustorum imago.  
D. 3. S. 1. n. 21.Saltationes impudicæ vitio dā-  
tur. Principium. 47. nume-  
ro. 28.Sabbathum secundo primum.  
P. 47. n. 20.Sabbaoth Dei nomen. Pr. 15.  
nu. 22.Sanctus Israel, quare dicatur  
Deus. P. 15. n. 28.Sanctus pro Christicola vero.  
P. 31. n. 59.

*Sanguis.*

Sanguinem tangere sanguinē.  
pr.35.n.23.  
Sanguinum ciuitas. i. flagitijs  
plena.p.41.n.64.  
Sanctificare pro preparare,pr.  
40.n.50.&pr.43.n.77.  
Saturantur impijs filijs, pr.28.  
nu.82.  
Sartago ferrea apud Ezechiel,  
prin.33.n.27.  
Saul quot annos regnauerit,pr.  
26.nu.29.  
Sapientia Deus. Prolegom.4.  
n.46. sapientia Ægyptiorum  
prin.2.pertotum.

*Scala Iacob.*

Cuius rei symbolum.D.3.S.10  
pertotum Hebræorum de il  
la sensus.n.51.Catena Home  
rica, illi accommodatur. nu.  
53. Philonis de scala senten  
tia.n.59.  
Vera sctētia. ibi. & seq. Loc<sup>9</sup> il  
le, surge amica mea, &c. lin  
foraminibus petra, &c. ex  
plicatur. nu. 65. Domus Dei  
& porta coeli, quare vocatus  
à Iacob locus, in quo scalam  
vidit. D.4.S.1.an viderit in  
Moria.n.90.95.  
Scissura petrarum. pr.38.n.46  
Scandalum pro scandalizante,  
pr.47.n.27.

*Scoria.*

Dicuntur pessimi homines.P.  
13.n.29.

Domus Israel.P.31.nu.59.  
Scintillæ in arundinaet. discor  
rentes, iustorum symb. D.3.  
S.1.n.16.17.

*Scriptura sacra.*

Quare vtatur symbolis, pr.57.  
Traditio Hebræorū, in nō tra  
dēdis indifferēter omnibus, fa  
cræ scripturæ libris.n. 77.78.  
Nō decet, nec cōuenit trāsfer  
ri in linguas vulgares. n.79.  
80. Quare aliquādo fuerit trās  
lata.n.81.& seq. Vulgata edi  
tio, omnium est correctissima  
P.10.56.D.6.S.7.n.58.& seq.  
expositio elementaris. i. per  
singulorum grammatum seu  
litterarum significationes, non  
est præter mentem sanctorum  
D.1.S.1.n.26.D.3.S.2.n.35.

*Sedere.*

Sedēs Deus & ouās, pr.34.n.87  
Sedere in terra, pri.32.nu.4.  
Senectutis descriptio.P.29.nu  
mer.74.  
Semen proijcere, est auferre po  
steritatem.P.46.n.4.  
Seminilegus, vt quid vocatus à  
Barbaris Paulus.P.48.nu.54.  
Sermo, scintilla dicitur. Pr.29.  
nu.62.  
Separare pretiosum à vili. Pr.  
32.n.90.  
Septies cadere in die iustum,  
quid sit.P.29.n.35.  
Serpens dæmon. Proleg.3.n.29  
vide &.P.50.54.

Sep

Septēdies festi, nuptiarum tem  
pus.D.7.S.8.

*Si.*

Pro sic vel certe.P.31.n.50.  
Pro non P.47.n.17.  
Quandoque redundat ipsum Si  
D.3.S.9.n.38.  
Sic eum volo manere, &c. ex  
ponitur.P.47.n.32.  
Sicera quæ vox, vtque omne  
quod inebriare potest signi  
ficet.n.19.  
Signaculum, quid apud Ag  
gæum.P.44.n.87.  
Simatimos. i. frequentatio.P.  
11.n.78.  
Sinedoches modi.P.12.n.4.  
Sinlitera Hebræorū in nomine  
Iesu, cuius rei Symbolum.  
P.15.n.5.  
Silere est quiescere.P.43.n.77  
Sodales sponsæ.P.30.n.21.

*Sol.*

Eclipsis eius in passione Domi  
ni fuit vniuersalis.P.12.n.21  
Quid apud Ecclesiastem.P.29.  
nu.73.  
Pro Christo accipitur sæpè.P.  
50.n.57.& Pr.29.nu.68.&  
D.1.S.3.n.66.67.& D.7.S.  
4.n.27. Qui nunquam est in  
occasu. ibi. Collatio soliscū  
Christo. D.1.S.3.n.61.  
Solis laudes D.1.S.3. Noctu ap  
paret super Cassium mōtem  
nu.55. Aurea gleba dicitur.

nu.57. Non patitur mundus  
duos soles, nec duo summa  
regna.n.57. Salutabant solē  
ethnici, pro concilianda sibi  
principum amicitia. nu.64.  
Heliotropium sequitur solē  
& quare.n. eodem. Pro idolo  
eiusque vano cultu accipi  
tur D.1.S.9.pertotum. Primi  
Ægyptij solē & lunam ado  
rarunt.n.49. Sol Beelzebub  
Belus, & Bahal. D.1.S.10.n.  
70.& P.17.n.64. Serapin ve  
nerati sunt Hebræi, siue so  
lem, idque exprimebat vitu  
lus Sion. 50. 58. Si vidi solē  
cum fulgeret. &c. locus Iob  
exponitur. D.10.S.10.n.59.  
Sol ecclesiæ nouæ status. D.  
2.S.1. Pulchra vt solis sponsa,  
quare dicatur.n.8. Sol pro in  
tellectu. D.2.S.3.nu.42. Solē  
occumbere quid sit. P.32.n.  
82.& n.51. symb. nuper cita  
ti. Sol & Luna pulchritudi  
nis symbolum. nu.56. erubef  
centia illorum. Decad. 3. S.  
4. nume.54. Sol obscuratus  
P.36.n.33.  
Soliū gloriæ altitudinis à prin  
cipio, pr.32.n.1.  
Soluere de pedibus calciamen  
ta, cuius rei symbolum. D.5.  
S.6.pertotum.  
Sordes in pedibus.P.32.nu.5.

*Sors.*

d-2 Aliquod



Aliquod signum è cœlo visibi  
le. *D.* 5. *S.* 8.  
Sors pro gratia. *nu.* 79.  
Sophoniz prophetia, eiusque  
symbola. *prin.* 43.

*Speculum.*

Pro verbo Dei & lege eius. *Pr.*  
48. *n.* 95. Pro Christo. *D.* 1. *S.*  
5. *n.* 34. Pro anima. *n.* 35.  
Speculum concavum scriptura  
*prin.* 6. *n.* 1.  
Species domus, mulier, princi-  
pio. 28. *num.* 91.

*Spina.*

Spinam nasci in manu temulen-  
ti, quid apud sapientem. *Pr.*  
29. *n.* 42. & seq.  
Spinas intelligere rhamnum,  
apud Davidem, principio.  
28. *n.* 91.

*Spiritus.*

Spiritus duplex quid sit, princ.  
26. *n.* 36.  
Spiritus oris nostri Christus Do-  
minus, exponitur. *D.* 10. *S.* 5.  
Spiritus sancti aduentus descri-  
bitur, *P.* 36. *n.* 33.  
Spiritus sanctus disciplinae ef-  
fugiet fictum exponitur, *Pro-*  
*leg.* 4. *n.* 44. 45.  
Sponsa repudianda Israel, *Pr.*  
33. *n.* 41.

Sponsiones ponere impios. *Pr.*  
29. *n.* 6a. & percutere foedus  
cum morte. *n.* 61.

*Super.*

Pro magis quam, *pr.* 28. *nume-*  
*ro.* 9. & 10.  
Super salutem & speciem, *pr.*  
29. *n.* 70.  
S. Stephanus B. Iacobi Apосто-  
li diaconus, *prin.* 2. *n.* 30.  
Subtrahere pro formidare. *pr.*  
29. *n.* 69.

*Stella.*

Stellæ in cœlo, varietates fabri  
sapientis, *prin.* 9. *n.* 45.  
Stellæ duodecim Apostoli. *D.*  
2. *S.* 2. *n.* 30.  
Stella Christus. *D.* 2. *S.* 4. Quid  
sit. *num.* 57. *D.* 3. *symb.* 2. *n.* 35  
vbi & ostenditur stella Chris-  
tus. Multa de earum luce & ef-  
fentia. *D.* 2. *S.* 4. *nu.* 69. & seq.  
Stellæ iusti. *n.* 75. Christi stel-  
la matutina. *num.* 77. Stellam  
Plato adamauit, eique carmi-  
na composuit. *numer.* 81. orie-  
tur stella ex Iacob, & c. expli-  
catur. *n.* 16. Stellæ Magorum  
encomia. *S.* 5. *n.* 41. magnum  
Regem stella iuxta astrono-  
miæ canones, præsignabat,  
sed non Christum vt sic, quem  
Dei lumine Magi quæsie-  
runt & agnouerunt, *num.* 66.  
Non

Non erat ex naturalibus stella  
illa. *nu.* 65. duxit Magos vs-  
que Ierusalem, & ibi eos de-  
reliquit, sed in oriente vi-  
sa est ab eis, & a Ierolyma  
vsque ad Bethlehem perdu-  
xit eos. *n.* 1. Stella pro multi-  
tudine. *S.* 8. Stultitia astrolo-  
gi, qui numerum stellarum  
se cognouisse iactabat. *n.* 41.  
Multitudo filiorum Israel,  
confertur, multitudini stella-  
rum. *n.* 39. 43. Stellæ iusti &  
magni. *D.* 3. *S.* 1. per totum.  
Stella signum futuræ vitæ,  
veris Israelitis promissæ. *n.* 9  
Stellæ septem in manu Chri-  
sti. *D.* 3. *S.* 1. *n.* 13. Stella ardēs  
in Apocalypsi, vir magnus.  
*n.* 23.

Stellam magnam è cœlo cadere  
*nu.* 25. Stellæ è cœlo cadere,  
magna & extrema clades.  
*D.* 3. *S.* 2. per totum. Quando  
eas verè è cœlo cadere, ethni-  
ci astruxerint. *n.* 32. 33. an sint  
re ipsa casuræ in die iudicij,  
& definitur quod non. *nu.* 36.  
37. 39. Ignitæ trabes, faces,  
ac iacula stellarum quid por-  
tendant. *n.* 38. Stellæ visæ ca-  
dere, in terram, vel in mare,  
somnia Hippocrati gra-  
ues morbos indicabant. *n.* 38  
Stellas suum lumen retrahere  
non parua calamitas. *De-*  
*cad.* 3. *symb.* 3. per totum. Qua-  
re Deus obscuret cœlos in

morte peccatorum, numero.  
49. Stellæ militia cœli. *D.*  
3. *S.* 4. *num.* 48. visitabit Do-  
minus super militiam cœli,  
in excelso, exponitur pecu-  
liari modo, numero. 50. &  
seq. stella celebritas iusto-  
rum. *D.* 6. *symb.* 9.

Surgere aliquem, quid sit He-  
bræis. *D.* 10. *S.* 4. vbi peculia-  
riter exponitur illud, Non  
surrexit maior Ioanne Bap-  
tista.

*Sus.*

Immunditiæ, vel idolatriæ po-  
tius Symbolum. *Decad.* 7.  
*Symbol.* 2. *numero.* 84. &  
seq. In Creta animal erat  
sacrum, & quare, numero.  
87. Suillæ carnes non sunt ex  
se noxiæ. *numer.* 90. 91. sues  
animam habent vice salis.  
*D.* 5. *S.* 1. *n.* 34.  
Syleni Alcibiadis qui fuerint.  
*Proleg.* 1. *n.* 2.

*Symbolum.*

Quid significet nomen Sym-  
bolum. *Prolegomeno.* 2. à nu-  
mero. 18. vsque ad finem.  
Pro etymologica ratione no-  
minum. *n.* 17. pro paruo nu-  
mismate. *n.* 18. Pro tessera, ibi  
dem. Quod ex sternutamēto

concipitur augurium. numer. eod. Sternutamentum quare signum sit bonę valetudinis. numero. 20. Pro collatione nummorum ad prandium, vel ciborum. n. 21. Pro signo arcani mysterij. nu. 22. vsque. 26. Vnum idemque symbolum in bonum & in malum sumitur, princ. 50. per totum. Symbola Ægyptia & Hieroglyfica præcipua & diuina ex sacris accepta à. n. 24. vsque ad 26. ex Patriarchis multa Proleg. 3. n. 30. Symbola Pythag. P. 3. nu. 59. P. 51. n. 72.

## T.

*Thau alij tau.*

**I**n frontibus Saluandorū. P. 33. n. 34. & D. i. S. 2. n. 28. & seq. Thorah. i. lex. n. 34. Tā nota vitæ, Thita vero mortis, Ethnicis. n. 34. Thau Hebręorum non fuit quondam quale nunc est. n. 38. Non habuit formam crucis vt quidam putant nu. 44. Thau idem quod signum. n. 47. eius forma antiqua n. 45. Fuit signum vitale & salutiferum, vitamque præmōstrabat, n. 48.

*Tenebræ.*

Malum ingens. P. 27. numero.

61. & D. i. S. 7. n. 69. ignorantia Symbolum. nu. 74. Turpe agentibus conueniunt. nu. 76. Quare Lacædemonij è conuiuijs absque tæda discedebant nu. 77. Tenebræ peccatorum. nu. 78. & D. 3. S. 8. nu. 24. 25. Tenebrę humanę intelligētij D. i. S. 7. n. 83. Tenebræ externæ Ægypti, ab internis fuere præparatæ. nu. 91. Metum magnum incutiunt. n. 99. Tenebræ status infidelium sunt Symbolum. nu. 100. demonis potestas. n. 1. Diestenebrarum tempus calamitosum. ibid. Elabi in tenebris maximum periculum. n. 3. Tenebræ pro peccato. nu. 5. Idem vsus tenebrarum & lucis reperitur in autoribus prophanis. n. 8. Quædoque in bonum sumuntur. numero. 10. Tenebræ interiores, & exteriores duplex genus carceris, & infernus. D. 1. symbolo. 8. numero. 22. Tenebræ in visione Abraham, numero. 12. Tenebræ interiores, cæcitas mentis, numero. 15. Tenebræ exteriores maxima calamitas n. 16.

*Theologia.*

Vnde dicatur. Proleg. n. 13. 14. emēdicat sua principia à sciētia beatorū, vel nō est propria sciētia si nō est subalterna propria. n. 15. Cur symbolica dicatur

catur. n. 18. Multiplex est. P. 1. Theologiæ symbolicæ antiqitas & professores. Prole. 2. Non est apud Hebręos perfidos. Proleg. 4. nu. 48. Moses creditur eam accepisse à Deo in mōte. n. 49. multiplex eius utilitas. Proleg. 7. omnium penē scientiarū, ad eam perfecte callendam exigitur notitia. Proleg. 7. nu. 70. ex illa efficax sumitur argumentū. n. 76 & seq. omnibus scientijs præstantior: & de origine eius. P. 2. per totum. Theologia mystica, quid. n. 5. & seq. nomina cognitionum eius. nu. 10. 11. vt addiscatur. n. 15. & seq. Isa goge est ad omnes scientias. 19. & 20. ex visibilibus vt oritur & assurgat ad inuisibilia. P. 9. n. 41. Theraphin quid fuerint. P. 35. nu. 22. Thesauri Dei. i. magni. Pr. 28. nu. 81. Thus pro arbore. P. 29. nu. 47. Throni apud Danielem. P. 34 nu. 79. Threnorum Symbola. Pr. 32. nu. 4. Timor habet poenā. P. 48. n. 8. Tinnire aures, quid sit Hebręis. prin. 18. n. 77.

*Titulus.*

Quid in scriptura, vide. D. 4.

sym. 8. & 9. Vbi & de titulo crucis Christi scitu digna. n. 90. & seq. Titulus pro cultu Dei accipitur. D. 5. S. 10. Titulum causę mortis apponebant reis Romani. D. 5. symb. 9. num. 86. & seq. Titulos erigere Iudeis prohibitum. Sym. 10. numer. 3. eadem Decade. Tomeoteleuton quid. prin. 11. nu. 75.

*Totum.*

Pro anima solum. princip. 12. num. 5. Totus Mundus pro magna eius parte. n. 29. Transire per medias animalium diuisiones quid sit. D. 2. S. 10 n. 89. & S. 9. per totum. Traducere pro infamare, & pro palare. P. 47. n. 26. Transilire domum. princip. 43 nu. 78.

*Trias. S.*

Principium seu principans, vel liberalis. Deca. 6. symb. 4. vbi exponitur illud Psal. 109. Tecum principium, &c. refutatis Rabbinis, & eorum imitatoribus.

*Tribulatio.*

Saī quidam diuinus. D. 5. S. 2. vbi multa de eius vtilitate.  
Borith herba & ignis cōflato rius, eius symbolum. nu. 49. vide & sym. 4. nu. 7.  
Tu es qui venturus es? exponitur. prin. 47. n. 35.

V.

**V**Acce pingues Samariae diuites. P. 37. n. 42.  
Vē Mundo abscondalis exponitur. prin. 47. n. 36.  
Vanitas pro idolo. princip. 39. nu. 50.  
Varietas mulcet. Prolegom. 5. m. 52. & seq.

*Vas.*

Interfectionis habere. prin. 33. nu. 33.  
Vas castrorū in excelsis. princ. 29. n. 32. & D. 3. S. 5. nu. 70.  
Pro instrumento bellico. P. 47. nu. 17.

*Ubera.*

Sponsi, sunt amor. princip. 13. nu. 28.  
Vbera sponsae quare turri assimilentur. prin. 30. n. 15.  
Vbera Israel intumuisse, quid sit. prin. 33. n. 41.

*Vectis.*

Pro fortitudine. princip. 37. numer. 38.  
Vectes terre, profunda eius. P. 39. n. 50.  
Venter pro affectu. principi. 28. n. 82.  
Vena aquarum viuientium, Deus. prin. 32. n. 1.  
Ventum ligare in alis. prin. 35. nu. 25.  
Venus vt Helienfibus pinguetur. Prolegomen. 2. numer. 23.

*Verbum.*

Pro re quacumque. principi. 47. nu. 13.  
Verbis recentioribus, & antiquorum moribus vtendum. Proleg. 2. n. 10.

*Vermis.*

Pro poena. princip. 47. numer. 18.  
Vermiculus Thammit & eius virtus. prin. 13. n. 53.

*Veritas.*

Christus est veritas. Decad. 6. Sym. 10.  
Bia responsum de veritate. num. 79.

V estis

*Vestis.*

Dum scinditur cuius rei symbolum. princ. 17. n. 70.  
Vestis linea Angeli. princip. 33. num. 33. princip. 94. numer. 25.  
Sordida, culpæ est symbolum. prin. 45. n. 91.  
Vestes saltē duas habuit Christus, & quid de illis, præcepit Apostolis. princip. 47. numer. 38.  
Vetus fermentum, pro homine scelerato. princip. 48. nu. 62.  
Videntes per foramina, quid apud sapientem. princip. 29. nu. 75.  
Via malorum in caput eorum. prin. 33. n. 54.  
Via Balaam. princip. 48. numer. 4.  
Vigilare Dei. princip. 14. numer. 8.

*Vinea.*

Pro Israel. prin. 12. nu. 90. eius destructio. ibi.  
Pro Religione. princip. 30. numer. 4.  
Vindemiare Deū, quid sit. P. 32. num. 7.

*Vir.*

Desideriorum. P. 34. n. 95.

Viri euaginātes gladium. i. fortissimi. princip. 17. numero. 46.

*Virga.*

Virgam florere apud Ezechielem. prin. 33. n. 31.  
Virga vigilans apud Ieremiā. Proleg. 2. n. 25.  
Virga Aaron. prin. 6. nu. n. 13. prin. 24. num. 6. & princ. 33. nu. 31.  
Regere in virga ferrea. prin. 28. n. 98. vide & P. 41. n. 61.  
Virga Ioseph, cuius extremum adorauit Iacob, symbolum Regni Christi. P. 48. n. 92.  
Virgo vocatur Ierusalem & quare. P. 32. n. 7.

*Visio.*

Animalium quæ vidit Daniel, moraliter & ad literam, explicatur. prin. 5. n. 83. & seq.  
Visio gloriæ Domini, Isaiæ & Ezechieliseadem. princ. 31. n. 54. vide & D. 10. S. 10. vbi latè exponitur visio Ezechielis.

*Visitare.*

In bonum & in malum sumitur. P. 50. n. 67.  
Visitare Deum super Ierusalem

sem quatuor species, quid sit. prin. 32. n. 80.  
 Visus omnium est sensuū præstantissimus. D. 1. S. 6. n. 48  
 Vitis ignitradenda Israel. P. 33 nu. 40.  
 Vita ignis quidam cordis. P. 29. n. 62.  
 Vlai quid apud Danielē. prin. 34. n. 84.  
 Umbilicus sponsæ, & quare tonatilis. prin. 30. n. 23. & 24.  
*Umbra.*  
 Quid in sacris. princ. 27. n. 63. prin. 30. n. 100.  
 Pro protectione, & obumbrare est protegere. P. 47. n. 40. & seq. vide & D. 1. S. 3. n. 87 n. 14. n. 84.  
 Populi Euangelici protectio symbolicè descripta. prin. 31 n. 50. & prin. 33. n. 31.  
 Umbra mortis. prin. 47. nu. 13. & D. 1. S. 7. n. 81.  
 Vnitas in sacris laudabilis. D. 2. S. 2. n. 27. & D. 4. S. 10. nu. 16. & seq.  
 Vnus pro primo, Hebræis. P. 34. nu. 93.

*Vox.*

Auis, vel cantantis in fenestris, magnæ vastitatis Symbolū. prin. 43. n. 80.  
 Vox volucris, quid sit apud sapientem. prin. 29. n. 76.  
 Vox Domini pro tonitruo.

prin. 29. n. 48. & D. 3. S. 5. n. 68. vel pro iussu Dei. n. 69.  
 Vox mallei, aut securis nō fuit audita in domo Dei ædificanda. Vt intelligi possit abfq̄uetropo & metaphora seu allegoria. P. 13. à. nu. 53. vsque. 59.  
 Volucres cœli, in bonum & in malum. prin. 50. n. 58. 59.  
 Vua agrestis qua obstupuerūt dentes Israelitarū. P. 33. n. 47  
 Vrsus pro Perfarum Regno. P. 34. n. 69.  
 Vide & quare vocetur Deus. vrsus. P. 14. n. 81.  
 Vulpes deserti, pseudopropheta. prin. 83. n. 37.  
 Vri, quid sit. P. 48. n. 62.  
 Vultus operire. P. 40. n. 54.  
 Vultures apud Liuium Romani Imperij excidium pretebant. prin. 4. n. 74.  
 Vtile & dulce in disciplinis optimum. Prolegom. 7. n. 72.  
 Vt ex visibilibus, inuisibilia inuestigentur. prin. 9. n. 41.

*Uxor.*

Fornicaria Osee quid significet. prin. 35. n. 11.  
 Vxoribus bene vtendum. P. 46 n. 5. & prin. 33. n. 57.

## Z.

*Zacharias.* P. 45.

**E**ius symbola, & alia multa ad eius intellectum valde

valde vtilia ibi.  
 Zacharias, qui occisus est inter templum & altare, non fuit ille vnus ex minoribus Protitis. n. 88.  
 Zamach, & Zarach, quid Hebræis. D. S. 1. 4. n. 15.  
*Zelus.*  
 Vt tribuatur Deo. P. 14. nu. 72  
 Zelotes dicitur ibi.  
 Zelosa auris Dei. P. 29. n. 56.  
 Zelum pro Israel auferri, quid. prin. 33. n. 46.  
 Zelus in bonum & in malum. P. 50. n. 65.  
 Zelus dicitur vniuersa armatura Dei. P. 29. n. 68.  
 Zelotipæ sacrificium multa symbola etiam ad literam continet. prin. 24. n. 9.  
 Zelare mortem, quid sit. prin. 29. n. 56.  
 Zenocrati etiam iniurato fidem adhibebant Athenienses, alijs verò minimè. D. 2. S. 6. n. 9.  
 Zona aurea Christi, in Apocalypsi. princip. 49. numero. 26.  
 Zoroastis magia qualis fuerit D. 2. symb. 6. n. 90.

*Finem huic indici & toti huic Tomo primo imponebam, in monasterio S. Petri, propè Gumiel de Yzan, multis Sanctorum reliquijs, ante quadringentos ferè ab hinc annos condecorato, Sacri Cisterciensis ordinis, Anno Domini supra sesquimillesimum quarto & nonagesimo, pridie idus Iulij. Idè & totum de cætero opus, sit ad laudem tuam, Christe Sanctorum Sancte.*

S A L M A N T I C A E.

Excudebat Didacus à Cussio.

M. D. X C V I I.

